This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX K2FY Z

Digitized by Google

Lq 1.140 (4)

DUNSTER HOUSE
LIBRARY

TRANSFERRED
TO
HARVARD COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. FABII QUINTILIANI

DE

INSTITUTIONE ORATORIA

LIBRI DUODECIM

AD CODICUM VETERUM FIDEM

RECENSUIT

ET

ANNOTATIONE

EXPLANAVIT

GEORG. LUDOVICUS SPALDING A. M.

GYMN. BEROL. PROFESSOR ET ACAD. REGIAE SODALIS.

VOLUMEN IV.

CONTINENS LIBROS X—XII.

LIPSIAE, 1816.

SUMTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

Digitized by Google

Lq 1.140(4)

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
FEB 28 1962

Digitized by Google

PRAEFATIO
PHILIPPI BUTTMANNI

Quod ego non putaveram unquam futurum, ut Quintiliano, cui nunc demum juſtum obtigiſſe editorem laetabantur eruditi, edendi operam et ipſe navarem aliquando, id facere me coëgit caſus mihi, dum vivo, omnium prope acerbiſſimus. Nam cum G. L. Spaldingium operi, cui ille per viginti fere annos optimas horas ſingulari ac paene inenarrabili cum ſtudio impendiſſet, profligato jam et propemodum ad finem perducto ſubita mors die VII Jun. MDCCCXI eripuiſſet: me potiſſimum amicorum ejus deſtinabat voluntas, qui calamum ſumerem ipſo mortis die ab eo depoſitum, et perfectore ſuo orbatum opus, quoad proprium pateretur judicium, ipſius more et modo abſolverem. Demandatum negotium libenter ſuſcepi, non quod ad hunc praecipue ſcriptorem accuratius atque adeo cum editoris cura tractandum meorum me ſtudiorum ratio duxiſſet; ſed quod per intimam multorum annorum cum Spaldingio familiaritatem neceſſitudinemque, quam in maxima felicitatis meae

Digitized by Google

parte pono, ita virum pernosse atque in ingenii studiorumque ejus habitum insinuasse me videbar, ut, quam ille in expoliendo scriptore viam institisset, eam ego persequi facilius commodiusque possem; et, quidni proloquar, quod pectus jubet? quod certo sciebam, ipsum mihi, si fatum praesagisset, partes suas traditurum fuisse.

Opinabamur omnes, quibus cum Spaldingio vivere contigerat, telam eum plane pertexuisse praeter exiguam extremi voluminis partem. Et pertexuerat sane, si summam rei spectes. Commentarium et criticum et exegeticum elaboratum reliquit usque ad libri XII. c. 3. §. 7. Quem dum accuratius inspicio, facile intellexi, nondum talem ab auctoris manu exiisse, qualem ille emissurus in publicum fuisset. Quippe et singula prima fuderat manus, tot mutatis additisque, ut nisi diligentiore calamo exarata typothetae tradi non possent, et multas animadversiones ut inchoatas et imperfectas notaverat Spaldingius ipse, non pauca denique textum et apparatum criticum comparanti occurrebant ejusmodi, quae iterum scribens emendasset vir omnium prope, quos novimus, accuratissimus. Haec igitur describendi, perficiendi emendandique operam ego susceperam, et, quo in opere primarium ille

Digitized by Google

vitae ſuae muntus exegiſſet, id meis ipſius adjunxeram laboribus, qui neque deponi poſſent nec deminui; a quibus non ita multum ſuperfore otii videbam negotio, quod ſumma cum fide et religione exequi ipſa deceſſoris auctoritas cogebat. Mox illa inciderunt tempora, per quae conſtat maximorum minimorum negotiorum tenorem interruptum ſubſtitiſſe aliquamdiu. Plura non attinet afferre ad excuſandam tarditatem meam, qui, quod intra menſium aliquot ſpatium peracturum me ſperaſſem, nunc demum, inito quinto poſt Spaldingii obitum anno, peregerim.

Novi apparatus critici inde a tertii voluminis editione nihil editori acceſſerat praeter duo codices non adeo magni quidem pretii, quos tamen paratos negligere noluit. Quippe vir illuſtriſſimus et doctiſſimus H. F. de Diez, in cujus ditiſſimo rerum ad noſtras litteras pertinentium theſauro primas partes occupat ſupellex Santenii litteraria, quique hujus uſum bonis permittere in laude ſua ponit, Spaldingio inde tum libellum obtulit varias lectiones Quintiliani ex codice aliquo excerptas continentem, tum Florilegium ab antiqua manu in membranis ſcriptum, ſententiasque ex Latinorum ſcriptorum operibus collectas exhibens. Horum librorum alter, quem hoc ſigno *Exc. Sant.* no-

Digitized by Google

tavit Spaldingius, ignotas aliunde scripturas non offert, sed ita fere cum codice Guelferbytano conspirantes omnes, ut ex hoc ipso eas manasse pro comperto prope habeam; alter, quem *Floril. Sant.* nominat Spaldingius, haud raro quidem ab omnium librorum scriptura recedit, ita tamen ut variationes ab illo ipso, qui flores hos excerpserat, aut sedulo, quo rotundiores exirent sententiae, aut neglectu etiam quodam admissas fere esse, facile appareat. Tamen, ut de hoc ipso constaret, Spaldingii secutus exemplum diligenter inde singula et ipse enotavi. Nam in ceteris quoque decessoris morem servavi; quem cum ipse non satis explicuerit, paucis attingam. Nimirum statuerat ab initio editionem dare communi tantum usui aptam, quam tamen parvo, quem tum fors obtulerat, apparatu ita exornaret, ut posset inde augeri penus critica illa, quae apud Burmannum et Gesnerum prostat. Hinc factum est, ut tam parca appareat in primo volumine notatio critica; quippe ex omnibus iis, quae Burmannus habet, nihil repetebat Spaldingius nisi quo ad constituendam confirmandamque suam scripturam opus videretur. Mox crescente codicum copia, cum jam velut se invito criticam sibi evadere editionem videret, quod tum utique ratio suadebat, fecit; memoratis suorum codicum lectio-

Digitized by Google

nibus, Burmannianos etiam, qui cum quaque concordarent, libros annotavit, ut statim hic lectori consuleretur; illas autem variationes a Burmanno Gesnerove jam notatas, quibus nova nulla auctoritas accederet, quarumque usum perspiceret nullum, in suam quoque editionem congerere detrectavit. Atque ad hanc plenitatem, quae quamvis lectori docto criticoque sufficeret, non tamen futuris editoribus aut rerum antiquarum indagatoribus supervacuas illas redderet editiones, priora etiam volumina supplementis augere aliquando constituerat. Haec itaque nunc restat provincia, quam et ipsam mihi traditam ego tum quidem non recusavi, nunc recusare invitus cogor; quippe qui expertus nunc intelligam, quantum mihi natu jam grandiori ille labor temporis sit consumpturus, neque tamen omittere mea debeam, quae proprio ductus studio dudum mihi in his litteris pro virili elaboranda proposui. Hoc igitur opto, ut ex juvenibus idoneus aliquis huic succedat operi, *quintumque*, quod studiosi adhuc expectant, *volumen*, supplementa et indices complectens, digna et Quintiliano et Spaldingio cura perficiat. Cujusmodi viro apud me praesto sunt ex apparatu Spaldingii volumina aliqua codicum collationes continentia, editiones priores, chartaeque aliquot editoris,

Digitized by Google

praecipue autem ejusdem manu adscriptae priorum tomorum exemplis notationes, in quibus permulta sunt, quae hujus operis lectoribus inservideri nullo modo debeant.

Illa vero consilii, quod in primo operis volumine sequebatur Spaldingius, diversitas aliud etiam incommodum peperit, quod, quamvis non grave, mancam tamen aliquatenus universam viri optimi operam effecit. Nam cum ei ad manum non essent multae ex saeculi XVI editionibus, nec nisi admodum paucarum exiguus usus factus esset in Burmanni et decessorum ejus commentariis, fieri non potuit, quin multis eum locis receptae seu vulgatae scripturae fons et ex alia in aliam transitus plane lateret. Neque tamen id admodum curabat Spaldingius in tali qualem tum parabat editione. Mox augescente vetustiorum librorum numero cum accuratius exponendum esset de plurimis varietatibus, aucta est etiam sensim necessitas illi criticorum desiderio satisfaciendi; quod tamen quomodo fieri posset, in tanta illius aevi editionum raritate non apparebat. Igitur etiam tum iis quas habebat opibus contentus Spaldingius, quoties mutatam aliquam inveniset jam antiquitus scripturam, id saltem ubique diligenter notavit, in quonam *suorum librorum* primo quaeque appareret. Sunt autem illi

Digitized by Google

libri ejusmodi fere, quos nihil primitus dare ſatis conſtat, ut Baſil. 1541. Gryph. Stoer. Hunc defectum explere ego neque potui, neque, ſi potuiſſem, in tam exigua, quae mihi demandata fuerat, muneris parte operae pretium fuiſſet. Tenui itaque ad finem usque deceſſoris morem. Non tamen injuria a ſupplementorum illorum confectore requiretur, ut illarum, quibus ille caruit, editionum, de quibus prae ceteris indico Baſil. I. (1527.), ed. Vidovaei (Pariſ. 1527. 1538.), Vaſoſani (Pariſ. 1538. 1549.), Aſcenſianam 1531. cum notis Philandri, et omnium maxime *Gallandianas* inde ab a. 1538., copiam ſibi e Germaniae bibliothecis comparet. De *Codice* autem *Turicenſi*, quod e Spaldingii ad Vol. I. praefatione conſtat, iterum moneo, collationem ab Ulrico factam incipere a tertio demum libro. Igitur cum Sulzbergeri libellus ibidem memoratus varietatem librorum 1 et 2 non plenam, ſed hic illic tantum excerptam praebeat, illorum etiam plena parari debebit collatio.

Jam, quamvis omnia, quae ſive augendis ſive corrigendis Spaldingii ad priores libros commentariis inſerviunt, ſupplemento illi reſerventur commodius: non tamen alienum videtur, hic quaedam proferre, quae poſt obitum

Digitized by Google

illius ad me pervenerunt. In quibus primo loco illa pono, quae in locum quemdam primi libri meo quidem judicio ingeniose pariter ac vere a se notata mecum per litteras communicavit vir in hoc litterarum genere celeberrimus C. G. Schützius. Verba Quintiliani haec sunt I, 1, 27. „Cum vero jam ductus (litterarum) sequi coeperit (puer), non inutile erit „eas tabellae quam optime insculpi, ut per illos „velut sulcos ducatur stilus. Nam neque errabit, quemadmodum in ceris (continebitur enim utrinque marginibus) neque extra praescriptum poterit egredi; et celerius „ac saepius sequendo certa vestigia formabit „articulos; neque egebit adjutorio manus „suam manu superimposita regentis.“ Ad haec cum Spaldingius annotarit, quid hoc *neque extra praescriptum poterit egredi* differret ab illo *neque errabit*, dicere se non posse, esse tamen in omnibus codd.: offendiculum removit Schützius verbis sic distinguendis: *Nam neque errabit, quemadmodum in ceris (continebitur enim utrinque marginibus neque extra praescriptum poterit egredi), et celerius ac saepius sequendo certa vestigia formabit articulos.* In quibus postremis ineglectam a Spaldingio scripturam, quam cum plerisque libris Cod. Turic. pro hoc

Digitized by Google

formabit exhibet, *firmabit*, unice veram esse monet idem Schützius, cum *firma* puero manus quaeratur, dum *certa* sequitur illa vestigia, istud autem *formabit* commodum sensum hoc loco non praebeat.

His duo subjungam loca feliciter, opinor, tentata a Gustavo *Sarpio* in libello, quem inscripsit *Analectorum ad G. L. Spaldingii M. Fabium Quinctilianum specimen. Halis* 1815. 8. Alter est 1, 9, 3. *Quod opus* (fabellas Aesopi variando exprimere) *etiam consummatis professoribus difficile qui commode tractaverit, cuicunque discendo sufficiet*; ubi *consummatis profectibus*, quos ille reponit firmatos ex altero loco 10, 5, 14. (*dum adolescit profectus*, — — *cum est consummatus*) suffragor plane, ablativos tamen potius quam dativos agnoscens. Verior etiam, si modo veri sunt gradus, in altero loco videtur conjectura, ubi cum vulgatum sit *ita arbos, labos, vapos etiam et clamos, ac lases aetatis fuerunt*, e varia lectione *et ás* pro *aetatis* hanc ille extudit scripturam, *ac laſes et aſa fuerunt*. Quae ut merito laudamus, ita non possumus non monere, cetera quae libellus ille contineat, si levioris momenti nonnulla exceperis, ejusmodi esse omnia, ut virorum doctorum oculis subjecta valde miremur.

Digitized by Google

Nam quae vel grammaticam vel aliam ob cauſam ad mutandum textum conjectata, aut quae eodem ex genere obſervata ſunt, in iis plane deſideramus ſubactum illud grammatici judicium, ſine quo in his litteris effici nihil poteſt. Quod ne durius dixiſſe videar, ponam hic ſpecimina quaedam. Velut, cum in his verbis (1, 1, 36.) *Proſequitur haec memoria* (ſententiarum ad imitationem ſcribendi propoſitarum) *in ſenectutem, et impreſſa animo rudi usque ad mores proficiet*, ſatis dilucide a Spaldingio explicitis, Sarpius voce *usque* ſignificari vult *ſemper* ſive *per totam vitam*, in eoque uſu confirmando Almelovenum et Spaldingium non veretur admonere Horatiani illius *tamen usque recurret*, alia ſe praeterire dicens exempla „quae ſint *ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε*“: qui ſi vel lexica inſpexiſſet, proſariae orationis exempla nonniſi pauciſſima, ſi locos ipſos, nulla inveniſſet. Sed fac, ita Ciceronem etiam et Quintilianos locutos eſſe: ne illud quidem attendit vir doctus, particulas *usque ad* ſic junctas nullis machinis diſtineri poſſe. Paulo ſuperius in ejusdem capitis §. 24. 25. Quintilianus litterarum nomina et ſeriem prius quam formas docere pueros vetat; obſtare enim *hoc agnitioni earum, non intendentibus mox animum ad ipſos ductus, dum antecedentem*

Digitized by Google

memoriam ſequuntur. Haeſerat in extremis verbis Spaldingius diffiſus verae Gedoyni explicationi, quam in noſtro demum volumine ad 10, 7, 10. agnovit. Haerenti hic itidem Sarpio quis id vitio vertat? Sed quis ferat emendantem *dum antecedentem memoria ſequuntur*, et haec ita explicantem „dum antecedentem litteram memoria, nec ſequentem „intuitu ſequuntur"? Quod quid ſit, aut, ſi quid eſt, quomodo ex more illo litterarum nomina prius quam formas diſcendi enaſci queat, non facile aliquis dixerit; neque quicquid eſt, deteriori illud oratione proferri potuit. Quale autem iſtud viri judicium eſt, cum in perverſiſſima illa loquendi forma 1, 4, 5. *quae* (muſica) *vel ſola omni ſtudiorum genere plus habeat operis quam oſtentationis*, facillimam certiſſimamque *in* ante *omni* inferèntium medelam reſpuit, et ablativum comparandi, quamvis ſtatim ſubjiciatur *quam*, agnoſcens hunc approbare conatur adhibito ablativo aeſtimandi, qualis eſt in hisce: „*una* „(*um Eine*) plures tribus antiquarunt, quam „juſſerunt", et „*uno die* (*um Einen Tag*) plus „vixi, quam vivendum fuit", ſimilibusque? Quid porro intolerabilius quam quod in difficili illo de cognominum origine loco 1, 4, 25., quem corruptum magis etiam corrupit,

Digitized by Google

posita post vocem *Scauri* majore interpunctione novum sensum ita inchoat: *Taliuque et ex casu nascentium: hinc Agrippa etc. erunt:* ut *taliaque* sit pro *talia quoque*, in quo securus utitur valde lubricis virorum doctorum ad Vell. 1, 8, 2. Flor. 4, 2, 95. disputationibus; quae ut alio adhibitae certissimae sint, sunt tamen a Quintiliano et ab hoc potissimum loco, ubi particula *et* intercedit, alienissimae. Quae singula ideo monuimus, ut appareret, virum hunc, qui multos fortasse antiquorum libros, quos perlegerit diligenter, acute inventis juvare queat, tamen qualem in hoc quidem opusculo cognovimus, neutiquam uni scriptori, certe non Quintiliano, toti sospitando idoneum esse, neque ab illo nos expectare, quae plurima adhuc post optimorum virorum curas in his libris expolienda supersint.

Ceterum quoniam de alio severe judicantem severius etiam de se ipso judicare oportet: eorum quidem, quae vel emendando vel explanando scriptori nostra attulit opera, censorem hoc loco inepte agerem ipse: illud tamen non possum reticere, cum alias, tum in hoc imprimis opere expertum me esse, quam parum sim latini sermonis peritus. Quippe saepius, ubi ex interiore sermonis scientia ap-

Digitized by Google

probari lectori judicium noſtrum debebat, ejusmodi aut parum aut nihil in promptu fuit; quin etiam nonnullis de locis tacendum omnino putavi, cum certi nihil ex mea aliorumve obſervatione ſuppeteret. Hanc porro inſcitiam ſatis vel dictio noſtra arguet ita negligens interdum, ut hic illic incuria fuderit, quae ſermonis norma et uſus reſpuat: illa tamen una cum typothetae mendis ejicere per locorum diſtantiam non licuit. Haec itaque aequorum lectorum judicio permitto, ex graviori tantum illo genere quaedam hic ſtatim corrigens, et alia ſimul vel a me vel ab amicis de locis quibusdam obſervata adjiciens. Nam longiora quaedam additamenta, quae ad Spaldingii tantum animadverſiones pertinent, *Addendorum* nomine inſcripta extremo ſubjunxi volumini, eoque in locis ipſis lectores relegavi.

12, 3, 12. *qui ſubita*. Monere debebam de anacolutho quod eſt in hoc *qui*, velut in priori etiam parte fuerit *alii ſunt*, *qui ſe — tranſtulerunt*: leno tamen illud videtur, ut voculam *qui* tentari nolim, per quam oratio, qui nunc ejus eſt tenor, neſcio quomodo melius videtur procedere.

12, 4, 2. in not. exeg. poſt verba *inſtar ſenum ſimus* adde: immo doctiores etiam, cum plura ſaecula hiſtoria complectatur, vita ſenis nonniſi unum.

Digitized by Google

12, 5, 1. *animi praestantia, quam.* Verissima videtur Heindorfii observatio scribere *quem* jubentis.

12, 6, 6. *teneriscue — nitentem.* Ipse nunc transeo in improbatam mihi antea sententiam, participiumque *nitentem* a verbo *niti* repeto. *Nititur* enim revera juvenis, sed *teneris* adhuc *viribus*, quae non sint operi paulo graviori suffecturae.

12, 9, 20. *idque est tutius stilo.* Plane dormitavi in hoc loco, quem ita cepi, quasi de cogitatione *stilo* juvanda loqueretur Qu. Sed ablativus *stilo* pendet a comparativo. Hoc autem dicit scriptor, quae cogitata tantum sint, facilius postea et omitti et alio transferri, quam quae stilo praeparata.

12, 10, 12. 13. *molliorem. Postea.* Continuanda haec erant media tantum distinctione interposita.

12, 10, 14. Non recte vel exiguam de verbo *concupierant* dubitationem expressi. Nam qui *concupivit* idem *cupit*, qui *concupierat* idem *cupiebat*. Inchoativa forma *concupiscebat* minus hic esset idonea.

12, 10, 25. *quia hanc ejus terrae fidem Menander eludit.* Ipsum Menandri locum indicavit mihi eruditissimus idem atque suavissimus senex, J. G. Schneider, prostantem inter fragmenta ex ejus Γεωργῷ, servatumque a Stob. Serm. 55.

Ἀγρὸν εὐσεβέστερον γεωργῶν οὐδένα
Οἶμαι. Φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄγθη καλά.

Digitized by Google

M. FABII QUINTILIANI

ORATORIAE

INSTITUTIONIS

LIBRI XII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Κιττὸν, δάφνην· κριθάς τ' ἐὰν σπείρω, πάνυ
Δίκαιος ἀπόδωσεν ὁπόσας ἂν καταβάλω.

Quorum verſuum ultimum poſui ex emendatione Toupii in Epiſt. crit. p. 35. Lipſ. Paulo liberius autem Quintilianus, quod de ſuo agro dicit homo pauper in comoedia attica, in Atticam univerſam dilatavit.

12, 10, 49. *dum rem contineant.* Sero verior, quae mihi quidem videtur, loci emendatio occurrit, ut legamus *dum re contineantur.* Nam illam quam de concinnitate movi difficultatem non magni eſſe momenti ſentio. Heindorfius conjecit *dum rem contingant*, quod meo commento minime poſtpono.

12, 10, 60. *ut amnis.* In nota pro *ipſa orator* ſcribere debebam *ipſe hic dicendi modus.*

12, 10, 64. *et copia verborum, atque.* Obſtat ſum obſervare, aut voculam *et* abjiciendam aut pro *atque* iterum ſcribendum eſſe *et*; niſi altius latet corruptela, cujus index eſt diverſa etiam ſcriptura in libris vetuſtis. In proximis autem haec quoque verba *hunc et deum hominesque intuebuntur* diverſo charactere notare debebam: nam, ut monet Heindorfius, locis his Homericis aliusa Qu. inmiſcuit et Odyſſea 9, 169 — 173. ubi ipſe Ulyſſes de homine ſecundo haec, Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὡς εἰσορόωσιν.

12, 10, 68. In textu verſu ult. pro *iis* dare volui *his*, vulgata in not. crit. relegata. Vid. not. exeg.

Digitized by Google

12, 10, 76. *Luceat—haec.* Non animadverti, femininum hoc non habere quo referatur. Sed facilis medela: legendum enim *Luceant.*

12, 10, 79. *copia habet modum.* Heindorfius ſuſpicatur fuiſſe *habeat;* non quod hic indicativus commodus non ſit, ſed quod non commode repetatur idem in ſeqq. *et nitor ille cultum virilem* cet. Veriſſima autem ejusdem eſt obſervatio in proximis diſtinctionem poſt *magna, ſublimia,* cet. delere jubentis, ut, quod primo, ubique loco poſitum eſt, inſtar ſubjecti ſit: *magna erunt non nimia,* et ſic porro.

12, 11, 3. *illa qualiacunque mala.* In gratiam nunc redeo cum Gedoyno, qui hoc uno nomine reprehendi debuit, quod vocem *qualiacunque* non expreſſit, in ipſo ſenſu me oculatior. „Cependant on ne pouvoit pas lui „reprocher qu'il plaidât mal, mais ſeulement moins „bien." Hunc ſenſum non effeciſſet, niſi *mala* adjective et praedicati loco cepiſſet. Recte ille quidem. Sic pronomen *illa* transit in ſubſtantivi vicem, eique adhaeret hoc *qualiacunque,* non jam a pervulgata ſua ſignificatione recedens. „Neque illa in quibus deficiebat, qua„liacunque fuerint, erant mala, ſed minora."

12, 11, 15. Vix intelligas quid velit nota mea critica. Pro *noſtrum* repone *noſtra ſcriptura.*

Digitized by Google

Errata.

Pag. 9. not. crit. v. 8. *inter* l. *iter*.
— 21. — — v. 2. l. Flor. cum Bern. *callidi*.
— 48. — — v. 12. *gratia* l. *grata*.
— 59. — — v. 14. ferre l. ferri.
— 138. not. exeg. *a*. v. ult. fortaſte l. fortaſſe.
— 177. not. crit. v. 8. marg. l. margg.
— 199. — — v. 15. Goth. Voſſ. 1. 2. 3. l. Goth. 1. 2. Voſſ. 3.
— 203. not. crit. v. 13. *em* l. *cm*.
— 243. — — v. 7. dele punctum poſt litteram *d*.
— 244. text. v. 5. pro (?) pone punctum.
— 354. not. crit. v. 12. quod l. quos.
— 394. text. v. 4. Non l. Nam.
— 409. not. crit. v. 6. displicit l. displicet.
— 437. text. v. paenult. Idemque l. Itemque.
— 441. not. exeg. *a*. v. paenult. his l. hic.
— 480. — — *b*. v. 4. aliqui l. alibi.
— 535. — — *b*. v. 9. poteſt l. poſſit.
— 544. — — *b*. v. 1. ille l. hoc.
— 551. not. crit. v. 16. Carol. l. Conrad.
— 555. not. exeg. *a*. v. 23. Carolus l. Conradus.
— 571. not. crit. v. 4. poſt *quotisque* inſ. pro *quousque*.
— 582. — — v. 18. monſtrent l. monſtrant.
— 585. — — v. 6. *eam* l. *eum*.
— 586. not. exeg. *b*. v. 1. Ex l. En.
— 603. — — *b*. v. 11. hic l. his.
— 627. not. crit. v. 9. correctio l. ſcriptura.
— 663. — — v. ult. *exclamabit* l. *exclamavit*.
— 667. — — v. 8. appareat l. apparet.

Digitized by Google

Digitized by Google

ARGUMENTUM LIBRI X.

De Legendis Auctoribus C. 1, — 4 *Facilitas paratur scribendo, legendo, dicendo.* — 14 *Copia verborum paranda; sed cum judicio; quod fit audiendo et legendo.* — 15 *eadem via exempla quoque dicendi accipimus.* — 19 *quid auditio praestet;* — 20 *quid lectio,* — 22 *qui et quomodo legendi;* — 24 *orationes et contrariae et pro eadem causa diversae.* — 26 *Cautum judicium in optimis etiam scriptoribus adhibendum.* — 30 *Usus poetarum,* — 34 *historicorum,* — 36 *philosophorum.* — 46 *De lectione veterum et novorum in universum.* — 51 *Poetae. Homerus.* — 52 *Hesiodus.* — 53 *Antimachus.* — 54 *Panyasis. Apollonius.* — 55 *Pisander, Nicander, Euphorion, Tyrtaeus.* — 58 *Callimachus. Philetas.* — 60 *Archilochus.* — 61 *Pindarus.* — 62 *Stesichorus.* — 63 *Alcaeus.* — 64 *Simonides.* — 66 *Aristophanes, Eupolis, Cratinus. Aeschylus.* — 68 *Sophocles, Euripides.* — 72 *Menander, Philemon.* — 73 *Historici. Thucydides. Herodotus.* — 75 *Theopompus, Philistus, Ephorus, Clitarchus, Timagenes.* — 76 *Oratores. Demosthenes.* — 77 *Aeschines. Hyperides.* — 78 *Lysias.* — 79 *Isocrates.* — 80 *Demetrius Phalereus.* — 81 *Philosophi. Plato.* — 82 *Xenophon.* — 83 *Aristoteles. Theophrastus.* — 84 *Stoici.* — 86 *Romani Poetae. Virgilius.* — 87 *Macer. Lucretius. Varro Atacinus.* — 88 *Ennius. Ovidius.* — 89 *Cornelius Severus.* — 90 *Valerius Flaccus. Salejus Bassus. Rabirius. Pedo. Lucanus.* — 92 *Domitianus Caes.* — 94 *Tibullus, Propertius, Ovidius, Gallus. Lucilius, Horatius, Persius.* — 95 *Varro.* — 96 *Iambographi et Lyrici: Catullus, Bibaculus, Horatius, Caesius Bassus.* — 98 *Accius. Pacuvius. Varius. Ovidii Medea. Pomponius Secundus.* — 100 *Plautus, Caecilius, Terentius, Afranius.* — 104 *Historici. Sallustius. Livius. Servilius Nonianus. Asidius Bassus.* — 112 *Oratores. Ci-*

Digitized by Google

ARGUMENTUM LIBRI X.

cero. — 113 *Pollio. Meſſala.* — 114 *Jul. Caeſar.* — 115 *Coelius. Calvus.* — 117 *Ser. Sulpicius. Caſſius Severus.* — 118 *Domitius Afer. Julius Africanus.* — 119 *Trachalus. Vibius Criſpus.* — 122 *Julius Secundus.* — 124 *Philoſophi. Cicero. Brutus. Celſus. Plancus. Catius.* — 131 *Seneca. C.* 2. *De Imitatione.* — 3 *Imitatio neceſſaria;* — 13 *nec tamen ſatis imitari; contendendum etiam ad melius faciendum.* — 18 *judicio opus, ne omnia imitemur, et ne in pejus vertamus.* — 21 *vires etiam conſulendae.* — 26 *ſuo quodque loco imitandum.* — 28 *Imitatio non fit in verbis tantum. C.* 3. *De ſcribendo.* — 4 *Utilitas.* — 10 *ſcribendum cum mora et diligentia;* — 15 *neque tamen nimia moroſitate;* — 17 *ſed ratione adhibita.* — 22 *non dictandum.* — 30 *Secretum ſtudiis quaerendum: lucubratio.* — 33 *Ceris optime ſcribitur. C.* 4. *De Emendando. C.* 5. *Quae ſcribenda.* — 5 *Vertenda Graeca in latinum.* — 9 *Latina etiam convertenda et varianda.* — 13 *Quaeſtiones, θέσεις; loci communes.* — 16 *Declamationes. Dialogi. Carmina.* 20 *In veris cauſis exercendum.* — 23 *Ratio declamationum. C.* 6. *De cogitatione. C.* 7. *De facultate dicendi ex tempore:* — 4 *quam neceſſaria:* — 23 *quomodo paretur:* — 33 *quomodo conſervetur.*

Digitized by Google

M. FABII QUINTILIANI

DE

ORATORIA INSTITUTIONE

LIBER DECIMUS.

876 I. Sed haec eloquendi praecepta, ſicut cogitationi ſunt neceſſaria, ita non ſatis ad vim dicendi valent, niſi illis firma quaedam

Inſcriptio hujus libri in Turic. Flor. Guelf. haec: *De copia verborum. Quae legenda. Qui graecorum maxime legendi* (poſtremum ſic Guelf. et a ſec. manu Turic.; reliqui duo *elegendi*). *Qui Romanorum. De imitatione. Quomodo ſcribendum. Quomodo emendandum.* (Turic. *enim dandum*) *Quae maxime ſcribenda. De cogitatione. Quomodo ex* (Guelf. et a ſec. manu Turic. *et*) *temporalis* (Turic. *tempora vel*) *facilitas* (Guelf. *facultas*) *paretur et continuatur* (Turic. a ſec. manu *continuetur*. Guelf. *continetur*. lege: *contineatur*. vid. 10, 37, 18. 24.). Nihil horum in excuſis, nec ullus praeterea codex auctor eorum memoratur, niſi quod in illis *de copia verborum* exc, Gibſ. Obr. Gesn., nec e Camp. quidquam notavi. Caret inſcriptione et Goth.

1. *cogitationi.* Sic Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. Tarv. cum Jenſ. Reliqui *cognitioni*, jubente etiam Regio, ſed dant Goth. Vall. Camp. Languet. Sic 10, 3, 19. *cognitioni* Steph. pro *cogitationi.* *firma quaedam.* Turic. Flor. *forma quadam.* Ille a ſec. manu, Guelf. Exc. Sant. Camp. *formae quaedam* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. Repoſuit

1. De hac proprie diſputat hujus libri 6. Nos hodie *meditationem* dicimus, et noſter 4, 5, 2. „nihil *cogitati praemeditatique*". Cf. et 2, 11, 4. Opponit *vim dicendi* huic cogitationi.

Digitized by Google

facilitas, quae apud Graecos ἕξις nominatur, acceſſerit: ad quam *ſcribendo* plus, an *legendo*, an *dicendo* conferatur, ſolere quaeri ſcio. Quod eſſet diligenti nobis examinan- 877
dum cura, ſi qualibet earum rerum poſſemus
2 una eſſe contenti. Verum ita ſunt inter ſe connexa et indiscreta omnia, ut, ſi quid ex his defuerit, fruſtra ſit in ceteris laboratum. Nam neque ſolida atque robuſta fuerit unquam eloquentia, niſi multo ſtilo vires acceperit: et citra lectionis exemplum labor ille,

noſtrum Regius e §. 59. ubi Turic. item *formam*, Flor. Guelf. rectam ſcripturam. ἕξις. Turic. *ex his*, a ſec. manu *lexis*, et ſic Flor. Guelf. (hic graec. litt.) Camp. Goth. Jenſ. (tac. Gesn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. *acceſſerit: ad quam.* Sic Guelf. Goth. Exc. Sant. Jenſ. (tac. Gesn.) Camp. Tarv. cum Voſſ. 2. Alm. et edd. ante Locat. quae cum reliquis omittit *ad*, expungente Regio. Sed Turic. Flor. *acceſſerat ad q.* Ille a ſec. manu *acceſſerit. conferatur.* Turic. Flor. *conferuntur* cum Alm. Sed Guelf. *conſequantur.* Tarv. *conſequemur.* Reliqui *conſequamur.* Noſtrum e conjectura. *Plus* igitur capiebant pro *magis*; an jungebant gerundiis iſtis, ut *plus ſcriberetur* cet.? Hoc quidem contortum, illud non latinum.

diligenti nobis. Ita Camp. Andr. Ald. Bad. uterque et aliquot ap. Burm. edd. Reliqui *diligentius nobis*, facili corruptela. *ex. cura, ſi.* Sic Turic. Guelf. Exc. Sant. Camp. cum Bodl. Bal. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. acc. Obr. Aliquot horum incidunt ante *cura*, ut ea regat genitivum; male. Turic. (a pr. man.) Flor. *ex citra ſi* cum Alm. Reliqui omittunt.

2. *ſunt inter.* Turic. Flor. *ſint inter. quid ex his defuerit.* Turic. *qui flex h. d.* a ſec. manu *qui flexus vel hisdem defuerint*, ut et Guelf. niſi quod ſine *vel* et quod *iisdem*, cum Bodl. Voſſ. 2. Jenſ. (err. Gesn.) et edd. ante Baſil. Sed Camp. *qui flexus hisdem d.* Flor. *qui flexus his defuerint* et ſic Goth. (err. Gesn.) *atque rob.* Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *ac r.* An fuit *aut rob.*?

Digitized by Google

carens rectore, fluit: qui autem ſcierit, quo quaeque ſint modo dicenda, niſi tamen in procinctu, paratamque ad omnes caſus, habuerit eloquentiam, velut clauſis theſauris incubabit. Non autem ut quidque praecipue 3 neceſſarium eſt, ſic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. Nam certe cum ſit in eloquendo poſitum oratoris officium, *dicere* ante omnia eſt; atque hinc initium ejus artis fuiſſe manifeſtum eſt; proximam deinde *imitationem*, noviſſimam *ſcri-*

qui autem ſcierit. Turic. (a prima manu) Flor. *autem qui ſcivit.* Guelf. *q. a. ſciunt.* Apud Riccium textus ita exhibetur: *fluitabit. Etiam qui ſciet,* monente etiam Landfidelio *fluitabit* praeſtare prae illo *fluit.* Ex his indiciis ſcribam *fluitat* (ſ. *fluitabit*): *et qui ſcierit.* Ita concinnius etiam *neque — et — et —.* *quo quaeque ſint modo.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.). *quo quaeque modo ſ.* Jenſ. (tac. Gesn.) cum edd. ante Ald. *quae quoque ſ. m.* Turic. (a m. pr.) Flor. Reliqui *quo ſint quaeque m.*

tamen. Sic Turic. (a pr. m.) Flor. cum Alm. et Ricc. Reliqui *tanquam.* *paratamque.* Turic. (a pr. m.) Flor. cum Alm. Reliqui *paratam quidem.*

clauſis theſauris. Flor. *clauſos theſauros.*

3. *quidque.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *quicquid* cum Alm. Sed Goth. *quicque* (err. Gesn.).

2. *fluit.* Obſervat Gesn. hoc dici pro *fluitando*, *fluctuando* et ponit exempli loco Martial. 4, 66, 14. „Nec merſa eſt pelago, nec fluit ulla ratis", quae ſane fracta intelligitur, ut lacerae ejus tabulae fluitent per undas. Subit tamen dubitatio, an hic quoque *fluitat* noſter ſcripſerit, ſicuti eſt 7 praef. 3. loco plane gemino. Cf. not. crit. Etiam in theſauro ſuo Gesn. hoc uno *fluendi* ſic uſurpati exemplo defungi cogitur. Forcellinus ipſum quoque ignorat. Similius quid noſtro habet 9, 4, 129.

clauſis theſauris incubabit. cf. Georg. 2, 507. *defoſſoque incubat auro.*

3. *imitationem.* Apparet loco ipſo, quo hoc ponitur,

Digitized by Google

4 *bendi* quoque *diligentiam.* Sed ut perveniri ad ſumma, niſi ex principiis non poteſt: ita procedente jam opere minima incipiunt eſſe, quae prima ſunt. Verum nos non, quomodo inſtituendus orator, hoc loco dicimus: nam id quidem aut ſatis, aut certe uti potuimus, dictum eſt: ſed athleta, qui omnes jam per-

4. *perveniri.* Turic. Flor. *pervenire.* *ad ſumma.* Camp. Goth. Jenſ. (tac. Gesn.) *ad ſummam* cum Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Cf. 1 Pro. 20. 10, 4, 9. *jam opere minima.* Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. Tarv. Jenſ. *j. o. jam m.* Expunxit Regius. An fuit *procedente etiam opere jam m.? quomodo inſtituendus.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Reliqui inſerunt *fit.* *ſed athleta.* Turic. *f. adhleta.* Flor. *f. adleta* cum Alm. a ſec. manu uterque *f. ut a.* et ſic reliqui omnes et ſcripti et excuſi ante Ald. acc. Bad. Ille cum reliquis *f. ut athletam.* *omnes.* Sic Baſil. *omnis* Turic. Flor. Sed a ſec. manu uterque *omnia* cum reliquis.

intelligi debere *lectionem;* quae quomodo comprehendi poſſit et ſignificari *imitatione,* fateor me parum aſſequi. Nec quisquam haeſit in loco. Fortaſſe conſuetudine frequentatum fuit, ut, cum imitationis cauſa ſusciperetur lectio optimorum ſcriptorum, ipſa quoque haec tractandi libros induſtria imitatio appellaretur. Ita opus illud Dionyſii Hal. quo veterum oratorum judicia proponit, cujusque nonniſi aliquot partes reliquae factae ſunt, inſcriptum fuiſſe videtur *de imitatione,* quo indice memoratur a Scholiaſte Hermogenis τὸ περὶ μιμήσεως. Vid. Taylori Lectt. Lyſ. p. (Rsk.) 162.

4. *quomodo inſtituendus.* Quod recentiores hic neceſſario interponere ſibi viſi ſunt *fit,* differtur et poſt *praeparandus* demum comparet; quanquam duriore hyperbato, ſed quo brevitatem et acumen quaeſierit noſter.

omnes — numeros. Palaeſtrici *numeri* iterum dicuntur a noſtro 12, 2, 12. cf. 9, 4, 8. item 2, 8, 13. ubi poſitus Senecae locus praeter *nexus* „magni luctatoris" etiam *numeros* habet. Adde Juvenal. 6, 249. ubi femina „*omnes* implet *numeros*" palaeſtricos, cui loco non male Forcellinus confert alterum ejusdem 5, 122., in quo ſtructorem menſae „volanti cultello" et „chi-

Digitized by Google

didicerit a praeceptore numeros, quo genere exercitationis ad certamina praeparandus sit.
878 Igitur eum, qui res invenire et disponere sciet, verba quoque et eligendi et collocandi rationem perceperit, instruamus qua ratione, quod didicit, facere quam optime, quam

numeros, quo. Sic Basil. (ex Philandri, ut videtur, conjectura) cum Ricc. *num muro quae* Turic. (a pr. m.). *numeroque* Flor. Reliqui *nimirum quo.* Gallaeus (cf. 2, 11, 4, 6, 3, 47. 9, 4, 135.) glossam accusat *nimirum — praeparandus sit.* Burmannus *nimirum* gravatur; rectissime. Ceteri acquiescunt. Satisfactum spero nostra scriptura Morgensternio, qui codd. destitutus probabilem eruerat suo ingenio rationem: „sed ut *athleta*, qui omnia jam perdidicerit, a praeceptore eruditur, quo — praeparandus sit; ita" cet.

genere exere. Turic. Flor. Guelf. inserunt *et.*

Igitur eum. Sic Turic. a pr. m. Flor. Basil. cum Alm. Gryph. (1536.). Priores quidem duo capitis prope incipientis modo dirimunt ab antecedentibus. Reliqui *ita eum*, respiciendo ad *ut* suum ante *athlet.* *eligendi.* Turic. Flor. *elicendi* (cf. 5, 14, 29. 9, 2, 97. 9, 4, 113.).

qua ratione, quod didicit. Turic. Flor. Guelf. Camp. *qua in oratione quod* (ita pronomen Turic. *quam* Flor. *quae* Guelf. Camp. cum Turic. sec. manu et reliquis) *dicere* cum Bodl. Alm. Goth. Voss. 2. et edd. ante Stoer. nisi quod *quae in or.* Gryph. Basil. Sed nostrum jam Vascosa. 1542. fol. et aliquot ap. Burm. Posui *quod did.* pro reliquorum *quae d.* cum Philandro et Turicensi. *optime, quam.* Sic Turic. Flor. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Stoer. Reliqui inserunt *et.* Guelf. *quam optime* omittit.

ronomonta" secare altilia dicit, „donec peragat dicta magistri Omnia." *Numeros* rectissime hic et legunt et interpretantur praeceptores nostrates Melanthon, Velcurio, Stigelius in ed. Riccii.

verba — perceperit. Accusativum in *verba* cave referas ad *perceperit;* pendet ille a gerundiis *eligendi*, quo omnis elocutionis doctrina demonstratur, et *collocandi*, quo compositionis. Eleganter enim totum operis sui tractatum comprehendit hisce: „qui — sciet — perceperit."

instruamus. Non opus est cum Gallaeo hic reponere *instituamus* (quo ipso ingrata

Digitized by Google

5 facillime poſſit. Num ergo dubium eſt, quin ei velut opes ſint quaedam parandae, quibus uti, ubicunque deſideratum erit, poſſit? Eae 6 conſtant *copia rerum ac verborum.* Sed res propriae ſunt cujusque cauſae, aut paucis communes: verba in univerſas paranda: quae ſi in rebus ſingulis eſſent ſingula, minorem curam poſtularent: nam cuncta ſeſe cum ipſis protinus rebus offerrent. Sed cum ſint aliis alia aut magis propria, aut magis ornata, aut plus efficientia, aut melius ſonantia, debent eſſe non ſolum nota omnia, ſed in promtu, atque, ut ita dicam, in conſpectu, ut, cum

5. *Num.* Camp. *Non* cum Goth. et edd. ante Burm. Noſtrum et Turic. Flor. Guelf. cum Alm. cf. 5, 10, 102. *parandae, quibus.* Turic. Flor. Guelf. *paranda e quib.* cum Goth. Jenſ. *parandae e q.* Ald. *uti, ubicunque.* Turic. *ubique cumque.* Flor. Guelf. Camp. omittunt *uti* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. *poſſit? Eae conſtant.* Turic. Flor. *poſite conſtantia.* Ille a ſec. manu *poſſit e* („vel *eſt*" additur a conferente) *conſtantia*, hic idem, ſed *poſit* una S. Cum Turicenſis ſec. manu Guelf. ut et Goth. ſed Voſſ. 2. *p. eſt conſtantia.* Camp. *p. occurrere conſtanti.* Ald. *p. ei occurrere* (absque *conſt.*). Jenſ. *p. ei conſtare* cum edd. ante Baſil. Hoc ut rotundius malit Burm. omiſſo *uti*, et cum *e* ante *quibus.* Sed deſtituit gravitatem praecipientis, quae prodit ſe in ingreſſu illo loci univerſi: *Eae conſtant.*

6. *ſi in rebus.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Alm. et edd. ante Baſil. Reliqui omittunt *in*, ſuadente jam Regio. *Sed res — offerrent* om. Guelf. *minorem curam.* Flor. (a pr. m.) *in aurem coram.* Alm. *Maurem coram.* cf. prooem. tert. vol. p. V. *offerrent.* Turic. (a pr. m.) *offerent.* Goth. *offerunt.* *atque, ut.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) inſerunt *id.*

fit repetitio verbi quod erat modo in *inſtituendus*); ſi *inſtruamus qua ratione* dictum accipias pro *ea ratione inſtruamus qua.* cf. de *inſtr.* 8, 6, 2.

Digitized by Google

se judicio dicentis ostenderint, facilis ex his optimorum sit electio. Et quae idem significarent solitos scio ediscere, quo facilius et occurreret unum ex pluribus, et, cum essent 879 usi aliquo, si breve intra spatium rursus desideraretur, effugiendae repetitionis gratia 7

7. *Et quae idem significarent.* Turic. Flor. (a pr. m.) *e. q. i. significarentur.* Camp. *e. q. i. significent.* Nobiscum faciunt Guelf. Goth. Vall. Voss. 2. item Alm. nisi quod *et* omittere narratur, me quidem incredulo, cum edd. ante Basil. sed Bad. sec. *At q.* cet. Mox, e Philandri, opinor, conjectura, *Equidem scio quosdam collecta quae idem s. vocabula.* *solitos scio ediscere.* Turic. *solitos ediscere* (a sec. m.) *solitos edicere.* Flor. *solito se discere.* (a sec. facit cum Turicensis prima.) Guelf. *solitos se dicere.* Camp. *soliti saepe dicere.* Goth. *solitos saepe dicere* cum Voss. 2. Vall. Ald. Sed Jens. *solitos scio dicere* cum rell. ante Bad. qui (in utraque) *solitos scio discere.* Reliqui hinc cum Turic. eximunt *scio*, quod supra posuerant. Nihil facilius quam hinc excidisse *scio.* [Vid. infra Addenda.] *occurreret.* Camp. *occurrat* cum Ald. *essent usi.* Turic. *essent usui.* Flor. Guelf. Camp. (hic *et* quoque omittit post *plur.*) *essent usui* cum Goth. Voss. 2. Alm. (quanquam e duobus postremis *esset* non affertur) et edd. ante Basil. *aliquo.* Camp. *aliquid.* Goth. *aliquod* cum Voss. 2. et edd. ante Basil. *si.* Camp. omittit cum Goth. *spatium.* Turic. Flor. Guelf. *semet ipsum* cum Goth. Voss. 2. Vall. Jens. et edd. ante Ald. exc. Camp. qui cum hoc et Bad. sec. *semet ipsos.* Sed Badius nostrum ex superscripta correctione Vallensis. Qui vetustam scripturam tueri cupiat, ut sit vocabulum post se prius positum rursus ponendum, et modo pro *breve* legatur *brevi*; nunquam tamen probabit *intra* sic posse dici pro *post.* Vera igitur censenda emendatio et mira corruptela interim notanda. Unus Bad. sec. post *intra* de suo addit *tempus* cum marg. Vidovaei. *desideraretur.* Turic. Flor. *desideratur* cum Goth. Jens. et edd. ante Ald. Sed Bad. pr. *desideretur.* Camp. Ald. *considerant.* Bad. sec. *considerarent* cum marg. Vidov.

Digitized by Google

fumerent aliud, quo idem intelligi poſſet. Quod cum eſt puerile et cujusdam infelicis operae, tum etiam utile parum: turbam enim modo congregat, ex qua ſine discrimine occu-
8 pet proximum quodque. Nobis autem *copia cum judicio* paranda eſt, vim prandi, non circulatoriam volubilitatem ſpectantibus. Id autem conſequemur *optima legendo atque audiendo.* Non enim ſolum nomina ipſa rerum cognoſcemus hac cura, ſed cui quod-

quo idem. Turic. Flor. Guelf. *quod i.* cum Jenſ. *quod* (absque *i.*) Camp. *poſſet.* Camp. *poteſt*: item *ſumunt* modo pro *fumerent.* *turbam enim.* Turic. Flor. (hic a ſec. man.) Guelf. (poſteriores diviſim) *turbamentum* cum Palat. Gebhardi, unde is erult *purgamentum*, amator talium, recte notante Burmanno, cui eadem de homine ſentit fratris filius ad Prop. 1, 1, 11. Cf. 10, 7, 26. Inde erant *cenuriones* illi 4, 2, 124. Flor. *turba amen.*

8. *volubilitatem.* Turic. Guelf. Camp. *voluptatem* cum Bodl. Bal. et edd. ante Baſil. Noſtrum huic in Vall. ſuperſcriptum narrat Badius, ſed vindicant Flor. Goth. item, ut ſuſpicor, Alm. *conſequemur.* Flor. Guelf. Camp. *conſequimur* cum Alm. Colb. Voſſ. 2. (ſed Goth. *ſequimur*) Vall. Jenſ. Tarv. *enim ſolum.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (err. et tac. Gesn. etſi Goth. *ſola*) cum edd. ante Baſil. Reliqui *ſ. e.* *cui quodque loco ſit*

7. *infelicis operae.* cf. 8. Pro. 28. et 11, 2, 49. „haec rara infelicitas.“

occupet. Poteſt quaeri, quod ſit verbi ſubjectum? Oratorem fortaſſe rectiſſime intelliges, ut ſit ἀπὸ κοινοῦ dictum et quaſi pro *occupes.* Nam ut artificium illud ipſum, quod puerile dixerat parumque utile, hic ſubjecti adhuc loco ſit, nemo probabit; quanquam eſt ſane in *congregat.* Fuit cum *proximum quodque* nominativum interpretarer, et *occupet* pro *occurrat, praeveniat.* Sed hoc inſolens nec perſpicuum.

8. *ſpectantibus.* An *ſectantibus*? cf. 8, 5, 25. Sed hic minus neceſſaria videtur mutatio; ſimile noſtro 5, 12, 22.

Digitized by Google

que loco ſit aptiſſimum. Omnibus enim fere 9
verbis, praeter pauca, quae ſunt parum verecunda, in oratione locus eſt. Nam ſcriptores quidem iamborum veterisque comoediae etiam in illis ſaepe laudantur: ſed nobis noſtrum opus interim tueri ſat eſt. Omnia verba, exceptis de quibus dixi, ſunt alicubi optima: nam et humilibus interim et vulgaribus opus, et quae nitidiore in parte videntur ſordida, ubi res poſcit, proprie dicuntur. Haec ut 10

aptiſſimum. Turic. Flor. *quod quoque loeis ita petiſſimum.* Ille a ſec. man. *q. q. l. i. potiſſimum.* Guelf. *quid quoque loci ſita potiſſimum.* In pronominibus varie erratur.

9. *ſcriptores quidem iamb.* Sic Flor. Baſil. Gryph. Gibs. Obr. Burmanni aliquot et Bipont. Omittunt *quidem* Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Reliqui *ſ. quidam i.* *interim tueri ſat.* Turic. (a pr. m.) *inter inveteris at.* Flor. *item in veteris at.* Hic a ſec. *item in veteri ſat.* Baſil. pro *interim tueri* non ſine ratione aliqua *intueri;* cf. 5 Pro. 4. Sed *ſat* Turic. Flor. Guelf. Reliqui *ſatis.* cf. 8, 3, 53. *nam.* Turic. Flor. Guelf. omittunt cum Alm. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Facillime excidebat. *vulgaribus opus.* Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Gesn.) cum edd. ante Baſil. Reliqui inferunt *eſt:* Ald. hoc poſt *opus.* *nitidiore.* Sic Baſil. Gryph. (1536.). Sed Turic. *tidiorem.* Flor. *tidiorē*, ſubjecta mox *a* ab alia manu. Ex Alm. *tidiore.* Guelf. *utiliore* cum Bodl. Bal. et edd. ante Ald. niſi quod Camp. *occultiore.* Reliqui *cultiore* cum Goth. Voſſ. 2. cf. 8, 3, 16.

9. *quae ſunt parum verecunda.* cf. 8, 3, 38 ſeq.

ſcriptores — iamb. Quatenus phallica continentur iambis, et illa Archilochi et Hipponactis rabies proprium habet iambum, quem vel ex Horatianis epodis novimus, quam ſit pudicus.

interim tueri. vid. not. crit.

nitidiore in parte. cf. §. 33. „vel hiſtorico — *nitore.*“ 44. „*nitidi* — generis — amatores.“

Digitized by Google

ſciamus, atque eorum non ſignificationem modo, ſed formas etiam menſuraſque norimus et, ubicunque erunt poſita, an conveniant, niſi multa lectione atque auditione aſſequi nullo modo poſſumus; cum omnem ſermonem auribus primum accipiamus. Propter quod infantes a mutis nutricibus juſſu regum in ſolitudine educati, etiamſi verba quaedam 880
emiſiſſe traduntur, tamen loquendi facultate
11 caruerunt. Sunt autem alia hujus naturae, ut idem pluribus vocibus declarent, ita ut nihil ſignificationis, quo potius utaris, interſit: ut *enſis* et *gladius:* alia, quae etiamſi propria

10. *ſciamus.* Flor. *ſcimus.* *et, ubicunque.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Baſil. niſi quod Bad. ſec. *ut et u.* Reliqui *ut u.* *an conv.* Sic Camp. Reliqui omittunt *an.* *atque auditione.* Camp. *aut a.* cum Obr. *nullo modo.* Sic Turic. Flor. cum Alm. Reliqui *non*, quod ipſum omittit Guelf. *poſſumus.* Turic. Flor. *poſſimus.* *omnem.* Turic. Flor. *omne mi.* Ille a ſec. man. *omne enim.* Guelf. *omnem enim* cum Baſil. Quid lateat non exputo.
caruerunt. Turic. Flor. *caruerint.*

11. *declarent.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *declarant.* *alia, quae.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *aliave.*

10. Recte hic Regius admonet Pſammetichi regis paſtori tradentis infantes, caprino ubere nutriendos, qui mox *becos* pronunciant; apud Herod. 2, 2. add. Schol. Apollon. 4, 262. Lutat. in Statii Theb. 4, 275. et Claudian. in Eutrop. II, 251 — 54. Cujus hiſtoriae cum memor hic profecto fuerit Qu. ſuſpicor *mutas nutrices* dictas ab eo eſſe pro beſtiis. Cf. 1, 10, 7. Gesnerus hic „Notum ceteroquin eſt" ait „ſurdos a „natura ob id ipſum mutos „eosdem eſſe, quod loquentes „alios non audiant: idemque „accidere, ſi qui ſint, θηριε„θρέπτοις."

Digitized by Google

rerum aliquarum ſint nomina, τροπικῶς quaſi tamen ad eundem intellectum feruntur, ut *ferrum* et *mucro*. Nam per abuſionem *ficarios* etiam omnes vocamus, qui caedem telo quocunque commiſerint. Alia circuitu verborum plurium oſtendimus: quale eſt, *Et preſſi copia lactis*. Plurima vero mutatione figuramus, *Scio*, *Non ignoro*, et, *Non me fugit*, et, *Non me praeterit*, et, *Quis neſcit?* et, *Nemini dubium eſt*. Sed etiam ex proximo mutuari licet. Nam et *intelligo*, et *ſentio*,

quaſi. Sic Jenſ. Tarv. *quare* Turic. Flor. Guelf. cum Alm. Sed edd. reliquae ante Bad. ſec. (acc. Baſil.) hoc ponunt poſt *tamen*; male; praeter Camp. qui omittit cum ceteris. *tropicos* autem latt. litt. mei codd. et aliquot edd. vett.

12. *commiſerint*. *Alia*. Turic. Flor. *commiſerit in talia*; a ſec. m. ille *commiſerint talia*, hic *commiſerit talia*. Poſtremum vocab. ſic Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Correxit Regius et repoſitum noſtrum jam in Vall.

fugit, *et*, *Non*. Sic Turic. Flor. Reliqui omittunt *et*.

Quis. Turic. Flor. Guelf. *qui* cum Goth. Voſſ. 2.

neſcit? et. Flor. (a pr. m.) *neſcite*. Reliqui omittunt *et*.

13. *licet*. Turic. Flor. Guelf. Camp. *libet*. Quamvis praeclari auctores non perſuadent.

11. τροπικῶς *quaſi*. Neque enim jam verus tropus in hisce agnoſcitur uſu nimium vulgatis.

feruntur. Mire dictum; malim *referuntur* vel *vertuntur*, et praeſtet conjunctivus in verbo.

ferrum et mucro. cf. 8, 6. 20.

12. *Nam — ficarios*. Cave ad proximam ſententiam referas *nam*. Interjacet alia, ſed ſuppreſſa et facile a legente ſubaudienda. cf. ad 2, 11, 7. 9, 4, 84.

Et preſſi. Virg. Ecl. 1, 81.

13. *ex proximo*. Non modo, quae ſignificent eadem, verba poſſunt ſibi invicem ſuccedere, ſed etiam in quibus levis eſt ſignificationis differentia. Hoc enim eſt *ex proximo*. Locum non intellexit Gedoynus.

Digitized by Google

et *video*, saepe idem valent, quod *scio*. Quorum nobis ubertatem ac divitias dabit lectio, ut non solum quomodo occurrent, sed etiam
14 quomodo oportet, utamur. Non semper enim haec inter se idem faciunt: nec sicut de intellectu animi recte dixerim, *video*, ita de visu oculorum, *intelligo*: nec ut *mucro* gladium
15 sic *mucronem* gladius ostendit. Sed ut copia verborum sic paratur, ita non verborum tantum gratia legendum vel audiendum est. Nam 88

ut non. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2. et edd. ante Basil. Reliqui inferunt *his. occurrent.* Sic Turic. Flor. (a pr. m. uterque). Reliqui *occurrerint.* *oportet.* A Gryphio inde ante Gesn. edd. *oporteat.*

14. *visu.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) Guelf. *usu* cum Alm. Goth. Voss. 2. Per se quidem potius est, sed hic ob relationem ad „*intellectum* animi" praestare videtur nostrum.

15. *copia v. sic paratur.* Turic. (a sec. quidem manu *fit*) Flor. *copiosus v. sic paratus*, mox et Guelf. Camp. nisi quod *fit*, cum Goth. Voss. 2. Alm. et edd. ante Basil. Error orsus a *paratus*, qualia menda sunt frequentissima (cf. 8, 3, 3. 9, 4, 125. item hic §. 21.), cui primitus accommodatum *copiosus*, mox etiam *fit*, pro quo *sic* in vett. lacinia quasi remansit, per quam ex fuga retraheretur vera scriptura, a Philandro haud dubie, ut multa, velut hic §. 4, praeclare restituta.

14. *inter se idem faciunt.* i. e. possunt impune reciprocari.

visu oculorum. cf. not. crit.

mucronem gladius. „Quin „nec *mucro* semper *gladium*. „Quis enim nisi fatuus dixe„rit, *I puer, affer mihi mu„cronem*, cum gladium sibi „dari postulat? Scilicet in „ipsis etiam tropis verum „inesse debet; recteque poeta „*mucrone peremtum* aliquem „dicit: neque enim profecto „*capulo*. In hoc quidem „exemplo vix quisquam pec„cat; utinam nec in aliis." Gesnerus.

Digitized by Google

omnium, quaecunque docemus, hoc ſunt exempla potentiora etiam ipſis, quae traduntur, artibus, cum eo, qui diſcit, perductus eſt, ut intelligere ea ſine demonſtrante, et ſequi jam ſuis viribus poſſit: quia, quae doctor praecepit, orator oſtendit. Alia vero audientes, alia legentes magis adjuvant. Excitat, qui dicit, ſpiritu ipſo, nec imagine et ambitu rerum, ſed rebus incendit. Vivunt omnia 16

hoc ſunt. Turic. *hec ſ.* Flor. Guelf. Camp. *haec ſ.* cum Goth. (tac. Gesn.) Voſſ. 2. (ſed hic a ſec. m. noſtrum) Alm. et edd. ante Ald. Regius correxit, non ſine ingenio, cf. 2, 21, 14. item hic §. 34. ubi „*haec* potentiora" Turic. Flor. (a ſec. m. uterq.) Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. Tarv. corrigente etiam Regio. *praecepit.* Sic Turic. Flor. Guelf. cum Jenſ. (tac. Gesn.) Tarv. Reliqui *praecipit.* Pro *doctor* autem *decor* Goth. Voſſ. 2. par nobile. cf. 9, 4, 86. item hic §. 27.

16. *aud. al. leg.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum Voſſ. 2. Reliqui *leg. al. aud.* *omnia enim.* Hoc ordine Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *o. e.* Tertio loco poſitum *enim* vid. 5, 11, 37.

15. *docemus.* Suſpicabar fuiſſe *docemur.* Neque enim valde aptum, ut ſe ſuosque in docendo ſocios hic reſpiciat ſolos. Quid hominibus in genere accidat, oſtendendum eſt. Ii quidem diſcunt omnes, non docent. Quia tamen mox eſt *qui diſcit*, retinenda nunc videtur vulgata.

hoc — quia. Haec inter ſe invicem referuntur, quaſi *propterea — quod.* Nulla autem ratio *hoc* ſtruendi cum comparativo *potentiora* quaſi dictum pro *tanto.*

artibus. Cf. not. ad 2, 15, 4. p. 344. it. 8, 3, 2. 11, 1, 54. Apparet hic, pluralem dici de pluribus illis praeceptis, quibus continetur tota ars. Annotarant hoc Stigelius et Landfidelius.

16. *ambitu rerum.* Huic ego locutioni inſolentiori non concilior loco Pliniano, quo mollire eam ſtudet Gesnerus, H. N. 15, 30. ſ. 39. ubi aliquod lauri genus cum dictum eſt eſſe in *ambitu* nominum, deinde complura ejus vocabula recenſentur. Inde Ges-

Digitized by Google

enim, et moventur, excipimusque nova illa, velut naſcentia, cum favore ac ſolicitudine. Nec fortuna modo judicii, ſed etiam ipſorum,
17 qui orant, periculo afficimur. Praeter haec, vox et actio decora, commoda, ut quisque

ſolicitudine. Turic. Flor. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *ſolitudine,* cf. 9, 2, 20. 6, 1, 18.

17. *vox et actio.* Flor. (a pr. m.) omittit *et. commoda, ut quisque.* Turic. Flor. *commodat aut quisquisque.* a ſec. m. uterque — *quid quisque.* et ſic Bodl. Sed Guelf. Jenſ. (tac. Gesn.) *commodat ut quid quisque* cum edd. ante Ald. *commendat ut quid quisque* Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Bal. Bad. ſec. Cervic. item Ald. ſed hic ſine *ut.* Bad. pr. *commendatur quid quisque* ex Regii praecepto. Alii aliter. Noſtrum, in mea quidem ſupellectili, primum comparet in marg. Choueti, recte erutum e vetuſtiſſimis; unde male deflexit Obr. hisce: *accommodata ad quid quisque;* Ricc. *accommodata ut quid quisque*; item Beſtius de Rat. emend. leg. conjiciens *commodabit quid quisque.*

nerus efficit, ambitum eſſe pro *deſcriptione* ſive *periphraſi.* Facilius feram *habitu*, quanquam et ipſum ſatis nove dictum. Pertinet tamen ad omne tegumentum exterius; ut eſt ap. Cic. de Orat. 3, 52. „*habitus* orationis et quaſi color". Noſter 6, 3, 26. 9, 4, 34. „*habitus* oris". Landfidelius *ambitum* interpretatur „artificioſam comprehen„ſionem atque explicationem „rerum ad aucupandam gra„tiam". Reſpondet utique *imagini* hic ſive *ambitus* ſive *habitus,* opponunturque ſimul *rebus ipſis.* Modo *ſpiritus* eſt calor et vehementia dicentis, non quidem, ut Melanthonis fert ratio, *vita*; nec ſatis probo Stigelium, qui *motum* ait eſſe orationis „qui ſit ex „jure ſententiarum et ſche„mate."

17. *Praeter haec — docent.* Plurimis breviſſimisque inciſis faciendis elegantem ſenſum patefacere conatus ſum, quod quidem viris doctiſſimis parum probari non ignoro, qui talia adjumenta perſpicuitatis, veteribus incognita, iisdem neceſſaria negant. Attamen ſic, ut feci, a Qu. ipſo haec fuiſſe diremta intelligo, ipſaque naſcente ex hac interſtinctione elegantia doceor; quae ut primo quoque aſpectu unicuique pateret lectori, ad-

Digitized by Google

locus poſtulabit, pronunciandi, vel potentiſſima in dicendo, ratio, et, ut ſemel dicam, pariter omnia, docent. In lectione certius judicium, quod audienti frequenter aut ſuus cuique favor, aut ille laudantium clamor extorquet. Pudet enim diſſentire, et velut 18

poſtulabit. Turic. Flor. *poſtulavit* cum Bodl. Ricc. *et, ut.* Camp. *eſt* omiſſo *ut.* *docent.* Camp. *docet* cum Goth. (Voſſ. 2. noſtrum. cf. §. 15.) Locat. (err. Burm.) eoque recentioribus ante Leid. Peſſime. *audienti.* Turic. *audiendi.* cf. 4, 5, 6. 6, 3, 20. *cuique.* Camp. Goth. Jenſ. (tac. Gesn.) *cujuſque* cum edd. ante Baſil.

18. *velut.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *illud* cum Goth. Bodl. Alm. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. *ab illis* Ald. Bad. uterque ex emendatione Regii. Noſtrum in Baſil. prima, de Philandri, puto, conjectura veriſſima. Mox §. 19. Flor. *et velud.*

miniculis iſtis ab arte libraria petitis uti licuit, opinor. Scilicet omne hoc pronunciatio erat doctura, ſi audiſſemus Fabium. Appoſitum *decora* utrique et *actioni* et *voci* redditur; actio autem, id quod male negat Stigelius, h. l. disjungitur a pronunciatione. Illud *vel potentiſſima in dicendo* parentheti vice fungitur, quo protinus cauſa indicetur, quare tantum ſit momentum ad animum excitandum in iis quae audimus, non legimus; quo in genere non minima vis eſt particulae *vel.* Ad *potentiſſ.* cf. 4, 5, 8. 5. 7, 57. Ad *ut ſemel dicam* 5, 13, 3. *Et* ante *ut ſemel dicam* tertio ſane loco comparet (cf. propem. Vol. 3. p. extr.), ſed neque inter *decora* et *commoda* poni copula poterat, quia illa disjunxiſſet *vocem* ab *actione*, neque hic compendifieri eadem, quia debebat finem imponere et inſertum illud *ut — dicam* quaſi praecurrere. Qui *docet* ſingulari numero ſcripſerunt, aliud agebant; *omnia* non, quod eſt, nominativum interpretantes, ſed accuſativum.

extorquet i. e. aufert, ne quis interpretetur „certum aliquod judicium reddere adigit.“ cf. 4, 5, 6. Jucunda autem eſt Hieronymi narratio a Gesnero poſita neque noſtris lectoribus invidenda. Epiſt. ad Nepotianum de vita Clericorum fol. 16, b. Erasmi.

Digitized by Google

tacita quadam verecundia inhibemur plus nobis credere, cum interim et vitiosa pluribus placeant, et a corrogatis laudentur etiam quae
19 non placent. Sed e contrario quoque accidit, ut optime dictis gratiam prava judicia non referant. Lectio libera est, nec actionis impetu transcurrit: sed repetere saepius licet, 882
sive dubites, sive memoriae affigere velis. Repetamus autem et tractemus, et ut cibos

tacita. Turic. Flor. *tanta.* cf. 9, 4, 13. *placeant — laudentur.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *placent — laudantur* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. Correxit Regius. In Flor. tamen *laud.* non memoratur, in Turic. a pr. m. *laudetur*, vestigium veri.

19. *impetu.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *impetus.*

memoriae aff. Sic MSS. et excusi ante Basil. Reliqui inferunt *penitus.* *Repetamus.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *repetimus* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Basil. Sed *tractemus*

Vol. IV, 1. p. 262. Ed. Bened. „Praeceptor quondam „meus, Gregorius Nazian„zenus, rogatus a me, ut „exponeret, quid sibi vellet „in Luca Sabbathum δευτε„ρόπρωτον, eleganter lusit, Do„cebo te, inquiens, super hae „re in Ecclesia, in qua mihi „omni populo acclamante, „cogeris invitus scire quod „nescis: aut certe si solus „tacueris, solus ab omnibus „stultitiae condemnaberis. Ni„hil tam facile, quam vilem „plebeculam et indoctam con„cionem linguae volubilitate „decipere, quae quidquid non „intelligit plus miratur.“ *Laudantium clamorem* cf. ad 4, 2, 37. ubi *corrogatos ad laudandum* invenies ipsos in *disposita ad clamorem multitudine.* De hocce autem recitantium ambitu bene hic exponit Landfidelius e Plinii maxime epist. 2, 14. item Juvenal. 1. init. Horat. Epist. 2, 2, 67. 68. Claudian. 74, 17. 18. ed. Gesn. Martial. passim. Cf. Qu. 11, 3, 121.

18. *vitiosa pluribus.* Conferantur haec ad 1, 6, 44. *interim* hic quidem non est pro *interdum*, sed suo significatu et quasi valens *tamen.*

19. *prava judicia.* cf. 3, 7, 18.

tractemus. Non dubito quin fuerit a Qu. *retractemus.*

Digitized by Google

manſos ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur, ita lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita et velut confecta, memoriae imitationique tradatur. Ac diu non 20
miſi optimus quisque, et qui credentem ſibi minime fallat, legendus eſt, ſed diligenter, ac paene ad ſcribendi ſolicitudinem: nec per partes modo ſcrutanda omnia, ſed perlectus liber utique ex integro reſumendus, praecipue oratio, cujus virtutes frequenter ex induſtria quoque occultantur. Saepe enim praeparat, 21
diſſimulat, inſidiatur orator, eaque in prima

tuentur Turic. Flor. Reliqui et hoc corrumpunt in indicativum. In *demittimus* praepoſitionis *I* litteram dant Mſſ. et excuſi ante Gryph. *manſos.* Turic. (a pr. m.) *menſae.* Flor. (a pr. m.) *menſes.* *iteratione.* Turic. Flor. Guelf. *alteratione* cum Alm. Pal. Gebh. qui vocabulum mirifice amplectitur, recte caſtigatus a Burmanno, artificium propriae in hisce ad cibos ſpectantibus orationis demonſtrante.

20. *ſibi.* Turic. (a pr. m.) Flor. *ſive.* *ſcrutanda.* Turic. Flor. (a pr. m. utèrq.) *ſcrutandi* cum Alm. *ſcrutando* Guelf. *praecipue.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Reliqui *praecipueque.*

21. *diſſimulat, inſidiatur orator, eaque.* Turic. Flor. (quanquam hic primam vocem non videtur mutare) *diſſimilatim*

cf. 2, 4, 13. ubi Flor. Ambr. 2. *retractatam*, Ambr. 1. *tractatam.*

digerantur. Poteſtate *concoquendi* non quidem labentis, ſed recentioris eſt latinitatis, quod primum videtur in *dentibus* cibum *digerentibus* i. e. minuentibus dictum, velut Plin. H. N. 11, 37. ſ. 61. Seneca tamen et Celſus noſtro jam ſignificatu uſurpant. cf. Qu. 11, 3, 19.

20. *ſcribendi ſolicitudinem.* Non opus corrigente Lochmanno *ſcribentis*, quanquam hoc ipſum in interpretatione ponit Melanthon.

praecipue oratio „et maximе ſi liber ille ſit oratio „quaedam clari alicujus patroni.“ Gesner.

Digitized by Google

parte actionis dicit, quae ſunt in ſumma profutura. Itaque ſuo loco minus placent, adhuc nobis, quare dicta ſint, ignorantibus: ideo-
22 que erunt cognitis omnibus repetenda. Illud vero utiliſſimum, noſſe eas cauſas, quarum orationes in manus ſumſerimus: et quoties 885
contiget, utrinque habitas legere actiones: ut Demoſthenis atque Aeſchinis inter ſe contrarias: et Servii Sulpicii atque Meſſalae,

inſidiatis oratore atque cum Alm. ex quo duo poſtrema non memorantur: a ſec. m. uterque — *inſidias* (Flor. *inſidiat*) *orator atque.* et ſic Guelf. Goth. cum Voſſ. 2. Bodl. et edd. ante Baſil. Sed Camp. *diſſimulat in inſidias orator atque.* Noſtrum ex correctione veriſſima, qualis §. 15. Longe deterius Obr. *diſſimulat interim inſidias o. e.*, minimeque probanda Burm. conj. *diſſimulat vim inſidiens o. e. ſunt in.* Baſil. Stoer. Chouet. Leid. inſerunt *forte*, quod rectiſſime codd. auctoribus ejecit Gibſ. monens, non debere *temere* oratoribus verba excidere; quae ratio nunc vulgo negligitur.

dicta ſint. Jenſ. (tac. Gesn.) *d. ſunt* cum edd. recentt. ante Baſil.

22. *Illud.* Turic. Flor. Guelf. *Illa*, per errorem jungendi cum proximis; cf. 5, 9, 13. *et Servii Sulpicii atque.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (err. Gesn.) Camp. Baſil. Reliqui *ut S. S. et.* Modo ante *Aeſch.* Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Gesn.) *et* cum edd. ante Baſil. non Turic. Sed Camp. ante *Caſſ.* omittit *et.* Minutae hae *et*, *atque*, voculae non inconſulto ſunt diſpoſitae: iterum poſitum *ut* ante *Serv.* inepti fuerit tumoris. Praeterea monendum, in

21. *actionis.* Plane pro *oratione* etiam ſcripta: cf. ad 4, 1, 32.

22. *Ser. Sulp. atque Meſſalae.* cf. 6, 1, 20. Si in loco noſtri 4, 2, 106. *pro Aufidia* liceret mutare in *contra Aufidiam*, ſalva res eſſet; ſed obſtat fragmentum Feſti p. Dacer. 2. in quo et ipſo Ser. Sulpicius *pro* Aufidia memoratur et eſt particula *pro* in ipſis, ut quidem docemur, MS. ductibus, loco alioqui mutilo. An igitur tantae oblivionis accuſare ſuſtinebimus noſtrum, ut illo libri ſexti loco aberraverit, cum ſcribere vel-

Digitized by Google

quorum alter pro Aufidia, contra dixit alter: et Pollionis et Caſſii reo Aſprenate, aliasque plurimas. Quin etiam, ſi minus pares vide- 25
buntur, aliquae tamen ad cognoſcendam litium quaeſtionem recte requirentur: ut contra Ciceronis orationes, Tuberonis in Liga-

Turic. pro *Servii Sulpicii* a pr. m. fuiſſe *ſervi ſulpici*; e Flor. *ſervi*, nec poſtmodo correctum, afferri; ſicut mox Turic. a pr. m. *caſſi*: cf. 3, 5, 17. et praef. noſtr. to. 1. p. 75. Sed videtur in hac quaeſtione neglecta Chariſii (p. Putſch. 10. 11.) ipſiusque Varronis (ib. 59. 60.) auctoritas. *reo Aſprenate.* Turic. Flor. (a ſec. m. uterque; ille quidem a pr. *aſpernatae*) *reos aſpernatus eſt*, et ſic Guelf. Camp. qui et modo *Caſſius* cum Goth. (tac. Gesn.) Voſſ. 2. Sed Goth. *reus aſpernatus eſt* cum edd. multis: neque ulla rectum habet ante Baſil. Ipſa autem cum plurimis peccat transponendo liquidam in nomine: cf. 11, 1, 57.

23. *cognoſcendam.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *nos cogendam.* Guelf. *ignoſcendam.* *Tuberonis.* Turic. Flor. Guelf. *tu vero niſi.* *in Ligar.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Gesn.) cum edd. ante Baſil.

let „*M. Valerius Meſſala* „contra Aufidiam“? Eſt enim ſane magis conſentaneum, ut prius *alter* hic reſpiciat ad priorem. Interim ſi quis cupiat videre hominem mediocriter doctum, inſultantem ſe peritiori, jubebo legere notam Capperonerii vellicantis Burmannum; rei ipſius difficultatem ne attingentis quidem; quare factum bene, quod ille laceſſenti non pepercit Epiſt. p. 17.

Poll. et Caſſ. reo Aſpr. cf. dicta ad 6, 3, 78. et in prooem. Vol. II. p. 8. add. Ptolemaeus Flavius in Conjectaneis 58. (Lamp. Grut. I. p. 977.)

25. *minus pares — Tuberonis — Hortenſii.* „Tubero — „transiit a cauſis agendis ad „jus civile; maxime poſt- „quam Q. Ligarium accuſa- „vit, nec obtinuit —. Ser- „mone — antiquo uſus affecta- „vit ſcribere, et ideo parum „ejus libri grati habentur.“ Pomp. de or. jur. Digeſt. 1, 2, 2, 46. Vid. et Qu. 12, 1, 78. 80. — „Dicebat melius, „quam ſcripſit, Hortenſius.“ Cic. Orat. 38. v, et Qu. 11, 3, 8.

Digitized by Google

rium, et Hortenſii pro Verre. Quin etiam, easdem cauſas ut quisque egerit, utile erit ſcire. Nam de domo Ciceronis dixit Cali-

Reliqui inſerunt *Q. · · Hortenſii.* Turic. Flor. *hortenſi*, a ſec. m. uterque *hortenſium*, et ſic Guelf. Mox Turic. *verri.*

Quin etiam, easd. Turic. Flor. Guelf. Camp. *quis e. e.* cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. Tarv. Correxit Regius, ſed jam in Vall. repoſitum. *. ut quisque egerit, utile erit.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *utrisque erit* cum Goth. Voſſ. 2. Bodl. (Alm. turbare dicitur) Jenſ. Tarv. Regius ingenioſe jam tentavit, quanquam recipiente nemine, *quis e. e. c. utrinque egerit, utile erit ſcire;* ſed poſt varias emendationes noſtra demum in Baſil. ex praeclara conj., niſi fallor, Philandri, qui Regianam ad verum ipſum deduxit. *ut quisque* quantivis eſt pretii. *de domo.* Sic Turic. Flor. Guelf. (niſi quod hic omittit *domo*) Camp. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. acc. Obr. Reliqui *pro d.* corrigente Regio. *Calidius.* Turic. Flor. *callidus.* Camp. *callidio.* cf. Cic. de Inv. 2, 9. ed. Burm. et Schütz. Retineo hic et ubique ſimplicem liquidam. Sic enim et 11, 3, 123. Flor. (Turic. et Ambr. 2. a Burm. qui ibi duplici nomen ſcribit, recedere non narrantur) Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *Calidio;* ſed Voſſ. 1. 3. *Calido;* et mox ibid. §. 155. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *Calidio;* ſed Turic. Flor. *calio.* Ambr. 2. non memoratur. Item 12, 10,

Quin etiam, easdem. Vide mihi ne in exquiſitiorum quidem vocabulorum uſu cavente m ſibi ab iteratione noſtrum; nam modo erat *quin etiam* (cf. 9, 4, 131. 9, 3, 78.): nec anaphoram hic ullam potuit affectare.

de domo Ciceronis — Calidius. Hunc oratorem, quoque eloquendi genere uſus fuerit, cognoſcas e Ciceronis Bruto 79. 80. Meminerunt ejusdem Caeſ. B. C. 1, 2. Feſtus in Sufes, Euſebius in Chronico anno 1960, item noſter 11, 3, 155. 12, 10, 11. 59. Noſter autem locus nihil facit momenti in iſta orationis Ciceronianae, quam nunc legimus pro domo, cauſa. Neque enim dubitatur, quin ad pontifices de domo ſua dixerit Cicero: vid. ad Att. 4, 2. Orationem *de domo* (non *pro d.*) inſcriptam memorant Aquila Romanus et Julius Rufinianus, cf. Wolf. in praef. quatuor orationibus (Berl. 1801. 8.) praemiſſa p. 15. it. Marcland. ib. p. 68.

Digitized by Google

dius: et pro Milone orationem Brutus exercitationis gratia scripsit, etiamsi egisse eum Cornelius Celsus falso existimat. Et Pollio et 24
884 Messala defenderunt eosdem, et nobis pueris insignes pro Voluseno Catulo, Domitii Afri, Crispi Passieni, Decimi Laelii orationes ferebantur. Neque id statim legenti persuasum sit, omnia, quae magni auctores dixerint,

11. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *Calidii*, sed Turic. *calidi*. Flor. *callidi*. Denique 12, 10, 39. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Colb. *Calidio*; Turic. non memoratur; Ambross. duo deficiunt in his extremis; edd. sibi non constant. *et pro Mil.* Goth. omittit. *egisse eum.* Flor. *e. eam.*

24. *et Mess.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Basil. Reliqui *ac M.* *insignes pro.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) inserunt *at* cum Voss. 2. et edd. ante Ald. Sed Bad. pr. *tres*, quod in Vall. repositum narrat. Vidimus *at* (5, 10, 9.) compendio scribi pro *alia*, *aliae*; hoc autem librariorum errore interdum succedere voci *illae* (5, 14, 29.). An igitur fuerit hic *illae*? ut intelligantur celebratissimae quaedam orationes, notae lectoribus. Supprimere vocem, quod fecit Regius, nimiae videtur levitatis. *magni.* Turic. *omni.* Flor. *omnis.* a sec. m. uterque *omnes*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Colb. et edd. ante Basil. Egregia emendatione et hic profecto Philander reposuit verum, cujus semina in vetustissima scriptura. Nihili enim quae pro altero urget Burm. quanquam praeferens nostrum. Levius quod vetustissimi duo a pr. m. *auctoris*, et Turic. *dixerit.* Goth. Jens. (tac. Gesn.) *dixerunt* cum edd. posterr. ante Basil.

pro Milone — Brutus. cf. 3, 6, 93. it. procem. Vol. II. p. 6. Attende Celsum in eo errantem, quod satis notum ei fuisse nobis videri poterat. Pedianus idem quod Qu. narrat.

24. *Et Pollio et Messala.* Suspicor *et — et* dictum ut *tam — quam.*

insignes pro. cf. not. crit.

ferebantur. Huic verbo non utique ineft falsitatis insinuatio; cf. 10, 7, 30.

Digitized by Google

utique esse perfecta. Nam et labuntur aliquando, et oneri cedunt, et indulgent ingeniorum suorum voluptati: nec semper intendunt animum: nonnunquam fatigantur: cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio vero etiam Homerus ipse videatur. Summi enim sunt, homines tamen: acciditque

animum: nonnunquam. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Basil. acc. Obr. Reliqui inferunt *et Demosthenes, Horatio vero.* Turic. *d. oratio v.*, a sec. m. *demosthenis oratio rerum*, et sic Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Bad. qui, recte ajens dormitare superiores in h. l. verum restituit; male tamen omisso *vero*, quod loco reddit Basil. cf. ad 7, 4, 8.

25. *acciditque.* Turic. Flor. Guelf. *occ.* Camp. *acced.*

Sic enim rectissime Burmannus: „*ferebantur* i. e. celebrabantur, et in manibus hominum et ore erant. Ita Suet. „Caes. 20. *vulgo ferrentur hi versus. Non Bibulo quidquam* cet. c. 55. *inter quos temere quaedam feruntur.* c. 56. *feruntur et a puero et ab adolescente quaedam scripta.* Terent. Eun. 2, 3. *audieras? Gn. saepe; et fertur in primis:* et sic passim *ita ferunt.*"

labuntur aliquando. „Noster cap. seq. (§. 15.) *nam et magnis quoque auctoribus excidant vitiosa* cet." Almeloven.

Ciceroni dormitare — Homerus. Cic. Orat. 29. „Tantum abest ut nostra miremur, ut usque eo difficiles ac morosi fimus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas. Ita sunt avidae et capaces et semper aliquid immensum infinitumque desiderant." Horat. ad Pis. 359. „— Indignor quandoque bonus dormitat Homerus." Apparet uno *dormitandi* verbo defunctum Qu. in utroque auctore; quanquam solus eo Horatius usus erat. cf. 12, 1, 22.

25. *homines tamen.* „Formula solennis, de qua Burm. ad Petro. 75. ubi etiam Terentianum illud *homo sum* initio Heautontimorumeni a communi huc trahentium errore vindicat." Gesn. Cf.

Digitized by Google

his, qui, quidquid apud illos reperietur, dicendi legem putant, ut deteriora imitentur, (id enim eſt facilius) ac ſe abunde ſimiles putent, ſi vitia magnorum conſequantur.
885 Modeſte tamen et circumſpecto judicio de 26
tantis viris pronunciandum eſt, ne, quod plerisque accidit, damnent quae non intelligunt. Ac ſi neceſſe eſt in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere, quam multa displicere, maluerim. Plurimum dicit ora- 27
tori conferre Theophraſtus lectionem poëtarum: multique ejus judicium ſequuntur: neque immerito. Namque ab his in rebus ſpiritus, et in verbis ſublimitas, et in affectibus motus omnis, et in perſonis decor petitur,

his. Sic Turic. (a ſec. m. *hos*) Flor. Guelf. Camp. Reliqui *iis.* cf. 9, 4, 79. 110. 6, 4, 4. *reperietur.* Sic Turic. (a pr. m. *reperiertur*). *reperierunt* Flor. cum Baſil. *reperitur* Guelf. Camp. cum Ald. Obr. Baſil. marg. Reliqui *repererunt.*

26. *Modeſte.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *modeſta.* *Ac ſi.* Guelf. *At ſi* cum Goth. *displicere.* Flor. Camp. *diſpicere.* Guelf. *deſpicere* cum marg. Baſil. *maluerim.* Turic. Guelf. *maluerint.*

27. *his in.* Sic Turic. Flor. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Gesn.) Tarv. cum Voſſ. 2. Reliqui inſerunt *et* ſuadente Regio.

et Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 114. Heindorf. ad Plat. Soph. 50.

25. 26. *accidit — putant —, putant — accidit.* cf. ad §. 23. loc. loc. ita mox 28. 29. *quaedam — quaedam — quaedam.*

26. *alteram.* cf. 5, 10, 69. *damnent quae non intelligunt.* „Hoc ex Strabone lib. „VII. ſumtum, de Callimacho Grammatico, audaci et „inepto Homeri correctore, „putat Fabrett. ad Column. „Traj. p. 51.“ Almelov.

27. *Theophraſtus.* cf. 9, 4, 88.

in perſonis decor. cf. 6, 1, 25. 8, 3, 22. 4, 2, 19. 11, 1, 44.

Digitized by Google

praecipueque velut attrita quotidiano actu forenſi ingenia, optime rerum talium blanditia reparantur. Ideoque in hac lectione
28 Cicero requieſcendum putat. Meminerimus tamen, non per omnia poëtas eſſe oratori ſequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum; genus oſtentationi comparatum, et praeter id, quod ſolam petit voluptatem, et eam, fingendo non falſa modo, ſed etiam quaedam incredibilia, ſectatur, patrocinio

blanditia. Turic. (a pr. m.) *blanditatum* cum Alm. *blanditia tum* Flor. (cf. 9, 4, 143. it. hic 34.). *reparantur.* Jenſ. Tarv. *reperiantur* cum Voſſ. 2. non Goth. (cf. §. 15. item 30.). Correxit Regius.

28. *figurarum; genus.* Sic Turic. Flor. (quanquam in hoc verba tantum *totumque illud* deeſſe narrantur) Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Alm. et edd. ante Baſil. Reliqui (Philandro, ſuſpicor, ſuadente) inſerunt *totumque illud ſtudiorum.* *comparatum, et.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui omittunt *et.* *et eam.* Sic Jenſ. (tac. Gesn.) cum edd. poſter. ante Baſil. *etiam eam* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *eamque etiam* Flor. cum Baſil. Reliqui *eamque.* *ſectatur.* Turic. (a pr. m.) *ſectator.*

velut attrita quotidiano. „Hoc eſt, quod Petronius c. 5. „vult: *Interdum ſubducta foro „det pagina verſum*, ubi v. „quae notavimus.“ Burmann.

Cicero — putat. Pro Arch. 6. „Quaeres a nobis, Grati, „cur tantopere hoc nomine“ (poëtarum) „delectemur? „Quia ſuppeditat nobis, ubi „et animus ex hoc forenſi „ſtrepitu reficiatur, et aures „convicio defeſſae conqui„eſcant. An tu exiſtimas, aut „ſuppetere nobis poſſe, quod „quotidie dicamus, in tanta „varietate rerum, niſi ani„mos noſtros doctrina exco„lamus: aut ferre animos „tantam poſſe contentionem, „niſi eos doctrina eadem re„laxemus?“

28. *genus.* intellige *poeticum*, non *poetarum.* Minus hoc durum videbitur, ſi reputes, *genera dicendi* ſaepe dici a noſtro; nec aliud eſſe, videri ſaltem rhetori, poëſin.

Digitized by Google

quoque aliquo juvari: quod alligata ad 29
certam pedum neceſſitatem non ſemper uti
propriis poſſit, ſed depulſa recta via, neceſſa-
rio ad eloquendi quaedam deverticula confu-
giat: nec mutare quaedam modo verba, ſed
extendere, corripere, convertere, dividere
cogatur: nos vero armatos ſtare in acie, et
886 ſummis de rebus decernere, et ad victoriam

juvari: quod. Vall. Bad. *juvari poſcit: quod.*
alligata — poſſit — depulſa recta — confugiat — cogatur. Sic Turic. Flor. (niſi quod hic *alligatam*) Guelf. Sed Jenſ. Tarv. *alligata — poſcit* (hoc et Vall. Bad. et aliquot edd. ap. Burm.) — *repulſi a recta — confugiant — cogantur.* Reliqui (quorum et Camp.) *alligati — poſſint — depulſi a recta — confugiant — cogantur.* Hinc recedunt eatenus Goth. (err. Gesn.) Voſſ. 2. quod *alligata — poſſit.* Ald. *repulſi a.* Baſil. *alligatum — poſſit — depulſum a — confugiat — cogatur* conſulto accommodans ad *genus.* *uti propriis.* Sic Flor. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Gesn.) cum edd. ante Baſil. *in propriis* Turic. Guelf. Reliqui *propriis uti.* *mutare quaedam.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *m. que.*

ſimile quid, etſi noſtro mollius, 10, 7, 31. Ad *comparatum* ſubaudies *eſſe* referesque ad *meminerimus.*

29. *certam pedum neceſſitatem.* cf. 1, 8, 14.

alligata — depulſa. Feminina haec participiorum ſunt ab oblivione et grata, ſi cui ita appellare lubet, negligentia ejus, qui *genus* quidem, quod modo poſuerat, nollet, utpote neutrum, diutius uſurpare, et per ſyneſin intelligeret poëſin (cf. 9, 2, 79.), ſicuti mox eſt *hiſtoria.* Nimiae enim fortaſſe fuerit audaciae criticae, ſi quis modo pro *genus — comparatum* reponat *gentem — comparatam.* Saepe *gens* abit in *genus* et genitivus *figurarum* attrahebat *genus;* cui deinde accommodaretur participium; cf. §. 31. Si eſſent illa participia maſculina pluralia *alligati — depulſi* in vetuſtiſſimis libris, cum Badio interpretarer *genus* ſubaudiendo *hominum* (ut ap. Virg. Georg. 1, 63. noſtrum 1, 1, 8.), et appoſitionis loco haberem, ſubjectum voci *poëtas.* Cf. not. crit.

depulſa recta via. cf. 2, 3, 9. *recto itinere lapſi.*

Digitized by Google

niti. Neque ego arma ſqualere ſitu ac rubigine velim, ſed fulgorem ineſſe, qui terreat, qualis eſt ferri, quo mens ſimul viſusque praeſtringitur: non qualis auri argentique, imbellis, et potius habenti periculoſus. Hiſtoria

niti. Neque. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Alm. et edd. ante Ald. acc. Stoer. Chouet. Leid. probantibus Badio, Capper. (ſed ſua loquacitate), Gesnero; improbante Gibſono, cujus mira illa (§. 21.) eruditio cito decoxit. Reliqui inſerunt *decet*, Regio magis ſubaudiente quam interponi jubente.

50. *ego.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *ergo* cum Alm. Palat. Gebh. cf. 6, 3, 79. 9, 3, 70. Drakenb. ad Liv. 37, 53, 11. *ſqualere.* Turic. Flor. *ſqualore* cum Jenſ. Tarv. Correxit Regius. *rubigine.* Turic. (a pr. m.) *robigine.* *velim.* Turic. *verim.* Flor. Guelf. *verum.* *fulgorem ineſſe, qui.* Turic. Flor. (hic *fulgure*) *fulgore nimis ſeque* cum Goth. Voſſ. 2. (ſed ex hoc *qui*). *fulgore minus ſeque* Guelf. *fulgore ſepe* Camp. *fulgore muniſſe qui* Jenſ. cum edd. poſter. ante Ald. *fulgore munita eſſe qui* Ald. Bad. ex conj. Regii. Noſtrum in Baſil. Reliqui *his* inſerunt poſt *fulg.* *qualis eſt.* Flor. (a pr. m.) omittit *eſt.* *praeſtringitur.* Sic Flor. *perſtringitur* Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Baſil. Gesn. Bip. Reliqui *perſtringatur.* Disputant Burm. et Gesn. de *perſtr.* an *praeſtr.* Hodie nemo dubitat: vid. Drakenb. ad Liv. 40, 58, 4. Cf. §. 92. ubi Guelf. *praeſtringit*, Goth. (tac. Gesn.) Camp. *perſtringitur* cum Voſſ. 2. Bodl. Andr. Roll. Verum autem Turic. Flor. et reliqui. In noſtro loco Voſſ. 2. omnia haec *ferri — qualis auri* omittit (cf. 27. it. 32.).

50. *fulgorem — qui terreat.* cf. 8, 3, 3. 5.

habenti periculoſus. Ablegat Gesn. ad Curt. 3, 10 extr. „aciem hoſtium auro purpura„que fulgentem intueri jubet, „praedam non arma geſtan„tem"; Freinshemius ibi ad Liv. 9, 17, 16. „(Darium „Alexander) inter purpuram „atque aurum, oneratum for„tunae apparatibus ſuae, prae„dam verius quam hoſtem „devicit" et ſua ad Flor. 1, 16, 7. commentata.

Digitized by Google

quoque alere orationem quodam uberi jucundoque ſucco poteſt. Verum et ipſa ſic eſt legenda, ut ſciamus, plerasque ejus virtutes oratori eſſe vitandas. Eſt enim proxima poëtis, et quodammodo carmen ſolutum: et ſcribitur ad narrandum, non ad probandum: totumque opus non ad actum rei, pugnamque praeſentem, ſed ad memoriam poſteritatis, et ingenii famam componitur: ideoque et verbis remotioribus, et liberioribus figuris narrandi taedium evitat. Itaque, ut dixi, neque illa 32

31. *quodam uberi.* Turic. Flor. Guelf. *q. moveri.* Reliqui *q. molli.* Noſtrum e conjectura. Sic mox 35. Turic. *mutiles* poſt *Xenophontem.* *ſucco.* Flor. Guelf. *ſuco* cum Goth. Praefertur a nonnullis, animadvertente jam Gesn. cf. Forcell. in v. *et ſcribitur.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *eſt et ſcribantur* (cum Alm. non memorato tamen *eſt*) a ſec. *eſt et ſcribuntur,* et ſic Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. exc. Camp. qui *eſt et ſcribitur.* Quid lateat fruſtra quaero. Nam ſi maxime repoſueris *et res ſcribuntur,* ad vetuſtam ſcripturam ne ſic quidem accedes.

ad actum. Turic. *ad tutum.* Flor. *a tactum.* Ille a ſec. m. *ad intuitum,* et ſic Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. acc. Obr. *remotioribus, et liberioribus.* Sic Flor. (a ſec. m.) Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum Voſſ. 2.

31. *uberi — ſucco.* cf. Plin. H. N. 13, 4. ſ. 9. pag. Hard. 685. „caryotae — ſuoco uber„rimae". Saepiſſime *pinguis ſuccus* dicitur.

poëtis. Suſpicor legendum *poëſi.*

et ſcribitur. cf. not. crit.

ad actum — pugnam. Forum deſignatur, velut 7, 2, 41. 5, 12, 17. Cic. de Orat. 1, 34. Brut. 9. quae quidem loca, cum multis noſtri, ubi *pugnae forenſis* mentio, huc magis exiſtimo pertinere quam illud κτῆμα et ἀγώνισμα Thucydidis, quo hinc dimittimur a Gesnero, Pliniique locum Epiſt. 5, 8, 11.

verbis remotioribus. ab uſu, ut 4, 2, 36. 8, 2, 12: 8 Pro. 18.

32. *ut dixi.* 4, 2, 45.

Digitized by Google

Salluſtiana brevitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas poteſt eſſe perfectius, apud occupatum variis cogitationibus judicem, et ſaepius ineruditum, captanda nobis eſt: neque illa *Livii lactea ubertas* ſatis docebit eum, qui non ſpeciem expoſitionis, ſed
33 fidem quaerit. Adde, quod M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontem utiles

Baſil. Gryph. (1536.). *remotioribus e. l.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *temerioribus e. l.* Guelf. Reliqui *lib. et rem.* noſtrum probante Burmanno.

32. *qua.* Turic. Flor. Guelf. *quia* cum Jenſ. (tac. Gesn.) Tarv. et edd. poſter. ante Ald. Sed Voſſ. 2. omittit haec: *apud vacuas — perfectius* (cf. 30. it. 41.). *poteſt eſſe perfectius.* Turic. *potus eſſe perfectius.* Flor. (a pr. m.) *potius eſſe perfectius.* Ille a ſec. m. *poteſt eſſe perfectum*, et ſic Guelf. Nobis vetuſtam ſcripturam conſiderantibus videtur legendum *potius et perfectius.* *Livii.* Turic. (a pr. m.) Flor. *levi.* *docebit.* Goth. *decebit* cum Voſſ. 2. edd. ante Baſil. exc. Camp. Ald. *expoſitionis.* Goth. (err. Gesn.) *compoſitionis* cum Voſſ. 2.

33. *Adde, quod.* Turic. Flor. *audeo. quia* (cum Alm.) a ſec. m. uterque *audio quia.* Guelf. *audio qui.* Goth. *audio quod* cum Voſſ. 2. et edd. ante Ald. exc. Camp. qui *Addo quod* cum marg. Baſil. Hujus autem contextum (multum licere ſibi rato, qui conjecit) habet: *Quod dicere fortius audeo, quia.* Quod non debebat probare Burm. ſi maxime ex libris eſſet: vid. 12, 1, 4. *ne Thuc.* Turic. Flor. Guelf. *nec Th.* Jenſ. (tac. Gesn.) et edd. poſter. ante Bad. *neque Th.* item *nec X.* Guelf.

poteſt eſſe perfectius. vid. Not. Crit.

Livii lactea ubertas. cf. 2, 5, 19.

expoſitionis. cf. 3, 9, 7.

33. *Tullius — Thucydidem — Xenophontem.* Loca Ciceronis ſunt in Orat. 9. 12. 19. Addit Gesnerus Brut. 83. De opt. gen. Oratt. 5 extr.; ſed de Demoſthene Thucydidis ſtudioſo Lucian. adv. ind. §. 4. p. Reis. 102.: ſaepiſſime autem uti exemplis Thucydideis utrumque Dionyſium, et Halicarnaſſeum et Longinum.

Digitized by Google

oratori putat, quanquam illum *bellicum canere*,
887 hujus *ore Muſas eſſe locutas* exiſtimet. Licet tamen nobis in digreſſionibus uti vel hiſtorico nonnunquam nitore, dum in his, de quibus erit quaeſtio, meminerimus non athletarum toris, ſed militum lacertis opus eſſe: nec verſicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, veſtem bene ad forenſem pulverem facere. Eſt et alius ex hiſtoriis uſus, 54
et is quidem maximus, ſed non ad praeſentem pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorumque, quibus imprimis inſtructus eſſe debet orator, ne omnia teſtimonia expectet a

illum — canere. Turic. *i. — canerem*, a ſec. m. *i. — canorem*, et ſic Guelf. Goth. (err. Gesn.) Camp. Sed Jenſ. *illius — canorem* cum edd. ante Gryph. *his.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *iis*, cf. §. 25. *toris — lacertis.* Sic Flor. Reliqui *toros — lacertos.* Nos, indicio Florentini uſi, *opus*, quod omnes omittunt, de conjectura addidimus. *nec verſic.* Turic. Flor. Guelf. *ne v.* et mox Guelf. *Valerius.*

54. *ne omnia.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Gesn.) *nec o.* cum Voſſ. 2. et edd. ante Bad. acc. Baſil. *expectet.* Sic Flor. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Baſil. Obr. et aliquot edd. ap. Burm. *expectat* Turic. Guelf. cum Alm. (cf. 27. it. 45.). Hoc erat ab illo *nec* pro *ne.* Locat.

in his, de quibus erit quaeſtio. Opponuntur digreſſionibus et ſunt *qua de re agitur;* cf. 3, 11, 18.

toris — lacertis. „Vid. quae „de gladiatoria illa ſagina „Lipſ. Saturn. Serm. 1, 14.“ Gesner. Cf. 10, 5, 17. it. 8 Pro. 18.

verſicolorem — veſtem. „Quis „illa de Demetrio metaphora „uſus ſit, nondum invenie„bam.“ Gesner. Vid. interim 8 Pro. 20.

ad — pulverem facere. cf. 4, 2, 55. not.

54. *ex cognitione — exemplorum.* cf. lib. 5. c. 11. et quidem propter verba *hoc potentiora* cet. §. 37.

Digitized by Google

litigatore; ſed pleraque ex vetuſtate diligenter ſibi cognita ſumat, hoc potentiora, quod ea ſola criminibus odii et gratiae vacant. A philoſophorum verò lectione ut eſſent multa nobis petenda, vitio factum eſt alio oratorum, qui quidem illis optima ſui operis parte ceſſerunt. Nam et de juſtis, honeſtis, utilibus, iisque quae ſint iſtis contraria, et de rebus divinis maxime dicunt, et argumentantur acriter: et altercationibus atque interrogatio- 888

Ven. Ruſc. *expetet.* Reliqui *expetat.* Poterat dicere *petat; expetat* non item. *gratiae.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Tarv. *gratia* cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. Correxit et Regius.

55. *multa nobis.* Sic Turic. Flor. Reliqui *n. m.* *eſt alio oratorum.* Turic. Flor. *e. alia o.* cum Alm. (ſed illi et *vitia* modo pro *vitio*). *e. alias o.* Guelf. Camp. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Reliqui *eſt orat.* Noſtrum e conjectura.

orat. qui. Turic. (a ſec. m.) Guelf. Camp. Tarv. *o. quae* cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. Tarv. Nobiscum facit Alm. quoque.

ceſſerunt. Turic. Flor. Guelf. Camp. Tarv. *cenſentur* cum Alm. Goth. Voſſ. 2. (quanquam *cenſetur* ex eo Burm.) Vall. et edd. ante Ald. Correxit e conj. Regius. *iisque quae ſint iſtis c.* Turic. *iis quaeque ſ. i.* Flor. *que* (adhaerens voci *util.*) *ſ. i. c.* Guelf. *hisque q. ſ. his c.* Camp. *iisque q. ſ. c.* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Reliqui *quaeque ſunt his* (Baſil. *iſtis*) *c.* Turic. Flor. (a pr. m.) *contrarii.*

et altercat. Turic. (a ſec. m.) *ex a.* cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. Tarv. *et ex a.* Guelf.

55. *vitio — alio oratorum.* Vide Prooem. tot. operis 9 — 18. et cf. dicta ad 8, 5, 39. Pſeudo-Turnebus ad Ciceronem quoque ablegat de Or. l. 3. disputantem de hac philoſophorum cum oratoribus conjunctione cap. 15-20. non male ille quidem. *Aliud* autem vitium appellare videtur noſter, quia modo pravam hiſtoricorum et poetarum imitationem reprehenderat: niſi forte malis pro eo ſcribere *illo* (cf. not. crit. §. 24.), vel *aliquo.*

Digitized by Google

nibus oratorem futurum optime Socratici praeparant. Sed his quoque adhibendum eſt 56
ſimile judicium, ut etiam cum in rebus verſemur iisdem, non tamen eandem eſſe conditionem ſciamus litium ac disputationum, fori et auditorii, praeceptorum et periculorum. Credo exacturos plerosque, cum tan- 57
tum eſſe utilitatis in legendo judicemus, ut id quoque adjungamus operi, qui ſint, quae in quoque auctore praecipua virtus. Sed

56. *disputationum.* Jenſ. (tac. Gesn.) Tarv. *dispoſitionum.* Poſt hanc §. in Guelf. haec novi capitis inſcriptio: *Qui auctores legendi ſint.* Sed in Goth. (tac. Gesn.) *Qui praecipue auctores ſint legendi* cum Voſſ. 2. nisi quod ex hoc *ſunt.*

57. *Credo exact.* Guelf. inſerit *et.* male. *ſint, quae.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Alm. et edd. ante Baſil. Reliqui inſerunt *legendi*, Philandro, ut ſuſpicor, auctore; nequaquam neceſſario. Niſi forte dicas, cum inferior verſus in idem quod modo erat, *legendo*, verbum inciderit, omiſſam ab aberrante librario hanc, quam recentiores addunt, vocem; equidem tale quid acciditſe non credo. *quoque auctore.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ.

Socratici. Dialogos Platonis, Xenophontis, Aeſchinis maxime deſignaſſe putandus eſt noſter; non eorum qui ſectas novas condiderunt, quo nomine Gesnerus ponit Academicos, quorum mentionem etiam Cicero habeat in praef. Paradoxon. cf. 5, 7, 28. 11, 27. 12, 1, 10. Almelov. et Ciceronis admonet de Fin. 2, 1. qui tamen et ipſe Arceſilam appellat.

56. *litium ac diſputationum.* cf. 7, 3, 12. 11, 1, 35. 70.

praeceptorum et periculorum. Hoc poſterius dici pro judiciis non adeo inſolens. cf. 12, 7, 11. 4, 2, 122. Cic. pro Leg. Man. 1. Pro Arch. 2. 6. Nepos in Phoc. 2. Additis quibusdam vocabulis magis rem definientibus etiam frequentius. Almelov. monet, hoc modo (§. 16.) dictum *fortunam judicii.* In voce *praeceptorum* neutrum genus nemo non agnoſcet.

57. *qui ſint.* i. e. ii, quos maxime legendos cenſeam auctores.

Digitized by Google

perſequi ſingulos, infiniti fuerit operis.
38 Quippe cum in Bruto M. Tullius tot millibus verſuum de Romanis tantum oratoribus loquatur, et tamen de omnibus aetatis ſuae, quibuscum vivebat, exceptis Caeſare atque

(tac. Gesn.) Tarv. *a. q.* cum edd. ante Gryph. exc. Bad. ſec. cf. 4, 2, 128. Neque tamen certo dicam, an neceſſario transpoſitum ſit.

38. *quibuscum vivebat.* Turic. *quidque contuebit.* a ſec. m. *quid quisque contuebat.* Flor. *quod quid convivabit.* Guelf. *quid quisque convivebat* cum Goth. (err. Gesn.) Voſſ. 2. Vall. niſi quod hic quidem *connivebat* dare narratur. Sed Camp. *quibusque convivebat* cum Bad. ſec. *quidem quisque connivebat* Jenſ. Tarv. Loc. Ruſc. *quidem quisque convivebat* Venet. Noſtrum ab Aldo inde obtinet, niſi quod Obr. *quid quisque condiderat,* improbante recte Burmanno. Regius legi vult *qua quisque connivebat* ſenſu, niſi fallor, hoc, ut unusquisque ad pejorem dicendi rationem Ciceronis aetate defluxerit, quaſi dormitando i. e. *connivendo.* Robuſtior enim ſententia, ſi oratores ipſos accipis conniventes, quam ſi judices oratorum, ut videtur intellexiſſe Badius, qui improbat rationem Regianam; recte ille. Burmannus vulgatae tautologiam gravatus optet: *qui cum maxime vigebant.* Gesnerus, idem eſſe negans in alicujus *aetate*, et *iis hominibus quibuscum vivat* (praeterquam quod in critica nota tentat *aetatis ſuae quidem, quique tum vivebant;* et id quidem manifeſtae iterationis) recte reponi cenſet *quisque* (pro *quibusque*) *convivebat*; nihil obſtare putans, quod *convivere* notione *convivandi* uſurpavit noſter 5, 9, 14. 7, 3, 31. (addo 1, 6, 44.). Hanc ego difficultatem non adeo parvam cenſeo; nec ſatis comminiſcor quid loco faciam. Ex Turic. illa ſcriptura for-

38. *tot millibus verſuum.* cf. 7, 1, 37.

exceptis — Marcello. vid. Cic. Brut. 71 — 75. Cum erraſſe dictus eſſet noſter in Ed. Leidenſi, Burmannus, ſi forte Hortenſii in Bruto facta mentio hujus accuſationis argumentum urgeatur, negat illum recte poſſe accenſeri iis, qui Ciceronis aetate maxime vigerent, quippe qui obierit a. u. c. 704. et aliquanto ante, quam in foro floruerit Cicero, celebrari deſierit. De loco noſtro vid. not. crit.

Digitized by Google

Marcello, silentium egerit: quis erit modus, si et illos, et qui postea fuerunt, et Graecos omnes, et philosophos? Fuit igitur brevitas illa tutissima, quae apud Livium in epistola ad filium scripta, *legendos Demosthenem atque* 889 *Ciceronem: tum ita, ut quisque esset Demosthenis et Ciceronis simillimus.* Non est tamen dissimulanda nostri quoque judicii summa. 39 40

tasse eruas *quisque* (i. e. *quibusque*) *consuevit.* Sed praeterquam quod secunda modo manus habet *quisque*, alterum illud, quod in vetustissima scriptura comparet, U, nullum in nostra emendatione momentum facit; male quidem. Nec certo exemplo docere contingit *consuesse hominibus* dici pro *consuetudinem cum iis contraxisse.* Illam autem ταυτολογίας accusationem jukta cum Gesnero deprecor, et comparo Plin. Ep. 4, 27, 5. *vivit cum Spurinna, vivit cum Antonio.*

philosophos? Fu. Sic (nisi quod Turic. Flor. a pr. m. uterque *philosophis*) Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. qui inserit *persequemur* (cum Regius vellet *persequamur*), Bad. uterque *persequar.* A Basil. inde *et poetas persequi velim.*

39. *Fuit.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Jens. Tarv. Reliqui *Fuerit*, suadente Regio. *quae apud.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Jens. Tarv. Reliqui inserunt *est.*

40. *tamen.* Turic. Guelf. Camp. omittunt cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Bad. Miror, sed gaudeo, si habet Flor. Fortasse *sed* intercidit post *simillimus.*

si — philosophos. Repetendum *persequar* ex illis „singulos persequi": duriuscula sane, sed, ut Badius ait, non invenusta verbi ellipsi: cf. 5, 12 extr. ubi ne erat quidem quod certo ex prioribus subaudires; sed, vicissim, proverbialis locutio, qualis hic non potest agnosci. Quare autem *poetas* hic non recenseat, de quibus tamen et ipsis dicturus est, equidem non dixerim.

39. *Livium.* cf. 8, 2, 18.

40. *nostri — judicii summa.* ita ut ne singulis suas rationes subjiciam, neque longiore disputatione utar.

Digitized by Google

Paucos et vix ullum ex his, qui vetuſtatem pertulerunt, exiſtimo poſſe reperiri, quin iudicium adhibentibus allaturus ſit utilitatis aliquid, cum ſe Cicero ab illis quoque vetuſtiſſimis auctoribus, ingenioſis quidem, ſed arte carentibus, plurimum fateatur adjutum. Nec multo aliud de novis ſentio. Quo-

et vix ullum. Sic Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Sed Turic. Flor. Guelf. *enim vexillum.* Reliqui *enim vel potius v. u.* Alm. quoque *vel pot.* omittere narratur.

his. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *iis.* cf. §. 33.

quin. Sic cum Obrechto ſcripſi pro librorum omnium *qui*, cui a Locat. inde (acc. Camp.) addunt *non* poſt *adhib.*, quod abeſt a Turic. Flor. Guelf. Voſſ. 2. Alm. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Pro *adhibentibus* Jenſ. eoque poſterr. ante Ald. dant *adeuntibus.* Nullus autem ita Codex.

41. *aliud.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Voſſ. 2. Goth. Alm. et edd. ante Baſil. Reliqui *aliter.* Non erat quod mutaretur, etſi *multo aliter* apud Varronem legitur, *multo aliud* dictum alibi demonſtrare non contingit. Sed *multo optimum* noſter 9, 4, 26. *multo foediſſimum* ib. §. 72. et Plin. major ſaepiſſime, ubi plerumque *longe;* item noſter hic §. 53. *quanto aliud.* Nec quisquam dubitabit, ſentio, ſic ſtruere. *novis.* Turic. Guelf. Camp. *nobis* cum edd. ante Obr. Sed Flor. Goth. item Camerar. (referente Geſn.) noſtrum: cf. 4, 2, 114. Capper. operoſe docet, quoties B et V confuſae. *Quotus.* Turic. *quot.* Idem a ſec. m.

ingenioſis — arte carentibus. cf. 1, 8, 8. Apparet, opinor, hic aliquid intereſſe inter *hos qui — pertulerunt* et *vetuſtiſſimos illos.* Nempe *ingenioſos* illos *arte carentes* ſejungere mihi Qu. videtur ab *his* cet. Non jam ſunt ii in omnium manibus, non celebrantur, igitur ne *vetuſtatem* quidem *pertulerunt,* locutione petita a vinis quae durent. cf. 2, 4, 9. ubi illuſtrat eam Pſeudo-Turnebus: ſed haec in Lexica nunc relata ſunt. *Hi* igitur *qui — pertulerunt* ſunt, quos dicunt critici et rhetores *antiquos, veteres,* de quibus vide nos ad 8, 5, 12. (Sic Plin. Ep. 9, 22. Propertium accenſet *veteribus:* cf. et Horat. Ep. 2, 1, 34 ſqq.). *Hos* quoque dixit quaſi demonſtrans eos, qui vulgo terantur.

Digitized by Google

tus enim quisque inveniri tam demens poteſt, qui ne minima quidem alicujus certe fiducia partis memoriam poſteritatis ſperaverit? qui ſi quis eſt, intra primos ſtatim verſus deprehendetur, et citius nos dimittet, quam ut ejus nobis magno temporis detrimento conſtet

Flor. Camp. *quod* cum Goth. Vall. Voſſ. 2. et edd. ante Bad., qui e conjectura *quid*, et ſic Guelf. Locum propter caliginem non aſteriſci ſed ſolis ſplendore indigere ſatis urbane Regius ait. Noſtrum, niſi fallor, a Philandro. *inveniri tam demens poteſt, qui.* Turic. (niſi quod hic *inveritande*) Flor. *in veritate mens potens quod* (pronomen in Turic. eo compendio ſcriptum, quod ſaepe pro *qui*); a ſec. m. uterque *in veritate tumens potensque* (quanquam enclitica e Turic. non refertur) et ſic Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. *fuerit adeo timens poſteritatis qui* Obr., quam mutationem cum noſtra ſcriptura, a Philandro profecta repoſita, comparando intelliges, non quidem quid vir viro praeſtet (neque enim hoc proverbio uti velim in Obrechto) ſed aliud eſſe tentare locum, aliud perſanare. *minima.* Goth. Voſſ. 2. *nimia* (cf. §. 32. item 42.) *certe.* Turic. Flor. *ceteri.* Ille a ſec. m. *ceterae*, et ſic Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. (ni fallor, Vall.) et edd. ante Ald. Reliqui *certae* cum Camp. Noſtrum Vidov. et Vaſcoſ. (niſi forte per errorem hunc nominat Geſn.), probatum Geſnero. *ſcientiae* Obr. male ingenioſus. *poſteritatis ſperaverit.* Turic. *attis ſ.* Flor. *attidis peraverit:* a ſec. m. uterque *artis ſ.* et ſic Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Bodl. et edd. ante Baſil. acc. Obr., qui et modo *partiri* pro *partis*, ubi Burm. malit *ſortiri*; mihi *partiri* francogallicum videtur (*partager*), non latinum. Ex Alm. referunt *artus ſ.* Burmannum quidem miror hujus loci medicinam expectantem. *quam ut.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *q. et.*

41. *memoriam poſteritatis ſperaverit* i. e. nomen ſuum inter ſcriptores librorum profeſſus ſit, vel omnino aliquem librum ediderit. Nimiae ſane ſimplicitatis hoc videri poteſt in noſtro, quam ei excuſſiſſet profecto hodierna ſcribentium ſedulitas, ſi potuiſſet cognoſcere, *poſteritatis memoriam* nequaquam cogitantium, ſed Soſiorum obolum.

Digitized by Google

42 experimentum. Sed non quidquid ad aliquam 890
partem ſcientiae pertinet, protinus ad faciendam etiam φράσιν, de qua loquimur, accommodatum. Verum antequam de ſingulis loquar, pauca in univerſum de varietate opi-
43 nionum dicenda ſunt. Nam quidam ſolos veteres legendos putant, neque in ullis aliis eſſe naturalem eloquentiam, et robur viris dignum, arbitrantur: alios recens haec laſcivia, deliciaeque, et omnia ad voluptatem multitudinis imperitae compoſita, delectant.
44 Ipſorum etiam, qui rectum dicendi genus

42. *ſcientiae pertinet.* Voſſ. 2. *ſententiae p.* Goth. nil aliud niſi omittit *pertinet* (cf. §. 41. item 74.). Φράσιν. Multis modis inquinatur hoc vocabulum in libris, neque in meis ante Tarv. incorruptum apparet. Suſpicor autem fuiſſe *fac. at. ad* Φρ. cum in Turic. ſit *adfariſin*, a ſec. m. *affareſin*. *accommodatum. Verum.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Reliqui inferunt *eſt*. *loquar.* Obr. omittit nullo, quantum video, auctore (nam iterationem, *loquimur*, *loquar*, ferre didicimus); ſed et mox §. 45. *arbitrantur.*

43. *laſcivia.* Turic. (a pr. m.) *las quia.* Flor. (a pr. m.) *quia* (cf. ad prooem. Vol. 3. p. IV.). *deliciaeque.* Turic. Flor. *deliciaque* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Baſil. exc. Camp. conſulto etiam poſitum, ſuſpicante Badio.

44. *Ipſorum.* Turic. Flor. *ipſo* cum Alm. Sed Guelf. Camp. *ipſos* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Reliqui

42. Φράσιν. 8, 1, 1. hic §. 87. add. Senec. patr. p. 198. ubi opponitur *lexi*. Item Jo. Chryſoſt. 4. περὶ ἱερωσύνης et Schaeferum in indice ſubjecto libello Dionyſii de Comp. — De *faciendo* vid. 10, 3, 3.

43. *recens haec laſcivia.* cf. 2, 5, 22. *delicias* vide 1, 8, 9. Improbat autem Qu. et qui ad unam aetatem ſive antiquiorem ſive recentem ſe aſtringunt, et quos nonniſi unum ex tribus dicendi generibus (cf. 2, 17, 8.) delectat.

Digitized by Google

ſequi volunt, alii preſſa demum et tenuia, et quae minimum ab uſu quotidiano recedant, ſana et vere Attica putant: quosdam elatior ingenii vis, et magis concitata, et alti ſpiritus plena capit: ſunt etiam lenis, et nitidi, et compoſiti generis non pauci amatores. De qua differentia diſſeram diligentius, cum de genere dicendi quaerendum erit. Interim ſummatim, quid et a qua lectione petere

ſunt cum maxima poſt *volunt* interpunctione, de conj. Regii. Noſtrum et ipſum è conjectura (cf. 5, 10, 91. not. crit. et 10, 7, 4. Sic et 11, 2, 41. Guelf. *jurisconſulto*). Eximendus igitur hic locus numero quem poſui ad 4, 3, 16. item alter 11, 1, 82. *tenuia, et quae min.* Turic. Flor. *tenui atque m.* Ille a ſec. m. *tenuia atque quae m.* et ſic Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. *alti ſpiritus plena.* Turic. *alia ſputius p.* Flor. *alios ſpurtius p.*, a ſec. m. ille *alias ſpurtitiis p.* hic *alios ſpurcitiis p.* cum hoc facientibus Goth. (niſi quod *ſpurcius*; err. Geſn.) Voſſ. 2. Vall. cum illo Guelf. Bodl. et edd. ante Ald., qui primus a Regio corrigente ſumpſit *ſpiritus*. Baſil. 1. *plena ſpiritus* (omiſſo *alias*) et ſic rell. praeter Obr. qui habet *acris ſ. p.* Noſtrum e Burmanni conj. *etiam lenis.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Reliqui *et l.*

ſummatim. Turic. Flor. *ſumat* cum Alm. a ſec. m. uterque *ſumma*, et ſic Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. niſi quod Bad. *ſummam.*

quid et a qua. Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *quia et a qua* cum Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. (Bad. quidem *quam et a q.*). Reliqui *quid a qua* praeter Gryph. (1536) et Vidov. qui habent *quid a quaque* (cf. 1, 6, 16.), et

44. *magis concitata* illuſtrat Capper. τῷ γοργῷ et τῇ γοργότητι, de quibus Hermog. περὶ τῶν ἰδεῶν 2, 1. p. Sturm. 373 ſqq. *altum* autem *ſpiritum* Burm. Ovidii loco Triſt. 4, 1, 74. „*Altior*' humano *ſpiritus* „ille malo eſt," et Flori 2, 2, 27. „*ſpirantibus altius* Poenis" ubi vid. et Dukerum. Apud noſtrum eſt *alta mens* 6 Prq. 7. *ſublimis ſpiritus* 10, 5, 4.

differam diligentius. 12, 10, 63—70.

Digitized by Google

possint, qui confirmare facultatem dicendi
45 volunt, attingam. Paucos enim, qui sunt
eminentissimi, excerpere in animo est. facile
est autem studiosis, qui sint his simillimi, 891
judicare: ne quisquam queratur, omissos
forte aliquos, quos ipse valde probet. Fateor
enim plures legendos esse, quam qui a me
nominabuntur. Sed nunc genera ipsa lectio-
num, quae praecipue convenire intendenti-
bus, ut oratores fiant, existimem, perse-
46 quor. Igitur, ut Aratus *ab Jove incipiendum*

Obr. qui nostrum. *petere* mox a Turic. Guelf. omittitur et recurrit post *confirmare*, non infrequenti transponendi errore. Quod mss. et edd. ante Bad. (exc. Camp.) dant *possit*, malit fortasse aliquis reponere *volet* pro *volunt*; sed nihil necesse est.

45. *enim, qui sunt.* Turic. (a pr. m.) Flor. omittunt *qui* cum Alm. Ille a sec. m. *sunt enim*, et sic Guelf. Camp. cum Voss. 2. (Goth. non memoratur) et edd. ante Basil. Hoc quoque a sec. m. in Turic. quod Guelf. Camp. et edd. ante Ald. inserunt *et* ante *excerpere*. Parenthesi signanda succurrunt loco inde ab Aldo, qui et *paucis* pro *paucos* solus. Philander haud dubie, inserendo *qui*, sanavit. *sint his.* Turic. Guelf. *sunt his* cum Goth. Voss. 2. Jens. Tarv. *omissos.* Turic. Flor. Guelf. *amissos.* cf. 8, 4, 29. 6, 2, 2. *aliquos, quos.* Turic. Flor. Guelf. omittunt *quos* cum Goth. Voss. 2. Nobiscum facere narratur Alm. (cf. §. 34. item 46.). A Basil. inde inserunt *eorum*, vitandi cacophoni gratia, sine auctore. *plures.* Turic. Flor. *plurimis* cum Alm. a sec. m. uterque *plurimos* et sic Guelf. Camp. cum Obr. Fuit antiquitus *pluris.* *qui a me.* Turic. Flor. *quia* cum Alm. Illi a sec. m. *qui*, et sic Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Basil. acc. Obr. *nominabuntur.* Turic. Flor. *nominabantur* cum Alm. *nominantur* Goth. Voss. 2. cf. 95. *persequor.* Sic Turic. (hic a pr. m. *persecor*) Flor. Camp. cum Goth. Reliqui *persequar.*

facultatem dicendi. cf. §. 1. quare fortasse hic malis *facilitatem.*

46. *Aratus ab Jove.* „Noto „initio Φαινομένων, Ἐκ Διὸς „ἀρχώμεσθα. Illud Homeri-

Digitized by Google

putat, ita nos rite coepturi ab *Homero* videmur. Hic enim, quemadmodum *ex oceano* dicit ipse *amnium vim fontiumque cursus initium capere*, omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit. Hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in parvis proprietate superaverit. Idem laetus ac pressus, jucundus et gravis, tum copia, tum brevitate mirabilis: nec poëtica modo, sed oratoria virtute eminentissimus. Nam ut de laudibus, 47
exhortationibus, consolationibus taceam: nonne vel nonus liber, quo missa ad Achil-

46. *Hic enim.* Turic. (a pr. m.) Flor. Camp. *Hinc e.* *ex oceano.* Turic. *ex aceono,* a sec. m. *et cicero.* *vim.* Turic. Flor. Goth. (tac. Gesn.) Camp. omittunt cum Voss. 2. *magnis rebus.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Bodl. Colb. Goth. Voss. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui omittunt *rebus.* *superaverit.* Flor. (a sec. m.) Guelf. *superavit* cum Goth. et edd. ante Basil. exc. Camp. *pressus.* Guelf. *depressus* cum Jens. (non Goth. err. Gesn.) et edd. posterr. ante Bad. sec. item Alm. quod miror (cf. §. 45. item 63.). *poëtica.* Guelf. *poëtice* cum Voss. 3.

47. *consolationibus.* Turic. Flor. (a sec. m. uterque) Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. addunt *que* in fine cum edd. ante Basil. *nonus.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *unus* cum Alm. Bodl. Voss. 3. Modo *non* pro *nonne* Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. Bodl. *quo missa.* Turic. Flor.

„cum *ex oceano* est Il. Φ, 195. „Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ „πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆ„ναι, καὶ φρείατα πάντα νάου„σιν. — Ceterum de Homero „omnium doctrinarum fonte „v. Fabr. B. G. 2, 6." Gesner. Vid. et Dionys. Hal. Vol. (Rsk.) 5. p. 187. (Ὁμήρου) ἐξ οὗ πως πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ πᾶσαι κρῆναι. *laetus — pressus.* Cf. 5, 14, 33. 8 Pro. 23. item 4, 2, 117. Recte revincit Cortium Gesn. *elatus* suadentem ad Plin. Ep. 1, 8, 5., nec Francii conjectura *latus* probanda.

47. *vel — vel — vel.* cf. 2, 20, 2. ut et hic mox §. 48. item 11, 2, 50.

Digitized by Google

lem legatio continetur, vel in primo inter duces illa contentio, vel dictae in ſecundo ſententiae, omnes litium ac conſiliorum ex-
48 plicant artes? Affectus quidem, vel illos mites, vel hos concitatos, nemo erit tam indoctus, qui non in ſua poteſtate hunc auctorem habuiſſe fateatur. Age vero, non utrius- 892

(2 pr. m. uterq.) *qui omiſſa.* *dictae in ſecundo.* Turic. Flor. (hic nonnihil a pr. m.) *d. in dicendo in ſ.* cum Alm.

48. *non* (ante *utriusque*). Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 1. 2. Reliqui *nonne.* Cf. Goerenz. ad Cic. Legg. p. 243. 285. Modo (§. 47.) *non* ſoli Goth. et Camp. neque §. 50. ulli. Addunt *in* poſt noſtram vocem edd. a Badio inde exc. Baſ. Obr. *utriusque.* Turic. Flor.

artes. cf. §. 15. Neque enim tam *artificia* hic ea voce indicari arbitror, quam *praecepta rhetorica*, propter id quod adjicitur *explicant.*

48. *illos mites — hos concitatos.* i. e. ἤθη καὶ πάθη. cf. 6, 2, 8. 9. „Hoc autem de Home„ro judicium Fabius hauſiſſe „videtur ex Dionyſ. Halic.“ Capper. Conferendus ſane ad omnem hunc ſcriptorum recenſum Dionyſ. ed. Rsk. t. 5. p. 415—436. Eodem enim fere procedit ordine Dionyſius, ſi modo is catalogi auctor, quo et Quintilianus; ut appareat utrumque ſectae fuiſſe Ariſtarcheae in elegendis quos imitationi proponerent ſcriptoribus. Quid autem diſſenſerint in hoc loco veteres Grammatici, velut in partibus Antimacho dandis Euphorion, ſatis exploratum nunc eſt VV. DD. induſtria, quos demonſtravimus ad 1, 4, 3. quibus mox acceſſit Wyttenbachius in vita ſummi magiſtri. Locum de Antimacho probe et erudite pertractavit Schellenbergius in Reliquiis Antimacheis (Hal. Sax. 1786. 8.). Ubi aliquid reconditius proponendum erit ex horum copia, monebo, in reliquis lectore ad hos fontes, itemque ad Bibl. Fabricianam ab Harlete auctam ablegato.

hunc auctorem. Inſolentius, ni fallor, de poeta. cf. 2, 15, 36. et mox §. 49. „hoc „poeta.“ Neque enim huc facit Cic. pro Muren. 14. „in„genioſus poeta *et* auctor valde „bonus.“

Digitized by Google

que operis ingreſſus in pauciſſimis verſibus legem prooemiorum, non dico, ſervavit, ſed conſtituit? Nam benevolum auditorem invocatione Dearum, quas praeſidere vatibus creditum eſt, et intentum propoſita rerum magnitudine, et docilem ſumma celeriter comprehenſa facit. Narrare vero quis brevius, quam qui mortem nuntiat Patrocli, quis ſignificantius poteſt, quam qui Curetum Aetolorumque praelium exponit? Jam ſimili- 49

(hic a pr. m.) *utrisque.* Vocem hic omittit Bad. *operis ingreſſus.* Sic Guelf. Goth. Voſſ. 3. Vall. Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. quo acc. Baſil. *o. ſi i.* Turic. Flor. hic quidem a ſec. manu *o. ſui i.* et ſic Camp. cum Voſſ. 1. 2. (contra ac Goth.) Ald. *ſui utriusque operis ingreſſu* Bad. *ſui o. ingreſſu* Gryph. cum reliquis exc. Obr. qui omittit *ſui.*

in pauc. Sic Mſſ. (de Goth. tac. Geſn.) et excuſi ante Bad. qui omittit praepoſitionem cum reliquis exc. Baſil. Obr.

Nam benev. Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. Reliqui inſerunt *et.* *creditum.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *creditur m̄.*

49. *ſignificantius.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ſignificantibus.*

ingreſſus — conſtituit. Fortaſſe displiceat (et gravatur hoc Badius in nota) quod perſona hic imponitur ipſi *ingreſſui*, qui *ſervarit, conſtituerit*, deinde etiam „bene„volum, intentum, docilem „*faciat* auditorem", malitque aliquis hoc tribui Homero poetae; et ſic ſane procedit vulgata ſcriptura, quam tamen nequaquam praeſtant veteres libri.

49. *mortem — Patrocli.* „Il. „σ, 20. Specimen brevitatis „haec verba laudat Plinius „quoque Epiſt. 4, 11, 12." Geſner. *Curetum Aetolorumque praelium eſt* Il. ι, 530. et mox *Priami* rogatio ω, 486.

ſignificantius. cf. 1, 7, 32. 12, 10, 21. Francogallum Capperonnerium hic ἐμφατικώτερον ſuum ingerere ſane non miror.

Jam ſimilitudines — ita multa, ut. Hanc ſtructuram, quam contra omnes libros mutare conati ſunt editores, equidem verbo finito carere

Digitized by Google

tudines, amplificationes, exempla, digreſſus, ſigna rerum et argumenta, ceteraque quae probandi ac refutandi ſunt, ita multa, ut etiam, qui de artibus ſcripſerunt, plurimi harum rerum teſtimonium ab hoc poëta petant. 50 Nam epilogus quidem quis unquam poterit illis Priami rogantis Achillem precibus aequari? Quid? in verbis, ſententiis, figuris, dispoſitione totius operis, nonne humani ingenii modum excedit? ut magni ſit viri, virtutes ejus non aemulatione, quod fieri non poteſt,

ceteraque quae. Sic mſſ. omnes et edd. ante Ald. Hic cum reliquis ante Geſn. omittit *quae*, jubente Regio. Geſnerus *cetera quaeque.* Verbum autem *ſunt* omnes jungunt ſequentibus *ita multa.* *plurimi.* Turic. Flor. *plurime*, a ſec. ille manu *plurima*, et ſic reliqui. Noſtrum e conjectura. *harum.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *earum.* *teſtimonium.* Sic Turic. Flor.; a ſec. m. uterque *teſtimonia*, et ſic reliqui.

50. *epilogus.* Turic. *et philochus.* Flor. *et epiloghus.* Camp. *et epilogus* cum Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Baſil.

quis. Turic. (a pr. m.) *quas.* An fortе mox pro *aequari* fuit *aequare?* *Priam. rog. Ach.* Guelf. *rog. Ach. Pr.* cum Goth. et edd. ante Baſil. accedente Obr. exc. Camp. quod probat Geſnerus. *excedit.* Guelf. *exceſſit* cum Voſſ. 3. Jenſ. et edd. poſter. ante Baſil. acc. Obr. *viri.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

exiſtimo, idque ſine vitio. *Sunt* refero ad relativum *quae*: ſunt enim ea *probandi* et *refutandi*, intellige *inſtrumenta.* Sic enumerantur per nominativos quaecunque peti poſſunt ex Homero. Et de his quidem nominativis abſolutis cf. 6, 14, 31. *Signa* et *argumenta* conjunctim applicanda ſunt genitivo *rerum*, et deſignantur ea, de quibus egerat libro 5, c. 9. 10. Quod copula *que* annexa eſt voci *cetera* in fine poſitae, non recedit ab uſu veterum; vid. prooemium noſtrum voluminis tertii p. XII. Ad *teſtimonium* cf. 1, 8, 12.

Digitized by Google

ſed intellectu ſequi. Verum hic omnes ſine 51
dubio, et in omni genere eloquentiae procul
a ſe reliquit; epicos tamen praecipue: videli-
cet quia clariſſima in materia ſimili comparatio
eſt. Raro aſſurgit *Heſiodus*, magnaque pars ejus 52
in nominibus eſt occupata; tamen utiles circa
praecepta ſententiae, levitasque verborum et
compoſitionis probabilis: daturque ei palma
in illo medio genere dicendi. Contra in *An-* 53

51. *epicos.* Sic Turic. Flor. cum Bodl. Alm. Voſſ. 1. (contra ac Goth.) Baſil. et marg. Gryph. *Epicuros* Voſſ. 3. Reliqui *heroicos*. Tot tantisque auctoribus obtemperare debui, quamvis deterritus ſilentio eorum, qui plurimi acerrimique hujus loci inveſtigatores vulgata ſcriptura acquieverunt. Sunt ii ſane illud ſecuti, quod metrorum genera hic diremta exiſtimabant, cum praeſertim Heſiodum protinus Homero ſubjici viderent. Sed qui Antimacho ſecundas datas refert, is epicorum profecto numero eximit Heſiodum, quem, ſi heroicorum cenſus ageretur, diſerte aut praeferri aut poſthaberi Antimacho oportebat. Nec „ſimilis *materia*" poteſt ad metrum trahi. cf. §. 88. *clariſſima.* Turic. *duriſſima.* *ſimili.* Turic. Flor. Camp. *ſimilis* cum Goth. Voſſ. 2. Bodl. et edd. ante Gryph. *ſimilitudinis* Guelf.

52. *levitasque.* Sic Turic. cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. acc. Capper. probante, non imitante Geſnero. Reliqui *lenitasque*, quibus falſo eximere Goth. videtur Geſnerus. cf. 9, 4, 144. 2, 5, 9. Accedit, monentibus Capper. et Geſn., teſtimonium Dionyſii, apud quem p. Rsk. 419. eſt λειότητος ὀνομάτων de Heſiodo; cf. et §. 121. *probabilis* Turic. Camp. omittunt. *daturque.* Turic. *datur quae*, a ſec. m. omittitur *quae*, et ſic Goth. Jenſ. (tac. Geſn. qui hoc ipſum optabat) Voſſ. 2. Vall. Camp. cum edd. ante Ald. acc. Bad. pr. Mox *palam* Turic. pro *palma.* *medio.* Flor.

51. *epicos.* cf. not. crit.

52. *utiles circa praecepta ſententiae.* Exempli cauſa Pseudo-Turnebus demonſtrat locum Ciceronis Famill. 6, 18. „Lepta ſuaviſſimus edi„ſcat Heſiodum, et habeat in „ore Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα." *in illo med. gen. dic.* cf. 2, 17, 8. item hic §. 80.

Digitized by Google

timacho vis et gravitas, et minime vulgare eloquendi genus habet laudem. Sed quamvis 893
ei secundas fere Grammaticorum consensus deferat; et affectibus, et jucunditate, et dispositione, et omnino arte deficitur, ut plane manifesto appareat, quanto sit aliud proxi-
54 mum esse, aliud secundum. *Panyasin* ex utroque mixtum putant in eloquendo, neutriusque aequare virtutes: alterum tamen ab

(a sec. m.) Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *mediocri* cum edd. ante Basil. cf. §. 80. ubi *mediocri* Flor. (a sec. m.) Goth. Voss. 1. 3. soli.

55. *secundum.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

54. *neutriusque.* Sic Turic. Flor. Camp. (quanquam hic *ne utriusque*) cum Ald. Primus a sec. m. ascriptum supra habet *una pars.* Reliqui omittunt encliticam; et recentiores plerique virgulam, quam ego post *eloquendo*, post *putant* exhibent.

53. *secundas — secundum.* Cum *secundas* a Grammaticis fere tuliss dicitur Antimachus, nemini nisi Homero comparatus esse putandus est. Nec aliter intelligetur illa *proximi* et *secundi* differentia, quam ut *proximus* sit inter quem et primum nihil intersit, quamvis longo inde intervallo diremtum, *secundus* qui nonnisi unum gradum descendit ab illius praestantia. Hoc Gesnerus docuit advocandis verbis Horatii: „Jovi nil — „viget simile aut *secundum*, „*proximos* illi tamen occupavit Pallas honores." Non erat igitur quare haereret in loco et contrariam verborum interpretationem tentaret Schellenbergius l. c. p. 38. 39. Rem conficit versus notissimus Virgilii Aen. 5, 320. „longo sed *proximus* intervallo." Nec majore encomio Virgilium donat noster §. 86. et Plin. Ep. 7, 20, 4. *Secundae* possunt dari ei, qui non sit *secundus*, sed tantum *proximus.* [Vid. Addenda.]

54. *Panyasin*, Heracleae auctorem, de quo vide imprimis Heynium in Indice auctorum ab Apollodoro laudatorum. Si quaeris, ex quo tandem utroque in eloquendo mixtum putarint ve-

Digitized by Google

eo materia, alterum disponendi ratione ſuperari. *Apollonius* in ordinem a grammaticis datum non venit, quia Ariſtarchus atque Ariſtophanes, poëtarum judices, neminem ſui temporis in numerum redegerunt: non tamen contemnendum edidit opus aequali quadam mediocritate. *Arati* materia motu caret, ut 55
in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla perſona, nulla cujusquam ſit oratio: ſufficit

judices. Turic. *judicium* cum Alm. Sed a ſec. m. *juditio*, et ſic Camp. niſi quod per C. *edidit.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *reddit* cum Goth. Voſſ. 2. *reddidit* ex Alm. affertur.

55. *varietas, null. aff. nulla.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſterr. ante Ald. *nulla cujusquam.* Sic Turic. Flor. Guelf. (niſi quod *cujuspiam*) Camp. (ſed *cujusque*) cum Goth. Voſſ. 2. 3. Alm. Ald. et aliquot edd. ap. Burm. quibus accedit Geſn. Roll. ex Harl. ed. Reliqui omittunt *nulla* et dirimunt *cui usquam*, Regio monente et Badio cauſante, eſſe quidem apud Aratum perſonas, ſed non loquentes.

teres Panyaſin, Heſiodum reſpondeo intelligi et Antimachum. Hoc is qui ſimilia hisce prodit Dionyſius dubitari vetat. Recenſito enim Homero, Heſiodo, Antimacho haec ſubjicit: Παντὸς — τὰς — ἀμφοῖν ἀρετὰς ἠνέγκατο. Spectari autem virtutes eloquendi apparet iis, quae memorantur in praecedentibus iſtis duobus: Ἡσίοδος μὲν — ἐφρόντισεν — ὀνομάτων λειότητος καὶ συνθέσεως ἁμαλοῦς —, Ἀντίμαχος δ' — ἀγωνιστικῆς τραχύτητος καὶ τοῦ συνήθους τῆς ἐξαλλαγῆς (*minime vulgare eloquendi genus* Qu.). Superat igitur Panyaſis *materia* Heſiodum, disponendi ratione (πραγματείᾳ καὶ οἰκονομίᾳ) Antimachum. Quanquam Graecus praeceptor utrique hac parte praefert Panyaſin.

aequali quadam mediocritate. ἄπτωτον appellat Longinus 33, 6. judicio inter eruditos vulgato, ut videtur, in quo non acquieſcit Heynius Opuſc. I. p. 81. Idem fere noſter 8, 5, 32. „dum „timent, ne aliquando cadant, „ſemper jacent". item 2, 4, 9. „dum ſatis putant — virtuti„bus carent."

Digitized by Google

tamen operi, cui se parem credidit. Admirabilis in suo genere *Theocritus*, sed musa illa rustica et pastoralis non forum modo, verum 894
56 ipsam etiam urbem reformidat. Audire videor undique congerentes nomina plurimorum poëtarum. Quid? Herculis acta non bene *Pisandros?* Quid? *Nicandrum* frustra secuti *Macer* atque *Virgilius?* Quid? *Euphorionem* transibimus? quem nisi probasset Virgilius, idem nunquam certe conditorum Chalcidico

operi. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *operis.* *parem credidit.* Guelf. *aequalem c. parem* cum Voss. 1. 3. *p. c. vel aequalem* Jens. cum edd. posterr. ante Ald. *Theocritus.* Turic. *te cus.* Flor. *tecus.* Ille a sec. m. *textus*, hic nostrum. Mox pro *sed* uterque *et.* *pastoralis.* Turic. *postularis*, a sec. m. *popularis*, et sic Camp. *pasturalis* Flor.

56. *Pisandros? Nicandrum.* Sic Turic, Flor. cum Alm. Reliqui inserunt *Quid?* Guelf. dat *Menandrum.* Ex Voss. 3. refertur *Neandrum.* *Virgilius? — Virgilius.* Interjecta hisce cum altero ipso nomine omittunt Turic. Flor.

56. *Pisandros.* Camiro, oppido Rhodi oriundus, Heracleae, epici carminis deperditi auctor. De eo vide luculentam disputationem Heynii in Exc. 1. ad Virg. lib. 2. *Nicandrum — Macer atque Virgilius.* De *Macro* cf. 6, 3, 96. quibus add. J. H. Voss. ad Tibull. praef. p. X. *Virgilium* expressisse Nicandri carmen hinc discimus, nec memini qui praeter nostrum prodat. Erat quidem in promtu Georgicon opus Nicandri, saepissime illud ad partes vocatum ab Athenaeo, quo uti posset Virgilius. Sed velim ex hisce deperditi carminis reliquiis aliquid ostendi, in quo imitantem agnoscamus poetam Latinum. Macrobius in Saturnaliorum opere Nicandrum quidem non recenset inter Graecos eos, ex quibus profecerit Virgilius. Ubi vero expressum a Virgilio Nicandrum agnoverunt VV. DD. Theriaca exemplo illi fuisse apparet: cf. Heyn. in Prooemio ad Virgilii Georg.

Euphorionem — probasset Virgilius. Ecl. 10, 50. Recte monet J. H. Vossius, aliorum

Digitized by Google

verſu carminum feciſſet in Bucolicis mentionem. Quid? Horatius fruſtra *Tyrtaeum* Homero ſubjungit? Nec ſane quisquam eſt tam 57
procul a cognitione eorum remotus, ut non indicem certe ex bibliotheca ſumtum transferre in libros ſuos poſſit. Nec ignoro igitur quos transeo, nec utique damno, ut qui dixerim eſſe in omnibus utilitatis aliquid: ſed ad illos jam perfectis conſtitutisque viribus

(hic a pr. m.) cum Alm. Voſſ. (quoto quidem non additur, nec credo horum ullum carere hisce). Mox qui habent iſta poſt *Euphor.* inſerunt *fruſtra* Guelf. Flor. Camp. cum Goth. et edd. ante Gryph.

in Bucolicis. Guelf. omittit cum Voſſ. 1. 3. Obr.

Tyrtaeum. Flor. (oblitterata prima manu) *dirceum*, Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *Dyrcheum*, *Dircheum*, *Dircaeum*, cum Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald.

57. *damno.* Turic. Flor. *magno:* a ſec. m. ille *non agnovi*, et mox *quod* pro *ut qui*; hic noſtrum. *ſed ad illos j. perfectis.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *ſed illos j. perfectos.*

magis ſententiam hic proditam a Quintiliano quam ſuam. Neque enim ipſe agnoſcit, Euphorionem magni factum a Virgilio, ſed Virgilii auctoritate obtruſam ejus lectionem ab iis, qui docti videri vellent. Et ſatis profecto apparet, hos, qui velut invito ingerantur commemorandi ſcriptores minus placuiſſe noſtro: ait enim „nec *utique* „damno". De Euphorione autem qui cupiat tam veterum quam recentiorum judicia cognoſcere, adibit Harletem in Bibl. Fabr. 1, 594. Quantum Ciceroni ſordebat, tantum Tiberio probabatur hic grammaticus et poeta Chalcide oriundus, Euboeae oppido. Cum Cicerone in eo judicando ſentit Lucianus de Conſcr. Hiſt. 57.

Horatius — Tyrtaeum. Ep. ad Piſ. 401.

57. *indicem.* Alius eſt *index*, quales ſingulis libris inſcribuntur vel applicantur, alius libellus recenſum continens complurium ſcriptorum, velut apud L. Senecam Epiſt.

Digitized by Google

58 revertemur. Quod in coenis grandibus saepe facimus, ut, cum optimis satiati sumus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata sit. Tunc et elegiam vacabit in manus sumere, cuius princeps habetur *Callimachus*: secundas con-
59 fessione plurimorum *Philetas* occupavit. Sed 895 dum assequimur illam firmam, ut dixi, facilitatem, optimis assuescendum est: et multa magis, quam multorum lectione formanda mens, et ducendus color. Itaque ex tri-

58. *Quod in.* Sic Turic. Flor. Guelf. cum Voss. 1. 2. 3. Goth. Reliqui inferunt *etiam*, aliquot *et*. Camp. et hoc omittit et *in*. *in coenis.* Turic. Flor. *ingeniis* cum Alm. *in scenis* Voss. 3. *grandibus.* Turic. *grandiis*, a sec. m. *grandia*. Guelf. *grandis*. *ut, cum.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt *ut*. Guelf. *et cum*. *sumus.* Sic Turic. Flor. Floril. Sant. Camp. cum Goth. Voss. 2. Alm. Reliqui conjunctivum.

grata sit. Tunc et elegiam vacabit. Turic. *gratia si tam certe licere jam vacavit*, a sec. m. *grata si tamen — vacabit.* Flor. (oblitterata fere prima manu) *gratia* (mox *gratia*) *sit. Tum et elegantiam licere jam* (postrema duo mox delentur) *vocabit* (mox *vacabit*). Etiam Alm. *Tum certe licere jam. confessione.* Turic. Flor. Camp. — *es. Philetas.* Guelf. *Philatas* cum Voss. 1. 3. Ante Gesnerum fere *Philaetas*.

59. *assequimur.* Flor. a sec. m. *adsequatur. et multa.* Turic. a pr. m. *ut m. duc. color.* Sic Turic. Flor.

39. *index philosophorum*, et Plin. Epist. 3, 5, 2. ubi *indicis vice se functurum* ait. *Indices* unius cujusdam scriptoris a Romanis criticis factos vide Gell. 3, 3.

58. *et elegiam.* cf. 1, 8, 6. *Philetas.* Cous, grammaticus et poeta, Ptolemaei Philadelphi praeceptor, Propertio saepe memoratus et cum Callimacho conjunctus, nec tamen nisi fragmentis nobis innotescens.

59. *ut dixi.* cf. §. 2. *ex tribus.* Duos reliquos recte Ruhnkenius l. c. p. 99. designat Simonidem et Hip-

Digitized by Google

bus receptis Ariſtarchi judicio ſcriptoribus iamborum, ad ἔξιν maxime pertinebit unus *Archilochus*. Summa in hoc vis elocutionis, 60
cum validae, tum breves vibrantesque ſententiae, plurimum ſanguinis atque nervorum, adeo ut videatur quibusdam, quod quoquam minor eſt, materiae eſſe, non ingenii vitium. Novem vero Lyricorum longe *Pindarus* prin- 61
ceps, ſpiritus magnificentia, ſententiis, figuris, beatiſſima rerum verborumque copia, velut quodam eloquentiae flumine: propter quae Horatius eum merito credidit nemini imita-

Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Reliqui inſerunt *eſt*. In Guelf. *multo m. quia. m. l. formandus et duc.* cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſterr. ante Stoer. niſi quod hae *formanda mens*. Voſſ. 1. 3. mutili in h. l., ſi recte memorantur, ceterum conſentientes cum Guelf. *multa m. quam m. l. formandus et duc.* Baſil. In Goth. *feſtinanda* pro *formanda*. *ad* ἔξιν. Turic. Flor. Camp. *ad haec* cum Goth. Voſſ. 2. Alm. Vall. (err. Burm.) Ald. Bad. *ad exitum* Guelf. cum Jenſ. et edd. poſt. ante Ald. Noſirum egregie repoſuit Philander. Modo Turic. a ſec. m. *praeceptis*, cum a pr. *raeceptis*.

60. *quibusdam*. Turic. *quibus*. *quod quoquam*. Turic. (a ſec. m.) *q. quoque*. E Flor. *quo que*, ſed a ſec. m. *quod quidem*, et ſic Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum edd. ante Baſil. *ingenii vitium*. Turic. *ingenitivum*.

61. *copia, velut quodam*. Turic. *c. q.* Noſirum Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. Reliqui inſerunt *et* poſt *cop.*

ponaetem. ἔξιν cf. ad §. 1. Archilochus a Cicerone principe loco poſitus Orat. 1.; quibus add. quae exhibet Fabric. Harl. Vol. 2. p. 106 ſqq.

60. *vibrantesque ſententiae*. Poteſtatem verbi intransitivam vide 9, 4, 55. Cic. Brut. 95, 6. Translatam, ut hic, 11, 3, 120. 12, 9, 3.

61. *Horatius*. Carm. 4, 2.

Digitized by Google

62 bilem. *Steſichorum*, quam ſit ingenio validus, materiae quoque oſtendunt, maxima bella et clariſſimos canentem duces, et epici carminis onera lyra ſuſtinentem. Reddit enim 896
perſonis in agendo ſimul loquendoque debitam dignitatem: ac, ſi tenuiſſet modum, videtur aemulari proximus Homerum potuiſſe: ſed redundat, atque effunditur: quod ut eſt
63 reprehendendum, ita copiae vitium eſt. *Alcaeus* in parte operis *aureo plectro* merito

62. *Steſichorum.* Turic. *iſte ſichorus.* Flor. *Steſichorus* cum Locat. et edd. poſt. ante Gibſ. exc. Bad. Gryph. (1544) et Stephano aliquotque praeterea, quibus obſecutus eſt Gibſ. *Sterſichorus* Camp. cum Voſſ. 1. 3. *Terpſicorus* Guelf. Jenſ. (err. Geſn.) Tarv. *canentem — ſuſtinentem.* Turic. *canente — ſuſtentem*, a ſec. m. *canente — ſuſtinente*, et ſic Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. et edd. poſt. ante Ald. *canente — ſuſtinentem* Flor. *canentem — ſuſtinente* Jenſ. (err. Geſn.) Nobiscum facit Guelf. Tarv. et rell. edd., etiam nominativum dantes in *Steſ.* *ſimul loquendoque.* Turic. *ſimullo quando*, a ſec. m. *ſimullo quandoque*, et ſic Flor. a pr. m. *eſt reprehend.* Turic. Flor. inſerunt *reſpexit* cum Alan. Pro *repr.* Voſſ. 3. *reſpondendum.* cf. 3, 5, 15.

62. *Steſichorum.* Omnium maxime cum hoc judicio conſpirat Dionyſ. Hal. l. c. p. 421. Ὅρα δὲ καὶ Στησίχορον ἓν τε τοῖς ἑκατέρου τῶν προειρημένων (Pindari et Simonidis) πλεονεκτήμασι κατορθοῦντα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὧν ἐκεῖνοι λείπονται κρατοῦντα· λέγω δὲ τῆς μεγαλοπρεπείας τῶν κατὰ τὰς ὑποθέσεις (materiae) πραγμάτων, ἐν οἷς τὰ ἤθη καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν προσώπων (perſonis debitam dignitatem) τετήρηκεν. Himerenſis fuit, aetatis Pharideae, cujus *graves Camenas* laudat Horatius quoque 4, 9, 8. Ingenioſiſſime noſtri nomen Ariſtidi reddit Taylorus in Lett. Lyſ. p. 242. Quod autem *epici carminis onera lyra* Steſ. *ſuſtinere* dicit Qu., id rectiſſime Propertio accommodat Wyttenbachius Bibl. Crit. III, 4. p. 49.

copiae vitium. cf. 2, 4, 4. 12, 10, 13.

63. *Alcaeus — — aptior.* cf. nott. crit.

Digitized by Google

donatur, qua tyrannos infectatus multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis et magnificus, et diligens, et plerumque Homero similis: sed in lusus et amores descendit, majoribus tamen aptior.

63. *qua.* Turic. Flor. (a sec. m. uterq.) Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. *quia* cum Voss. 1. et edd. ante Gryph. exc. Ald. qui nostrum, et Basil. qui, dat *qui*, et sic Guelf.

insectatus. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Alm. Bodl. et edd. ante Ald. acc. Basil. Reliqui *insectatur.* *etiam moribus.* Turic. a sec. m. *et de amoribus.*

confert. In Turic. *confestim.* *eloquendo.* Guelf. *eloquentia.* *diligens.* Turic. *dicendi* cum Alm. non Flor. (cf. §. 46. item 89.). Mox copulam *et* ante *plerumque* habent Turic. Camp. cum Alm., reliqui omittunt. *plerumque.* Flor. Guelf. *plurimumque* cum Basil. Gryph. Obr. *plurimum* Camp. cum Andr. Ald. Sed omittunt vocem Jens. Tarv. Venet. (err. et tac. Gibs.) cum edd. ante Ald. acc. Bad.

Homero. Turic. et a pr. m. Flor. *orationis* cum Alm. Voss. 3. *Horatio* Ald. *sed in lusus.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *sed et ejus fit* cum Alm. *sed ethous fit* Turic. a sec. m. *sed et lusit* Voss. 1. 3. *sed in lusos* Guelf. *sed in luxus* Tarv. *sed et in lusus* Bestius conjicit in De ratione emend. leges. *et amores.* Turic. Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) inferunt *in* cum edd. ante Basil. exc. Camp. acc. Obr. *aptior.* Guelf. *altior* cum Voss. 3.

Haec de Alcaeo inquinata esse a mutantibus, apparet. Pro *Homero*, quod nunc vulgo legitur, repones *oratori*, si conferas Dionysium l. c. p. 422. πολλαχοῦ γοῦν τὸ μέτρον τις εἰ περιέλοι, ῥητορικὴν ἂν εὕροι πολιτείαν, pro quorum extremis aut cum Sylburgio legendum πολιτικὴν α. ε. ῥητορείαν, aut pro πολιτείαν reponendum πραγματείαν. Mox illud *et ejus fit* nihil fere continere potest nisi haec: *et Teïus fit*, cui longe aptius applicatur veterum prope omnium scriptura „et „*in* amores descendit". Habebit igitur locus ita: „in elo„quendo quoque brevis et magnificus et plerumque oratori „similis: sed et Teïus fit et in amores descendit; majoribus „tamen aptior." Quid significent ea quae sic eruo, unusquisque facile agnoscet; an ita a modesto solutae orationis scriptore, qualis est noster, dici potuerint, merito dubitabitur. Exempla quidem hunc in modum de Anacreontico poëseos

Digitized by Google

64 *Simonides*, tenuis alioqui, ſermone proprio et jucunditate quadam commendari poteſt: prae-

genere loquendi afferre non contingit; niſi quod notus eſt locus Ciceronis Tuſcul. 4, 33. „Fortis vir in ſua republica „cognitus quae de juvenum amore ſcripſit Alcaeus? nam „Anacreontis quidem tota poeſis eſt amatoria.“ Conjunguntur vulgo Alcaeus et Anacreon, ut in illo Ariſtophanis fragmento p. Brunck. 238. Ἄισον δή μοι σκολιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος. Max. Tyr. in defenſione Anacreontis Disp. 8. p. Dav. prioris ed. 96. τὴν τοῦ Τηΐου σοφιστοῦ τέχνην appellat; quanquam ſentio quid interſit. Debebat omnis amatoria poeſis oſtendi appellata Τηΐα. Neque enim ſufficit Horat. 1, 17, 18. (*fide Teïa*). Addam protinus quae huc faciunt aliorum de Alcaeo prodita. *Aureum plectrum*, quo donatur poëta, ab Horatio accipit Carm. 2, 13, 26.; cujus judicium firmare hic noſter putandus eſt. Alcaei ipſius verba quaedam obverſata utriqùe Romanorum, quae eſt Meierottonis ſuſpicio (cf. Dubia p. 156), minus fit probabile. Adde de eodèm Horat. Carm. 1, 32, 6 — 12. 4, 9, 6. „*In* parte „operis“ laudari Alcaeum interpretaberis, ut aliquoties monui, *ob* partem, *de* parte. Huic autem parti, quae infectando tyrannos locum faciebat ſententiis virtutem commendantibus (*multum confert moribus*), opponitur altera, lectioni nequaquam aſſumenda, de puerorum amoribus. Neque enim *ſed* referes ad *eloquendum* modo, ubi *plerumque* quidem *Homero*, vel *oratori*, ſit *ſimilis*, ſed in amores quoque deſcendat; verum ad omnem ejus poëſin, quae partim ſit admirabilis, partim levis, nec digna viri gravis cura (cf. §. 58.). Gemina Alcaei in eloquendo laus eſt apud Dionyſium: Ἀλκαίου δὲ σκόπει τὸ μεγαλοφυὲς καὶ βραχὺ καὶ ἡδὺ μετὰ δεινότητος, ἔτι δὲ καὶ τοὺς σχηματισμοὺς μετὰ σαφηνείας. [Vid. Addenda.]

64. *Simonides, tenuis.* Turic. *ſimo id eſt enim.* Flor. (a pr. m.) *S. enim.* Alm. omittere dicitur ſec. vocem.

ſermone. Turic. *ſermones.* An fuit olim *ſermonis proprietate et juc.*? Neque enim ſatis placet *jucunditate quadam* ita ſine genitivo ſtructum, et ne ablativus quidem ille nudus *ſermone proprio.* *praecipua.* Turic. Flor. Guelf. Camp.

64. *Simonides, tenuis alioqui.* Non meminì, qui praeterea ſic ſentiat de Simonide. Dionyſius quidem haec l. c. p. 420. Σιμωνίδου δὲ παρατήρει τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομά-

Digitized by Google

cipua tamen ejus in commovenda miſeratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus ejus operis auctoribus praeferant. Antiqua 65 comoedia oum ſinceram illam ſermonis Attici gratiam prope ſola retinet, tum facundiſſimae

praecipue cum edd. ante Ald. acc. Bad. pr. An fuit *praecipua eſt?* Modo *poteſt* omittit Guelf. *commovenda miſeratione.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *c. miſerationis.* Ille a ſec. m. *commovendo miſerationis*, et ſic Camp. Facile corrigas *miſerationes*; ſed contorta oratio, *ejus operis.* Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui *ejusdem.* Alm. omittere dicitur.

65. *Attici gratiam.* Flor. (a pr. m.) *ad gratiam.* *facundiſſimae.* Turic. (a pr. m.) Flor. *fecundiſſimae* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. exc. Camp.

των, τῆς συνθέσεως τὴν ἀκρίβειαν· πρὸς τούτοις, καθ' ὃ βελτίων εὑρίσκεται καὶ Πινδάρου, τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ παθητικῶς. (Extrema transponendo ſanavi: eſt enim in libris ἀλλ' ὡς ἐκεῖνος παθ.) Quae hic de οἰκτισμῷ ejus produntur et a Qu. de commovenda miſeratione, ſpectant ad Θρήνους, in quo opere excelluit Simonides, habuitque aemulum, ſed imparem Pindarum: cf. Schneider. in fragmm. Pind. p. 20. Aeſchylum quoque vicit idem laudandis iis, qui in victoria Marathonia occubuerant; qua de re propoſitum fuit praemium in ludis Olympicis, Sic enim auctor vitae Aeſchyli: Ἀπῆρε δὲ (Αἰσχύλος) ὡς Ἱέρωνα — ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείῳ ἡσσηθεὶς Σιμωνίδῃ· τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθὲς λεπτότητος μετέχειν θέλει, ὃ τοῦ Αἰσχύλου, ὡς ἔφαμεν, ἐστὶν ἀλλότριον. Vid. et Pauſan. 6, 9, 2. Threni in obtritos ruina conclavis Scopadas aliquod fragmentum ſervatur a Stobaeo Serm. 103. collatis Phavorini verbis eodem ſermone excitatis paulo inferius: vid. Jacobs. ad Simonidis fr. 2. Cf. noſtr. 11, 2, 14 — 16. Qualis autem vis fuerit Simonidis in miſeratione movenda, exemplum habemus praeclarum lamentationem Danaes apud Dionyſium de ſtructura extr. Ceterum in illo μὴ μεγαλοπρεπῶς ineſt aliqua *tenuitatis* ſignificatio.

65. *Antiqua comoedia — habet.* Scabri quid ineſſe ſen-

Digitized by Google

libertatis, etsi est insectandis vitiis praecipua, plurimum tamen virium etiam in ceteris partibus habet. Nam et grandis, et elegans, et venusta: et nescio an nulla, post Homerum 897
tamen, quem, ut Achillem, semper excipi par est, aut similior sit oratoribus, aut ad ora-
66 tores faciendos aptior. Plures ejus auctores: *Aristophanes* tamen, et *Eupolis*, *Cratinus*que praecipui. Tragoedias primum in lucem *Aeschylus* protulit, sublimis et gravis, et grandiloquus saepe usque ad vitium, sed rudis in plerisque et incompositus: propter quod correctas ejus fabulas in certamen deferre

est insectandis. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Jens. Tarv. Ald. Reliqui inserunt *in.* *venusta.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *vetusta.* Haereo sane in recepta, desiderans tenue illud quod inter *elegans* et *venustum* intercedere potest discrimen. Neque tamen *vetusta* laudabili significatione quomodo dici potuerit, comminiscor. *an nulla.* Hoc dedi ex conjectura; libri enim *an ulla*, nisi quod Turic. Flor. (hic a pr. m.) *an illa* cum Basil. cf. 9, 4, 1. 11, 3. 97. *quem.* Turic. *quae.*

66. *propter quod correctas.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.)

tio huic structurae, in qua necesse est ad genitivum illum *fac. libertatis* graecam formam εὖσα intelligamus. Nemo enim, opinor, *gratiam* trahet ad *fac. lib.*, in qua ratione *retinet* debebat esse post *libert.* *venusta.* cf. not. crit.

Achillem — excipi par est. „Quem excipit Homerus v. g. „in laude Nirei in Boeotia „180. Νιρεὺς δ᾽ αὖ κάλλιστος „ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν Τῶν „ἄλλων Δαναῶν μετ᾽ ἀμύμονα „Πηλείωνα.“ Gesn. Ad pronomen *nulla* optime subaudietur *poësis*, non *comoedia.*

66. *correctas ejus fabulas.* De correctis veterum fabulis, et hoc, quod prodit Quintilianus, an recte narratum videri possit, nuper egerunt viri doctissimi Boeckhius et Godofr. Hermannus [ille in libello de Aeschyli, Sophoclis, Euripidis quae supersunt tra-

Digitized by Google

posterioribus poëtis Athenienses permisere, sunt-
que eo modo multi coronati. Sed longe 67
clarius illustraverunt hoc opus *Sophocles* atque
Euripides: quorum in dispari dicendi via
uter sit poëta melior, inter plurimos quaeri-
tur. Idque ego sane, quoniam ad praesentem

p. quia rectas (postremum Flor. solus corrigit) cum Alm. Sed Camp. *quod p. correptas.* *posterioribus.* Guelf. *posteribris*; qui et modo *pleris.* *permisere, sunt-que.* Turic. *permiserunt quae*, a sec. m. *quod.* Camp. *permiserunt s. q.*

67. *dicendi.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *discendi.*

uter. Turic. Flor. *uterque*, ille a sec. m. *uter quidem* cum Camp. hic nostrum. Vocem omittit Voss. 1. *ego sane, quoniam.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *eo s. q.* Guelf.

goediis; hic in commentatione luci tum quidem destinata, sed nondum edita] quorum alter recte fidem abrogare videtur nostro, nemine praeterea simile quidquam prodente. Et quoties turbantem aliquid deprehendimus Fabium in rerum veterum memoria! Cf. 2, 15, 30. 2, 16, 4. 3, 6, 49. 3, 7, 19. 4, 1, 68. 73. 5, 10, 3. 17. 6, 1, 20. (adde 10, 1, 22.) 6, 3, 67. 6, 5, 8. 7, 1, 14. 8, 3, 84. 8, 4, 28. 9, 3, 8. 89. 9, 4, 101. vide et 10, 7, 27. Id quidem aliorum quoque testimoniis confirmatur, Aeschyli etiam mortui fabulas victoriam reportasse, qua de re Philostratus suo more Ἀθηναίοις ait ἀνάλουν (αὐτὸν) καὶ τεθνεῶτα εἰς Διονύσια· τὰ γὰρ τοῦ Αἰσχύλου ψυφισαμένων ἀνεδιδάσκετο καὶ ἐνίκα ἐκ καινῆς (Vit. Apollon. 6, 6.). cf. Petit. Legg. Att. p. 68. Fabric. Harl. II. p. 168. Addit Boeckhius (p. 32.) locum Suidae v. Εὐφορίων, ubi hic Aeschyli filius narratur τοῖς τοῦ πατρὸς — οἷς μήπω ἦν ἐπιδεδειγμένος, τετράκις νικῆσαι. Unum quidem correctae fabulae Aeschyleae exemplum per ingeniosam conjecturam affert idem Boeckhius (p. 132.). Suspicatur enim, Sophoclis satyricam fabulam, Ἀχαιῶν σύλλογον sive σύνδειπνον esse correctum ex Aeschyli priore, cujus rei argumentum sit summa illa loci ab Athenaeo positi similitudo l. 1. p. 17. C. D. — Stigelius sui seculi eruditis hominibus hoc de Aeschylo judicium probari negat.

Digitized by Google

materiam nihil pertinet, injudicatum relinquo. Illud quidem nemo non fateatur neceſſe eſt, iis, qui ſe ad agendum comparant, utiliorem
68 longe fore Euripidem. Namque is et in ſermone (quod ipſum reprehendunt, quibus gravitas et cothurnus et ſonus Sophoclis vide-898
tur eſſe ſublimior) magis accedit oratorio generi: et ſententiis denſus, et in iis, quae a ſapientibus tradita ſunt, paene ipſis par, et dicendo ac reſpondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diſerti, comparandus; in affectibus vero cum omnibus mirus, tum in iis, qui miſeratione conſtant, facile praeci-

ego quia et ſic Obr. *ego* om. Camp. *fore Euripidem.* Sic Turic. Reliqui *E. f.* Hic quidem Turic. *Euripiden.*

68. *et in ſermone.* Flor. *qui et ſ.*, a ſec. m. *et vi et ſ.* et ſic Turic. Camp. cum Bodl. Ald. Omittunt *in* Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. et rell. edd. ante Baſil. acc. Obr. Si poſſet probari hic *vim* et *ſermonem* (cf. 5, 10, 55.) opponendi uſus, placeret ſane talis ratio prae recepta, in qua ſcabrities eſt conjungendi hasce locutiones: „*et* — accedit — „*et* — comparandus" ſine verbo finito in altera parte.

ipſum reprehendunt. Turic. *i. quod reprehendet.* Flor. *i. qui reprehendet*, a ſec. m. *reprehendit.* Camp. *i. reprehenderet.* Modo pro *quod* Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *quo* cum edd. poſterr. ante Baſil. acc. Obr. *ſublimior*) *magis.* Turic. Flor. inſerunt *erit.* *et dicendo.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.). Reliqui inſerunt *in.* Mox Turic. Camp. Goth. *atque.* Guelf. *et.* Mox pro *cuilibet* Guelf. *civiliter* cum Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *qui miſeratione.* Turic. Flor. inſerunt *in.* *conſtant.* Turic. (a pr. m.) *conſtat.*

68. *ſententiis denſus.* cf. in locutione §. 102. item 2, 5, 8.

facile praecipuus. Ariſtoteles quoque πολλαὶ ait (Εὐριπίδου τραγῳδίαι) εἰς δυστυχίαν τελευτῶσι — καὶ ὁ Εὐριπίδης, εἰ καὶ τὰ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ, ἀλλὰ τραγικώτατός γε τῶν ποιητῶν φαίνεται. Reliqua de

puus. Hunc et admiratus maxime eſt, ut 69
ſaepe teſtatur, et ſecutus, quanquam in opere
diverſo, *Menander:* qui vel unus, meo quidem
judicio, diligenter lectus, ad cuncta, quae
praecipimus, efficienda ſufficiat: ita omnem
vitae imaginem expreſſit; tanta in eo inve-
niendi copia, et eloquendi facultas; ita eſt
omnibus rebus, perſonis, affectibus accom-
modatus. Nec nihil profecto viderunt, qui 70
orationes, quae *Chariſii* nomine eduntur, a

69. *praecipuus — maxime.* Turic. *praecipus et admiratus miratus m.* a ſec. m. *praecipaus et admirandus m.* et ſic Bodl. cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Baſil. Sed Flor. *p. et admirandus miſeratus m.* a ſec. m. *p. e. admiratus m.* et ſic Camp. Nobiscum faciunt Guelf. et Goth. niſi quod omittunt *et. teſtatur.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *proſtatur. et ſecutus.* Turic. Flor. (a ſec. m. uterq.) Camp. inſerunt *eum* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil.

efficienda. Quos Codd. Gibſonus *effingenda* dare ait, neque ipſe indicavit, neque vidi ullos, MSS. duntaxat; nam edd. ſane dant a Baſil. ante Gibſ. cf. 5, 12, 21. Placuiſſe hoc Gibſono nec miror nec probo.

70. *eduntur, a.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *adductura.* Ex Alm. *adducuntur.*

hujus tragici ſapientia et eloquentia in vulgus nota; et copioſe illuſtravit Valckenarius in Diatribe.

69. *Hunc — Menander.* Imitationis veſtigia et ipſi deprehendimus, de qua ſaepe monet Valckenarius; cf. Fabr. Bibl. Gr. Harl. II. p. 456. Ubi admirationem teſtetur, fragmenta nobis relicta non oſtendunt. Sed Philemonis eſt in eam ſententiam illud in Anthologia Epigrammatum nobis ſervatum: Εἰ ταῖς ἀληθείαισιν οἱ τεθνηκότες Αἴσθησιν εἶχον ἄνδρες, ὡς φασίν τινες, Ἀπηγξάμην ἄν, ὥστ' ἰδεῖν Εὐριπίδην. (Cleric. p. 564. Jacobſ. ad Anthol. to. II, 1. p. 187.)

vitae imaginem expreſſit. Notiſſima vox Ariſtophanis Byz. Ὦ Μένανδρε καὶ βίε, πότερος ἆρ' ὑμῶν πότερον ἐμιμήσατο; et Manilii (5, 470.) „Menander Qui vitam oſten„dit vitae.“

70. *Chariſii nomine.* Fragmenta ejus, aliquot ſervavit

Digitized by Google

Menandro ſcriptas putant. Sed mihi longe magis orator probari in opere ſuo videtur, niſi forte aut illa mala judicia, quae Epitrepontes, Epicleros, Locri habent, aut medi- 399

putant. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 3. et edd. ante Stoer. acc. Obr. Reliqui *putent.* *illa mala.* Turic. *alia m.* cum Bodl. Voſſ. 1. 3. (ſed Guelf. *alia* ſolum, omiſſo *mala*). Jenſ. et edd. poſt. ante Baſil. *illa civilia* Obr. *Epitrep. — Locri.* Sic Latinis litt. Flor. Camp. Guelf. (in ultimo quidem Λοκροὶ hic dare videtur) Goth. (niſi quod ultimum *lectos*, err. Geſn., cum edd. ante Stoer. exc. Bad. pr. qui *Locre* et Baſil. qui *Locros*, de Jenſ. item err. Geſn.). Mox edd. *lochos* et ab Obr. inde graecis litt. Hic tamen vitioſe ἐπιτρέφοντες. Illud quoque a Baſil. inde plerorumque eſt vitium, *epitrepontas* accuſativum facientium et reliqua eodem caſu accipientium, (nam et ἐπικλήρους Baſil.) quod vitavit Obr. Is effinxit λοχὸς (*puerpera*), cujusmodi nulla memoratur alibi Menandru. Mei quidem Flor. Camp. et reliqui *Locre*, quod e Voſſ. 2. et Vall. afferunt, cum ipſe diligenter alterum notarim e Goth. niſi forte error eſt meus, debentis deſignare Guelf. dantem *lectos.* E Turic. nihil ponitur, quaſi conſentiente plane cum Burm. graeca emendatiſſima dante; quod contra eſſe ſuſpicor. Geſnerus primus auctore Fabricio in bibl. Λοκροὶ dedit; ego malui, per levem mutationem e *Locre*, Romana retinere elementa. *meditationes.* Obr. *illae dictiones.*

Rutilius Lupus v. polyptoton, proſopopoeïa, antitheton; ubi primo loco (p. 37.) videndus Ruhnk. Cf. Cic. Brut. 83. Fuit aequalis Demetrii Phalerei.

orator probari etc. „In „opere ſuo h. e. in ipſis co„moediis orator probatur Me„nander.“ Ita Geſnerus; qui ſimul rectiſſime monet, ineſſe ironiam, quam plerumque inducit formula *niſi forte.* Neque vox *mala* alteri *judicia* conjungenda eſt tanquam faciens unum ſubjectum, ſed eſt adjectivum pro attributo vel praedicato. Turpiter autem ſe dedit Pavius in libro de Graecis *mala* haec *judicia* interpretatus poſthabitum Menandrum Philemoni. Jam qualia ſint ea, quae memorantur *judicia*, etſi facile in argumentis τῶν Ἐπιτρεπόντων, quam comoediam Sidonius

Digitized by Google

tationes in Pſophodee, Nomothete, Hypobolimaeo non omnibus oratoris numeris ſunt abſolutae. Ego tamen plus adhuc quiddam 72

Pſophod. — *Hypob.* Flor. Camp. (hic tamen *Sophode*) *Sophocle enomothete hippobolimeo* (ultimo in Flor. ſuprascriptum y, item *Hypobolime* Camp.) cum Guelf. Goth. (tac. Geſn.) quanquam variante in quibusdam litteris ſcriptura, velut quod Guelf. dat *enomotheti*, Goth. *enomothetae*. Noſtra ex hisce quam recta eruatur, apparet; neque attinuit imitari eos qui graecis litteris utuntur. Turic. ne hic quidem memorari miror. *oratoris*. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 1. 2. et edd. ante Bad. Reliqui *oratoriis*. Hos imitari religio fuit, cum *oratorii numeri* apud Qu. quidem nihil plane poſſint indicare, niſi compoſitionis artificium (cf. 9, 4, 57.), quod hinc prorſus eſt alienum. Noſtrum ipſum eſt quidem non adeo conſuetum, ſed facile ferre poſſe videtur, quod ſolitae illi locutioni *omnibus numeris abſolutae* hic adjicitur, cujus tandem artificii *numeros* accipere debeamus. Nec convenientius erat *orationis* hic ponere, quanquam *eloquentiae* fortaſſe praeferendum. In hoc loco *niſi forte* — *abſolutae* laborat et infelices conjecturas tentat Stigelius.

Apollinaris Hecyrae Terentianae ſimilem ait, τῆς Ἐπιτρέποντος (cf. 7, 1, 14.), poteſt animo concipi, in fragmentis quidem nobis relictis non apparet. *Meditationes* autem ſunt μελέται, orationes de re non judiciali, cujusmodi dixeris illam ῥῆσιν, diſertiſſimam profecto et ſpiritus generoſi plenam, quam habemus inter fragmenta ex Hypobolimaeo reliqua p. ed. Clerici 184 ſeq. cui add. Bentl. in emendatt. Phileleutheri p. 64. multa dexterrime ſanantem; item Toup. Epiſt. p. 35. De ipſa quidem hac fabula vide nos ad 1, 10, 18. Poterat autem haec ipſa Menandrei operis pars, quae meditationibus cernitur, accommodatior dici declamatoribus quam patronis. Fabularum quae hic recenſentur tituli aliis quoque ſcriptoribus commemorati poſſunt inſpici apud Fabricium ab Harlete auctum Vol. 2. p. 463 ſqq. *Nomothetem* ut noſter ſingulari numero deſignat Athenaeus p. 247. plurali Ammonius v. Λυχνίον.

oratoris. cf. not. crit.

Digitized by Google

conſecuta. Denſus, et brevis, et ſemper inſtans ſibi *Thucydides:* dulcis, et candidus, et fuſus *Herodotus:* ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior; ille concionibus, hic ſermonibus; ille vi, hic voluptate. *Theopompus* his proximus, ut in hiſtoria praedictis minor, ita oratori magis ſimilis: ut qui, antequam eſt ad hoc opus ſolicitatus, diu fuerit orator. *Philiſtus* quoque meretur, qui turbae quamvis bonorum poſt eos auctorum eximatur, imitator Thucydidis, et ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. *Ephorus*, ut Iſocrati

74 901

fuſus. Turic. (a ſec. m.) Guelf. Camp. *effuſus* cum Goth. Voſſ. 2. Bodl. et edd. ante Gryph. *ille concitatis — melior.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum. Alm.

vi. Guelf. *ut* cum Voſſ. 1. *voluptate.* Turic. Flor. (uterq. a ſec. m.) *voluntate* cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſt. ante Ald. ῥώμῃ — Θουκυδίδης· ἡδονῇ — διανοούμενα τὸν Ἡρόδοτον. Dionyſ. l. c.

74. *ad hoc.* Turic. *ab hoc:* cf. 3, 6, 53. Mox §. 80. *ab hoc* pro *ob hoc* Flor. (a pr. m.) Camp. Jenſ. Tarv.

qui turbae. Turic. *qui turpe*, a ſec. m. *quid turpe.* Camp. *quid turbae* cum Voſſ. 2. (non Goth. cf. §. 42. it. 82.) Guelf. *qui tubae.* *eos.* Sic Turic. Flor. Guelf. Voſſ. 2. Reliqui *hos.* *eximatur.* Turic. (a ſec. m.) Guelf. Camp. *exiſtimatur* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald.

73. *Thucydides — Herodotus.* Hic quoque Dionyſium l. c. p. 424 ſqq. conferre operae pretium fuerit, cui cum fere judicio conſentiat noſter, eloquendi virtute profecto non eſt poſthabendus.

candidus. cf. §. 32.

74. *praedictis.* cf. 8, 3, 83.

ſolicitatus, ab Iſocrate magiſtro: vide Cic. de Or. 2, 15. item ut in Ephoro: cf. 2, 8, 11.

meretur. Hic quidem alio quam modo (72.) ſignificatu; et plane ſtructum ſicut *dignus*, quod alias me legere non memini.

aliquatenus. Suſpicor fuiſſe *aliquanto.*

Digitized by Google

viſum, calcaribus eget. *Clitarchi* probatur ingenium, fides infamatur. Longo poſt in- 75
tervallo temporis natus *Timagenes* hoc eſt vel ipſo probabilis, quod intermiſſam hiſtorias ſcribendi induſtriam nova laude reparavit. *Xenophon* non excidit mihi, ſed inter philoſophos reddendus eſt. Sequitur oratorum 76
ingens manus, ut cum decem ſimul Athenis aetas una tulerit. Quorum longe princeps *Demoſthenes*, ac paene lex orandi fuit: tanta vis in eo, tam denſa omnia, ita quibusdam

75. *Timagenes.* Turic. Flor. (hic a ſec. m. *t* anteponit) *imagines.* *hoc eſt vel.* Turic. *hoc e vel.* Camp. *h. v.* Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *v. h.* cum Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui *v. h. eſt.* *ſed inter.* Turic. Flor. inſerunt *mihi*, iterum poſitum.

76. *ut cum.* Sic Turic. Flor. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. 3. et edd. ante Gryph. exc. Camp. qui omittit *cum.* Sed Guelf. *ut tum.* Reliqui omittunt *ut.* *lex orandi.* Turic. *lexoran.*

Clitarchi — infamatur. Hic (reliqui enim hic commemorati notiores ſunt, quam ut mea oratione indigeant) comitatus Alexandrum mox ejus res expoſuit. Fidem ſcriptoris cum noſtro elevat Cicero Brut. 11. et quamvis ingenioſum judicio in elocutione deſtitutum notat Longinus 3, 7. item Demetr. de Eloc. extr. Vide et Heynium de fontibus Diodori in fronte Diod. Bip. p. 84. 85. In *Philiſto* cf. Cic. ad Q. fr. 2, 13. ubi *paene puſillum Thucydidem* appellat.

75. *Timagenes.* cf. 1, 10, 10.

76. *ut cum.* cf. 9, 1, 5.

tam denſa omnia. Hoc *denſi* vel *crebri* vocabulum frequentat in hisce; vid. §. 68. 73. 102. 106. cf. 2, 5, 8. Sic et πυκνὸν eſt ap. Dionyſ. Vol. (Reiſk.) 5. p. 463. 470. item συγκεκροτημένη λέξις p. 538. Hermogenes de Formis p. 470. ταῖς πυκνότησι τῶν ἐννοιῶν.

quibusdam nervis. Eadem comparandi forma §. 82. *quandam — deam.* §. 81. *quodam Delphico — oraculo.*

Digitized by Google

nervis intenta ſunt, tam nihil otioſum, is dicendi modus, ut nec quod deſit in eo, nec
77 quod redundet invenias. Plenior *Aeſchines*, et magis fuſus, et grandiori ſimilis, quo minus ſtrictus eſt: carnis tamen plus habet, 902
minus lacertorum. Dulcis imprimis et acutus *Hyperides:* ſed minoribus cauſis, ut non

invenias. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *invenies.*

77. *Plenior.* Turic. *pleniora*, a ſec. m. *planiora.* cf. 9, 4, 34. *minus lacertorum.* Sic Turic. Flor. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Baſil. Reliqui *l. m.* *minoribus cauſis.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. a quo *ſed* quoque abeſſe narrant.

77. *Plenior.* Recte contra Barthium ad Stat. Theb. 8, 683. defendit noſtram vocem Burmannus, ne reponatur, quod vult ille, *planior.* Neque enim quidquam magis proprie opponitur *ſtricto* et *gracili* quam *plenum*, velut, indicante Burm., Ovid. art. am. 2, 661. „Dic habilem, „quaecunque brevis, quae „turgida, plenam.“ et Rem. 527. „Turgida, ſi plena eſt, „ſi fuſca eſt, nigra vocetur.“ Qu. Declam. 7. p. Bip. 140. „ſolidum plenumque corpus.“ Ubi *plus carnis*, ibi *plenius* corpus.

Hyperides. Qui hoc de minoribus cauſis Hyperidis ingenio accommodatis diſerte dicat praeter noſtrum, non invenio. Eo tamen tendunt fere quae leguntur apud Dionyſium (p. 454 ſeq.), Hermogenem (p. 420. 491.), Longinum c. 34., Ciceronem de Or. 3, 7. Or. 26. 31. De Lyſia quidem ſic cenſet Dionyſius p. 488. 542. et Cicero de opt. gen. Oratt. c. 3. extr. Dolendum eſt autem, illam quam Dionyſius promiſit Hyperidis, Demoſthenis et Aeſchinis cenſuram deſiderari: vid. p. 451. 629. Funebris ejus laudationis fragmentum a Stobaeo ſervatum p. 618. (ed. Geſn.) merito certatim laudant VV. DD. In quo pro hisce ὅμως δὲ χρὴ θαῤῥεῖν καὶ τῆς λύπης παραινεῖν εἰς τὸ ἐνδεχόμενον legendum ſuſpicor — τῇ λύπῃ π. aut τῆς λύπης παραιρεῖν —. Si Libanio credimus, Hyperideam eſſe, non Demoſtheneam, orationem περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν, ſatis illa oſtendit leniorem quam eſt Demoſthenis characterem.

Digitized by Google

dixerim utilior, magis par. His aetate *Lyſias* 78
major, ſubtilis atque elegans, et quo nihil, ſi oratori ſatis eſſet docere, quaeras perfectius: nihil enim eſt inane, nihil arceſſitum; puro tamen fonti, quam magno flumini propior. *Iſocrates* in diverſo genere dicendi nitidus et 79
comtus, et palaeſtrae, quam pugnae magis accommodatus, omnes dicendi Veneres ſectatus eſt; nec immerito: auditoriis enim ſe, non judiciis compararat: in inventione facilis, honeſti ſtudioſus: in compoſitione adeo diligens, ut cura ejus reprehendatur. Neque 80
ego in his, de quibus locutus ſum, has ſolas virtutes, ſed has praecipuas puto: nec ceteros parum fuiſſe magnos. Quin etiam *Phalerea*

78. *eſſet.* Turic. Camp. *eſt.* Reliqui *ſit.* Noſtrum e conjectura: cf. 1, 8, 5.

79. *in diverſo.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *judici verſo.* *auditoriis.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *audituris.* Guelf. *Auditoribus.* Voſſ. 3. *auditoris.* *ſe, non.* Turic. *venit.* Flor. *venum*, a ſec. m. nil niſi *non.* *judiciis.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *judicis.* *compararat.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *comparat* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. (exc. Loc. Ven.) acc. Leid. Gibſ. Obr.

80. *locutus ſum.* Sic Turic. Camp. Reliqui *ſ. l.* *Phalerea illum.* Sic Voſſ. 1. 3. *phalere attillum* Turic., a ſec. m. *p. atilii*, item *demetrii.* Reliqui *Phalereum illum.* Guelf.

78. *ſatis eſſet.* At non eſt: cf. 4, 5, 6.

79. *Iſocrates.* Non opus erat cum Capperonnerio apponere locum Dionyſii (p. 432.), qui etſi non alienus ab hoc ipſo noſtri, non tamen adeo congruit, ut poſſit Quintilianeus inde expreſſus videri. Eſt copioſius praeterea de Iſocrate Dionyſii judicium (p. 534 — 585), multa et ipſum continens huc facientia.

Digitized by Google

illum *Demetrium*, quanquam is primus inclinaſſe eloquentiam dicitur, multum ingenii habuiſſe et facundiae fateor, vel ob hoc memoria dignum, quod ultimus eſt fere ex Atticis, qui dici poſſit orator: quem tamen in illo medio genere dicendi praeſert omnibus Cicero. 81 Philoſophorum, ex quibus plurimum ſe traxiſſe eloquentiae M. Tullius confitetur, quis dubitet *Platonem* eſſe praecipuum, ſive acumine differendi, ſive eloquendi facultate divina quadam et Homerica? multum enim ſupra proſam orationem, et quam pedeſtrem Graeci vocant, ſurgit: ut mihi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico videatur ora- 82 culo inſtinctus. Quid ego commemorem

Camp. *Phalerium i.* *is primus.* Turic. Flor. *is primum.* *eloquantiam.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *eloquentiae.* *medio.* Flor. (a ſec. m.) Guelf. *medioeri* cum Voſſ. 1. 3. 81. *traxiſſe.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *transiſſe.* *dubitet Platonem.* Turic. Flor. Camp. inſerunt *et.* Guelf. *dubitat P.* *quodam.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *quaedam.* *oraculo inſtinctus.* Turic. Flor. *o. de inſtrictus.* Ille a ſec. m. *o. dei inſtructus,* hic *de inſtinctus.* Camp. *o. dei inſtinctus.* Ex Alm. nil niſi *inſtrictus.*

80. *Demetrius — is primus inclinaſſe — dicitur.* cf. Cic. Brut. 9. „Hic primus inflexit orationem."

praeſert — Cicero. „Reſpicit, puto, quod jam obſervatum Almelovenio, ad Orat. 27., qui et alia quoque illius elogia citat ex de Orat. 2, 23. et Offic. 1, 1." Gesnerus. — Adde Leg. 3, 6. Fin. 5, 19. De medio genere dicendi cf. §. 52.

81. *M. Tullius confitetur.* cf. Orat. 3. „Fateor me oratorem, ſi modo ſim, aut etiam quicunque ſim, non ex rhetorum officinis, ſed ex Academiae ſpatiis extitiſſe."

et quam pedeſtrem. Parum placet conjunctio *et*, cujus nullam hic idoneam vim agnoſco.

Delphico — oraculo. Laudant Cic. Brut. 31. ubi cum Jove

Digitized by Google

Xenophontis illam jucunditatem inaffectatam, ſed quam nulla conſequi affectatio poſſit? ut ipſae ſermonem finxiſſe Gratiae videantur, et, quod de Pericle veteris comoediae teſtimonium eſt, in hunc transferri juſtiſſime poſſit, in labris ejus ſediſſe quandam perſuadendi deam. Quid reliquorum *Socraticorum* elegan- 85
904 tiam? Quid *Ariſtotelem?* quem dubito ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, an eloquendi ſuavitate, an inventionum acumine, an varietate operum, clariorem putem. Nam in

82. *illam jucunditatem.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum edd. ante Gryph. Reliqui *j. i.* *conſequi affectatio poſſit.* Sic Turic. Flor. (uterque tamen *adſ.*) Camp. *poſſit affectatio ſequi* Guelf. cum Voſſ. 1. 3. *a. conſ. p.* Goth. Jenſ. cum edd. ante Baſil. Reliqui *p. a. c.* *ſermonem finxiſſe G.* Sic Turic. Flor. *ſ. g. f.* Goth. Camp. Ald. Bad. *fluxiſſe ſ. g.* Guelf. *ipſe ſ. graecis f. videatur* Jenſ. cum edd. ante Ald. quod recte improbat Badius, qui et *ipſi* non male ſcribi poſſe monet. Singularem *videatur* et Turic. (a ſec. m.) et Goth. *de Per. — teſtimonium.* Guelf. *de veteri peride t.*, item *comoediae* omittente Voſſ. 1. *peride* autem dante Voſſ. 3. *labris.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *laboribus* cum Alm. E Voſſ. 2. *laboris;* nil tale Goth. (cf. §. 74. it. 86.)

85. *elegantiam.* Turic. Flor. *elegentium.* Ille a ſec. m. *elegantium*, hic noſtrum. *eloq. ſuavitate.* Turic. Flor.

comparatur Plato. Adde Cic. Legg. 2, 7. de Or. 3, 4. Valde ſimilis ſententiae figura de Legg. 1, 22. „praecepti „tanta vis — ut ea non ho„mini cuipiam, ſed Delphico „deo tribueretur."

82. *vet. comoed. teſtim.* Locus eſt notiſſimus Eupolidis in Δήμοις comoedia. Cf. Plin. Ep. 1, 20. ibique Geſn. Vide et nos ad Qu. 2, 16, 19. ubi ponitur locus Ariſtophaneus, ad quem ipſos hosce Eupolidis verſus profert ſcholiaſtes. Ciceroni commemorantur in Bruto c. 9. 15.

Digitized by Google

Theophraſto tam eſt loquendi nitor ille divinus, ut ex eo nomen quoque traxiſſe dicatur. 84 Minus indulſere eloquentiae *Stoici* veteres: ſed cum honeſta ſuaſerunt, tum in colligendo probandoque, quae inſtituerant, plurimum valuerunt: rebus tamen acuti magis, quam, id quod ſane non affectant, oratione magnifici.

(hic a pr. m.) *e. uſus ſ.* cum Goth. Voſſ. 2. *e. vis ſ.* Alm. *e. uſu ſ.* Guelf. cum Voſſ. 3, Jenſ. Tarv. *loquendi nitor.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. Omittit *eſt* Guelf. dans *eloq.* Sed *loquendi* totum deſiderat Veneta. Reliqui *eloquendi n.*

84. *Stoici.* Turic. *hyſtori*, a ſec. m. *hyſtorici.* Flor. *hyſtoriae*, ſed et *eloquentiae* omittit a pr. m., a ſec. ipſam noſtram reponit ſcripturam. *colligendo.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *coligendo.* Hic a ſec. *eligendo*, et ſic Jenſ. cum edd. poſt. ante Ald. acc. Bad. Colon. Pariſ. Colin.

probandoque, quae. Turic. om. *quae*, Guelf. encliticam cum Voſſ. 3. *probandoque quod* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum edd. ante Ald. acc. Bad. Placet. *inſtituerant.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *inſtituerant.* *valuerunt.* Guelf. om. cum Voſſ. 3. *ſane.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ſene.* *affectant.* Turic. Flor. *adfecti tacuerunt.* Ille a ſec. m. *affecti tacuerunt*, hic noſtrum ipſum. Camp. *affectaverunt.* Goth. *affectarunt* cum Baſil. et edd. poſt. ante Obr. acc. Roll.

85. *magnifici. Idem.* Guelf. inſerit *Quid romanorum?* cum Jenſ. (err. Geſn.) et edd. poſt. ante Ald. *qui romanorum* inſerit Voſſ. 3.

83. *loquendi nitor.* Cum variandi cauſa, tam quia magis ſermone familiari quam ſcriptis meruiſſe hoc nomen videtur Theophraſtus, *loquendi* quam *eloquendi* maluiſſe Quintilianum ſuſpicor: cf. 9, 4, 147. Miras loquendi delicias ſectatum vides apud noſtrum 8, 1, 2. ſed et veſtitus cultusque apud Athenaeum 1, p. 21. a. indicante Almeloveno. De nomine, quo ſuum Tyrtami mutavit, cf. Diog. Laërt. 5, 38. — Facilius aliquanto fuerit, ſi pro *tam eſt* ſcribatur *tantus eſt.*

84. *Stoici — colligendo probandoque.* cf. 2, 20, 7.

Digitized by Google

Idem nobis per Romanos quoque auctores 85
ordo ducendus eſt. Itaque ut apud illos Homerus, ſic apud nos *Virgilius* auſpicatiſſimum dederit exordium, omnium ejus generis poëtarum, Graecorum noſtrorumque, haud dubie proximus. Utor enim verbis iisdem, quae 86
ex Afro Domitio juvenis excepi: qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere, *Secundus*, inquit, *eſt Virgilius, propior tamen primo, quam tertio.* Et hercule ut illi naturae coeleſti atque immortali ceſſeri-

Homerus, ſic. Turic. Flor. (hic quidem *ſit*) *homeros ſit f.* a pr. uterque m. Graecam formam retinet Turic. et habet Alm. *apud nos Virg.* Turic. omittit *nos*, mox pro eo reponit *Romanos*, et idem pro *nos* Camp. A pr. m. Flor. omittit *apud*. *noſtrorumque, haud.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. acc. Baſil. Reliqui Regio jubente inſerunt *illi*.

86. *Utor.* Sic Turic. Flor. *Ut* Guelf. cum Voſſ. 3. Reliqui *Utar*. *ex Afro.* Praepoſitionem a pr. m. omittunt Turic. Flor. *quae* deſiderare narratur Alm. *ab A.* Jenſ. cum edd. poſt. ante Baſil. *excepi.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 3. et edd. ante Baſil. (niſi quod Veneta *cepi*). Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *excipi.* Reliqui *accepi*. Malim fine praepoſ. *quae Afro — elicui.* *hercule.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cf. 5, 12, 16. 10, 2, 3. Reliqui *hercle*. *ut illi.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *cum i.* cum Goth. *coeleſti atque immortali.* Guelf. *c. atque divinae* cum Voſſ. 2. (cf. §. 82. it. 88.) Sed Camp. *divinae atque c.* cum Ald. Baſil. (niſi quod haec *divine at*)

86. *Utor enim.* Quare *proximum* appellarit, tuetur ſe auctoritate Domitii; nec opus igitur *utar* ſcribere cum recentioribus, cum nihil novi mox proferat.

quae ex Afro — excepi. Parum terſa oratio. cf. not. crit. In *accedendo* cf. 6, 2, 35.

ut — ceſſerimus, ita. Cave conjunctivum repetas ab *ut*;

Digitized by Google

mus, ita curae et diligentiae vel ideo in hoc plus eſt, quod ei fuit magis laborandum: et quantum eminentibus vincimur, fortaſſe 905
87 aequalitate penſamus. Ceteri omnes longe ſequentur. Nam *Macer* et *Lucretius* legendi quidem, ſed non ut phraſin, id eſt, corpus eloquentiae faciant: elegantes in ſua quisque materia, ſed alter humilis, alter difficilis.

cf. 5, 10, 91. et hic §. 95. Sic et 10, 1, 5. *ergo* (cum edd. poſt. ante Ald.) pro *igitur*; item 10, 4, 4. *ideo*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *idoneo*. *quantum*. Guelf. *quanto plus* cum Jenſ. et edd. poſt. ante Ald. acc. Baſil. *quanto* Ald. Obr. *eminentibus*. Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *eminentioribus*.

87. *longe*. Turic. omittit. *ſequentur*. Camp. Obr. *ſequuntur*; male. *Lucretius legendi*. Turic. *L. loquendi*. Flor. (a pr. m.) *L. ejus loquendi*. *phraſin, id eſt, corpus*. Turic. *pars in idem c.* Flor. (a pr. m.) *pars in e. c.* Guelf. *ph. i. e. ut c.* cum Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſt. ante Bad. *elegantes*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *legentes* cum Alm. *humilis*. Flor. *luminis*.

eſt indefinite poſitus pro eo: *cedendum eſt*. Uſus autem ſatis frequens Latinorum in comparandis ſuis et Graecorum aliorumve virtutibus, gentem ſuam ſuosque cives prima pluralis numeri perſona deſignandi; cf. §. 93. 99. 107. Ita Tacitus Ann. 1, 50. 2, 3. bis. Agitur ipſorum qui ſcribunt res, cum decertat Romanus cum alius populi cive.

aequalitate. „*Aequalitatem* „interpretor *aequabilitatem*." Geſnerus. Cf. §. 54. „*aequali* „quadam mediocritate." Virgilius nunquam infra ſe deſcendit, quod Homero tacite quidem hic imputatur. Cf. etiam dicta nobis de nomine *aequalius* ad 3, 8, 60.

87. *Macer et Lucretius*. cf. §. 56. item de Lucretio 1, 4, 4. unde apparet, quare difficilis appelletur: vid. et not. noſtr. ad 1, 8, 8. Recte autem Burm. monet, idem operis propoſitum reſpicientem Ovidium *ſublimem* appellare Lucretium Amor. 1, 15, 23. Eadem cauſa Statio Sylv. 2, 7, 76. eſt „dat furor ar- „dua Lucreti." *Humilis* igitur Macer propter herbarum proprietates, quas carmine conſectatur.

Digitized by Google

Atacinus Varro in iis, per quae nomen eſt aſſecutus, interpres operis alieni, non ſperuendus quidem, verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. *Ennium*, ſicut 88
906 ſacros vetuſtate lucos, adoremus, in quibus grandia et antiqua robora jam non tantam habent ſpeciem, quantam religionem. Propiores alii, atque ad hoc, de quo loquimur, magis utiles. Laſcivus quidem in heroicis quoque

verum ad augendam. Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *verat augendam.*

88. *vetuſtate lucos.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *vetus tamen locus.* Ille a ſec. m. *vetuſtatem locutos.*

alii, atque ad hoc, de quo loquimur. Ita Guelf. cum Alm. Voſſ. 1. 3. Baſil. *aliasque ad hoc de qua loquamur* Turic. a ſec. m. *a. atque ad hanc de qua loquimur,* et ſic Flor. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Locat. Venet. Ruſc. *ad hanc atque de qua l.* Jenſ. Tarv. *alii ad hanc phraſin de qua l.* Ald. Reliqui *a. a. a. hanc phraſin de qua l.* *heroicis.* Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *eroïs.* Ex Alm. *ereis.* Quid ſit quod e Voſſ. 3. quaſi varians ſcriptura ipſum noſtrum profertur *heroicis*, non exputo. Fateor mihi aliquam de noſtra ſcriptura ſuſpicionem ſubnaſci (cf. §. 51.). An et hic fuit *epicis*? Niſi materiam magis quam metrum reſpexiſſet noſter, non profecto laſciviam notaſſet, quam nemo in verſu hexametro erat miraturus, cum tot ſint ſatirarum hexametri nequitiis referti. An voluit aliquam Heroidum mentionem injicere? Non puto. Neque

Atacinus Varro. Scribo ſimplici T, contra quidem libros plerosque, ſed auctore Horatio Serm. 1, 10, 46. Cf. Qu. 1, 5, 18. ſed imprimis Ruhnk. Ep. Cr. p. 199—201.

88. *Ennium — religionem.* Miranda elocutionis in noſtro proprietas et majeſtas. Cf. nos ad 1, 8, 3.

heroicis. cf. not. crit. De *Ovidio* nota omnia, dignus tamen imprimis, cujus de hoc poëta prodita conferantur, Seneca pater Controv. 2, 10. Philippus quidem Melanthon natura gravem et tetricum hic agnoſcit Qu., cui Ovidius *partibus* modo *laudandus* ſit viſus; eſſe enim *totum laudandum.*

Digitized by Google

Ovidius, et nimium amator ingenii sui: lau-
89 dandus tamen partibus. *Cornelius* autem *Se-verus*, etiamsi versificator quam poëta melior, si tamen, ut est dictum, ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vindicaret

enim in elegiis quisquam luxuriantis ingenii delicias magnopere improbabit, si maxime alienas a matronarum heroicarum dignitate. *Epica* profecto metamorphoses potuerunt appellari, quarum noster alibi quoque tetigit levitatem et lusus 4, 1, 77. *tamen partibus.* Sic Turic. Flor. cum Alm. Basil. Sed a sec. m. Flor. *t. parcius*, et sic Camp. cum Goth. et edd. a Jens. ad Basil. *laudandis partibus* sine conjunctione Guelf. E Voss. 5. *laudandus partibus.* Voss. 2. *laudandus in partibus* (cf. 86. it. 89.). Reliqui *t. in p.* Praepositio omittitur etiam 9, 9, 111.

89. *etiamsi.* Turic. *etiam sit.* Guelf. etiam sic cum Voss. 3. Fateor mihi terstiorem videri orationem, si reponatur *etiamsi sit*, propter illud quod mox infertur alterum *si tamen.* Camp. *et si.* *exemplar.* Turic. *exempla.* Goth. *exemplum* cum Vall. (cujus cum nulla ap. Badium sit mentio, suspicor esse in Voss. 2. cf. §. 88. item 91.). *perscripsisset.* Turic. (a pr. m.) *praescripsisset.*

89. *Cornelius — Severus.* Cf. Voss. de Histor. Latt. p. 109. Si propter locum de Cicerone a Seneca patre prolatum, Suas. 6., Jos. Scaliger conjectabat, pro *Siculum* in nostre reponendum esse *civile* bellum; poterat vicissim, id quod monent Colomesius et Gesnerus, Aetnae illa descriptio, quam adhuc terimus, commemorata Senecae filio epist. 79. suspicionem injicere particulae ex illo opere *Siculae expeditionis* decerptae. Carminis Severiani titulum non memorat scholiastes Persii ad 1, 95.

etiamsi. cf. not. crit.

ut est dictum. Nihil ego hic significari existimo nisi communem et pervulgatum inter homines istius vel superioris temporis sermonem, qui de opere Severi ita judicaverint. Non opus igitur requirere, a quo tandem *hoc dictum sit*, multo minus etiam memoriam torquere, ut is in opere Quintilianeo locus inveniatur. Neque enim soleo ita sua *dicta* designare.

Digitized by Google

sibi jure secundum locum. Sed eum consummari mors immatura non passa est: puerilia tamen ejus opera et maximam indolem ostendunt et admirabilem, praecipue in aetate illa, recti generis voluntatem. Multum in *Valerio* 90 *Flacco* nuper amisimus. Vehemens et poëticum ingenium *Saleji Bassi* fuit, nec ipsum

Sed eum. Flor. *ferrenum.* Guelf. *Uarrenum.* Voss. 1. 3. *farrenum.* Alm. *Terrenum.* Basil. *Varenum* cum Gryph. marg. Steph. Ricc. „Latere hic poëtam aliquem certum „mihi est; sed quia ille raptus in prima aetate, paucis forte „notus et memoratus fuit. *Varenum* si legatur, forte" (fortasse) „ille fuit, vel ipsi gentilis, quem a Cicerone defen„sum saepe apud Fabium nostrum legimus. Varenum accu„satum a Bithynis memorat Plinius 7, c. 6. sed quem hic „intelligi vix puto." Burmann. „Cum Gothanus et primae „editiones consentiant, et praeterea videantur haec Severo „Cornelio convenire, ut de quo modo dixerit, eum *ad „exemplar primi libri bellum Siculum non perscripsisse:* nescio „an opus sit quaerere, quod forte" (fortasse) „nusquam est." Gesner. Turicensem, summae auctoritatis librum, commemorari non video (cf. 63. item prooemium nostrum tertio volumini praemissum p. 4. 5.). A Mediolanensibus duobus nihil opis expectandum, quorum uterque mutilus est in nostro loco. Nec tamen dubito, quin verum viderit Burmannus. Eum quem modo *versificatorem* appellarat tantis profecto laudibus Qu. non mactavit. Quis vel Bentlejus vel Ruhnkenius vel Porsonus nobis eum demonstraturus est, qui hic delitescit?

admirabilem. Sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Voss. 2. Alm. Bodl. et edd. ante Basil. Reliqui *mirabilem.*

90. *Saleji.* Flor. *Sali.* Camp. *Salei* cum Rusc. Ald.

secundum locum. Inter epicos Latinos a Virgilio.

Sed eum cet. cf. not. crit.

90. *in Valerio Flacco.* Cf. Fabr. Bibl. Lat. ed. Ern. Vol. 2. p. 250 seqq. Maligne hic laudatum poëtam criminatur is, qui multa in hoc super poëtis judicio Quintilianeo reprehendit, Caspar Barthius Adversar. 56, 11. item ad Stat. Theb. 6, 93. 10, 700.

ingenium Saleji Bassi. cf.

Digitized by Google

ſenectute maturum. *Rabirius* ac *Pedo* non
907 indigni cognitione, ſi vacet. *Lucanus* ardens,

Bad. Baſil. Sed Goth. *Salii* cum Jenſ. Tarv. Voſſ. 2. Palat. Gebh. *Syllae* Guelf. cum Voſſ. 1. 3. quanquam hi *file.*

ſenectute maturum. Turic. *ſ. ma turbi*, a ſec. m. *ſenectus maturavit* cum Barthii cod. Bodl. Anderana, et ſic haud dubie Palat. Gebh. Sed Flor. (a pr. m.) *ſ. turbit.* Colinaei et Vidovaei edd. *ſ. maturuit* et hoc ineſſe ſuſpicor Turic. et Flor. In hac autem ſcriptura an ſit reprehenſio, qualem vulgo agnoſcunt in recepta, merito dubitatur. Res manifeſta foret, ſi pro *ipſum* legeretur *ipſa*, ut ne ipſa quidem ſenectus attuliſſe ejus ingenio maturitatem diceretur. Nunc, quae eſt Gebhardi ſententia, poteſt ſane intelligi immaturae tantum mortis ſignificatio, et habet „nec ipſum" quo referatur, ſi memineris, illum ſive Varenum ſive Cornelium Severum ante diem mortuum modo narrari, idemque in Valerio Flacco oſtendi. Fatendum tamen, ingratum eſſe aſyndeton in verbo *maturuit*, orationem autem terſiorem et molliorem in recepta; quanquam vel ipſa haec, propter illud *nec ipſum*, poteſt nonniſi in juventute extinctum Salejum teſtari. Quo tamen ordine recenſetur, totusque dicentis de eo habitus is fere eſt, ut colligas, non valde laudabilem ei viſum Salejum. In

nos ad 6, Pro. 3. p. 425. De *ſenectute maturum* conſule not. crit.

Rabirius. Hic, qui carmine perſecutus eſt bellum Achaicum, aliquot ſcriptoribus cum eximia laude memoratur, velut Ovidio (Pont. 4, 16, 5.) et Vellejo 2, 36. et L. Senecae (Benef. 6, 3.). Cf. Voſſ. de Hiſtorr. Lat. 1, 21. Nihil ejus reliquum.

Pedo. cf. 6, 3, 61. Ejusdem Theſeida, quae et ipſa intercidit, demonſtrat Ovid. Pont. 4, 10, 71. Verſus de navigatione Germanici profert M. Seneca Suaſor. 1. Cf. idem Voſſ. de Poett. Lat. p. 32.

Lucanus. Nota de hoc omnia. Alii hiſtoricis eum potius quam poëtis annumerant. Serv. ad Aeneid. 1, 386. „Lucanus ideo in numero „poëtarum eſſe non meruit, „quia videtur hiſtoriam com„poſuiſſe, non poëma." Cf. interprr. ad Petron. 118. et nos ad 3, 8, 23. Sed hic conſule not. crit.

Digitized by Google

et concitatus, et ſententiis clariſſimus, et, ut dicam quod ſentio, magis oratoribus quam poëtis annumerandus. Hos nominavimus, 90
quia Germanicum Auguſtum ab inſtitutis ſtudiis deflexit cura terrarum, parumque diis
908 viſum eſt, eſſe eum maximum poëtarum. Quid tamen his ipſis ejus operibus, in quae,

Epiſt. ad Tryph. 1. pro *maturuiſſe* Flor. (a pr. m.) Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Ald. *maturaviſſe.* *annumerandus.* Turic. *mitandus,* a ſec. m. *imitandus,* et ſic Flor. Gualf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Alm. Bodl. Bal. Voſſ. 1. 2. 3. Vall. Bad. Baſil. Gryph. marg. item Vaſc. marg. Steph. Obr. *numerandus* Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſt. ante Gryph. Quam ſcripturam Regio probatam Badius (cui accedere Gallaeum narrat Burmannus) recte ferendam negat, vel enim *inter oratores* vel *oratoribus annumerandus* ſcribendum fuiſſe. Praefert igitur quod dant Mſſ. cui firmando adhibet Gallaeus locum 10, 2, 21; non male ille. Quanquam, fateor, terſius aliquanto magisque explere animum lectoris videtur, quod nunc legimus, ita tamen ut in hac ratione ſcribere malim „*ſed,* ut dicam quod ſentio." Quomodo autem haec ſcriptura, ſi ipſa fuit Quintiliani, abire potuerit in eam, quam praeferunt antiquiſſimi quique libri, non exputo. Eſt tamen praeterea, quod avertat a vulgata: fit enim clauſula hexametri plena in hac; quod ſecus eſt in *imitandus.* Acutioribus itaque locum hunc relinquo.

91. *parumque diis.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *parum quae his.* Alm. *parumque his,* et ſic Camp. Sed Guelf. omittit encliticam cum Voſſ. 3. Scribendum cenſeo *dis,* monoſyllabo. *tamen his.* Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui *t. iis.* Guelf. *his* om.

91. *Germanicum Auguſtum.* Diu eſt cum viderunt VV. DD. de Germanici Arateis hic nequaquam eſſe cogitandum, ſed ſolum demonſtrari Domitianum imperatorem, de cujus poetica laude vide nos ad 4 Pro. 3. Poetas, qui eum adulati ſint hoc nomine, refert Dodwellus Annal. Quintil. §. 14. hosce: Sil. Ital. 3, 618 — 20. Valer. Flacc. 1, 12. Martial. 8, 82.

Digitized by Google

donato imperio, juvenis feceſſerat, ſublimius, doctius, omnibus denique numeris praeſtantius? Quis enim caneret bella melius, quam qui ſic gerit? Quem praeſidentes ſtudiis deae propius audirent? Cui magis ſuas artes aperiret familiare numen Minerva?

donato. Sic Turic. Flor. Guelf. cum Goth. (non Jenſ. err. Geſn.) Bodl. Voſſ. 1. 3. Baſil. Geſn. Bip. Sed pro *in quae donato* Voſſ. 2. *iniquae donatus*, quorum prius et Goth. (tac. Geſn.) cf. §. 89. item 109. Sed ſuſpicor male excerptum Voſſ. 2. Editorum primus Camp. *donatus* et ſic reliqui.

feceſſerat. Hoc e Lipſii conjectura (ad Tacit. Hiſt. 4, 86.) dedi poſt Geſn. Bip. Libri omnes *ſucceſſerat.* Cf. Drakenb. ad Liv. 2, 50, 3. *gerit.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Vall. Camp. Ald. et edd. poſt. ante Burm. acc. Bip. Reliqui *egerit.* Burmannus, curioſus inſolentioris verbi, appellat Gronovium in Obſſ. 2, 3. p. 178. docentem exemplis, *agere* quoque *bellum* dici ab antiquis, (add. Oudend. ad Suet. Caeſ. 45.) nec attendit (id quod negat etiam) bellorum, quae, quoad rei publicae praeeſt, adhuc gerat Domitianus, fieri mentionem, non eorum quae *egerit.* Geſnerus, recta probans, librum ſuum ſecurius inſpexit. Probabat Regius Codd. ſcripturam *gerit*, non ſuam emendationem reponebat. Cf. Drakenb. ad Liv. Epit. 49. p. 957.

deae propius. Turic. *ea propriis*; a ſec. m. *eo propius.* Flor. (a pr. m.) *ea p.* cum Alm. *familiare numen Minerva.* Sic Flor. Baſil. Sed Turic. *familia rennum minerva;*

donato imperio. „*Donato imperio* militari, condonato „tum ſuſpicionibus fratris, „tum ſuo in optimarum artium „ſtudia amori, *in opera* poe„tica, h. e. ad ea elaboranda, „a ſtrepitu rerum gerendarum „feceſſerat Domitianus.“ Geſner. Illuſtrantur haec locis Taciti et Suetonii ſupra a me citatis. Valde geminus Quintilianeo adulandi color eſt apud Statium Achill. 1, 15. 16. „— cui geminae florent „vatumque ducumque Certa„tim laurus: olim dolet altera „vinci.“

praeſidentes ſtudiis deas tam *prope audientes* imperatorem recte Geſnerus refert ad agonem muſicum, quem inſtituit ille auctore Suet. Dom. 4. Cf. Stat. Sylv. 3, 5, 28. 31 — 33. et noſtr. 9, 4, 11.

familiare numen Minervae. Se enim Minervae filium jacta-

Digitized by Google

Dicent haec plenius futura ſecula. Nunc enim 92
ceterarum fulgore virtutum laus iſta praeſtringitur. Nos tamen ſacra litterarum colentes feras, Caeſar, ſi non tacitum hoc praeterimus, et Virgiliano certe verſu teſtamur,

Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

Elegia quoque Graecos provocamus, cujus 93
mihi terſus atque elegans maxime videtur auctor *Tibullus*. Sunt qui *Propertium* malint. *Ovidius* utroque laſcivior: ſicut durior *Gallus*. Satira quidem tota noſtra eſt, in qua

a ſec. m. *familiarem ennium minervae*. Guelf. *f. nomen Minerva*. Stoer. Chouet. Leid. *f. nomen Minervae*. Reliqui *f. numen Minervae*, quorum et Bal.

92. *Dicent*. Turic. (a ſec. m.) Guelf. *dicunt*.
ſecula om. Turic. *ceterarum*. Camp. *exterarum*.
feras. Guelf. *feres* cum Voſſ. 1. 3. *tacitum*. Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *tantum*. Ille a ſec. *totum*, quod poſſit blandiri. *praeterimus*. Guelf. *praeteribimus*.

93. *quoque Graecos*. Sic MSS. quos vidi omnes (negligentibus fere iis qui contulerunt) quo acc. Voſſ. 2. et Vall. cum edd. ante Ald. Regius transpoſuit *G. q.*, et ſic reliqui.
Satira. Quid h. l. ſcripturae dent Codd. parum diſco. Turic. quidem et Flor. videntur *Satyra* cum Burm. At Guelf.

bat Domitianus, quam in rem narrat Philoſtratus Vit. Apoll. 7, 12. periiſſe quendam, ἐπειδὴ θύων ἐν Τάραντι, οὐ ἦρχε, μὴ προσάθηκε ταῖς δημοσίαις εὐχαῖς, ὅτι Δομιτιανὸς Ἀθηνᾶς εἴη ταῖς.

Inter victrices. Virg. Ecl. 8, 13. de Pollione.

93. *Elegia quoque*. H. e. non epico ſolum carmine.

Gallus. Cf. 1, 5, 8. Prodita de eo erudite collegit J. H. Voſſius ad Virg. Ecl. 6, 64. Copioſius habes expoſita ap. Fabr. Bibl. Lat. ed. Ern. I. p. 425—30.

tota noſtra eſt. Idem profitetur Diomedes Gramm. 3. 482. Putſch.

Digitized by Google

primus insignem laudem adeptus *Lucilius* quosdam ita deditos sibi adhuc habet amato- 909
res, ut eum non ejusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poëtis praeferre non dubi-
94 tent. Ego quantum ab illis, tantum ab Ho-

Goth. Camp. cum Gesn. per I. Vulgo sane per Y. Cf. 9, 3, 9. et Drakenb. ad Liv. 7, 2, 7. Sed mox §. 95. Turic. *satur egenus*, quanquam a sec. m. *satyrae genus*, ut et reliqui, nisi quod post Gesn. per I. *adeptus Lucilius*. Sic Turic. Basil. Reliqui inserunt *est*. *Lue. quosdam*. Sic Guelf. Basil. (cum Voss. 1. 3.) quanquam priorum quidem uterque interpuncto ante, et majuscula littera Q. Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) *L. quodam*. Reliqui *L. qui quosdam*. *amatores* Basil. sola omittit. Blanditur sane.

Lucilius. Vix erit cui hic nostro primum loco objiciatur. Ipsi aliquoties a Qu. commemoratum vidimus. Cupidum notitia locorum de eo tractantium instruet Fabr. ab Ern. auctus III. p. 250. 31. add. J. G. Vossium de poëtis lat. p. 9. 12. Agentem saepissime et verbosissime de hoc operis sui decessore Horatium habes Serm. I, 4 et 10. II, 1. Qui hic a nostro improbatur versus Horatianus est I, 4, 11.; neque dubium, quin illa *tollendi* ratio sit in expungendo et reprehendendo, non in assumendo, eligendo, probando, ut censuere aliquot post Acronem et Porphyrionem VV. DD., quorum est hic etiam Gedoynus; vid. Turneb. Adverss. 15, 9. et Burm. ad h. l. Horatius, cum *lutulentus fluat* Lucilius, mirandum esse negat, si *fit quod tollere* ex eo *velis*. Quod sane judicium, ut parum memor est Qu. lectorum sibi in auctoribus (cf. 8, 4, 28.), debilitavit immutando, cum faciat dicentem Horatium „*aliquid* esse quod tollere „*possis*." Sed ipsa ea notatio veteris poetae, tanquam qui flueret *lutulentus*, movebat stomachum nostro. *Eruditionem* Lucilii maxime in praeceptis linguam spectantibus agnosces, qualia tractavimus 1, 6, 8. (et ibi *eruditissimum* appellat noster) 1, 7, 15. 19. Nec Horatius diffitetur 1, 10, 64 — 66. „fuerit Lucilius — „limatior — Quam rudis et „Graecis intacti carminis „auctor." Cf. nos ad 1, 5, 25. [Vid. Addenda.]

Digitized by Google

ratio dissentio, qui *Lucilium fluere lutulentum*, et, *esse aliquid, quod tollere possis*, putat. Nam eruditio in eo mira, et libertas, atque inde acerbitas, et abunde salis. Multo est tersior ac purus magis *Horatius*, et ad notan-
910 dos hominum mores praecipuus. Multum et verae gloriae, quamvis uno libro, *Persius*

94. *lutulentum.* Guelf. *luculenter* cum Voss. 1. *luculentum* Voss. 3. suspicor 2, nam sic Goth. (tac. Gesn.) Camp. Sed Jens. (tac. eod.) *lutulenter* cum edd. ante Ald. *Nam eruditio.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Basil. Reliqui inserunt *et.* *abunde.* Turic. Flor. (hic quidem a pr. m. et *hab.*) Camp. *abundantia* cum Alm. cf. 4, 5, 15. *Multo est.* Turic. *multum et est.* Flor. Camp. *multum etiam est.* Guelf. *Multum est* cum Alm. Voss. 3. et edd. ante Ald. Sed Goth. *multo etiam est* cum Voss. 2. Nostrum et in Voss. 1. ut quidem videtur, etsi turbante aliquid Burmanno. Mirum profecto, quod vetustissimi libri *abunde* non dant, quod sua quidem se commendat latinitate. An fuit „acerbitas et *abundantia, salis multum etiam*"? Sed ei, qui hoc probarit, docendum fuerit, quid sit *abundantia* sic per se posita, deinde defendenda affectatio structurae in ultimis istis *salis multum etiam.* Quod mox recurrit *multum*, in nostro non magnopere moror (cf. §. 42.); et amplificatio ista comparativi „*multo* tersior" nimia, fateor, mihi videtur in Quintiliano, non magno quidem Horatii admiratore. *ad notandos hominum mores.* Turic. *non labor ejus amore* cum Alm. Sed Flor. (cf. ad §. 89.) Guelf.

94. *Multum et verae gloriae.* Non uno modo accipi potest conjunctio *et*, ut vel adjungat modo Persium Horatio, vel, id quod praefero, valeat *et quidem*, haec sententia: „*multum* gloriae et quidem „*verae* gloriae." Est autem conjunctio in omnibus, quantum video, libris. — *meruit.* cf. ad §. 72. — Persium, cujus tenebrae vix poterant delectare nostrum, cur tanta laude prosequatur, nondum satis intelligo. Neque enim nunc de ipso quaero, verum de Quintiliano eum judicante. Idem quod noster de Perso sentit Martialis loco notissimo 4, 29, 7. 8. „Saepius in libro „memoratur Persius uno, „Quam levis in tota Marsus

Digitized by Google

meruit. Sunt clari hodieque, et qui olim nomi-

nisi labor ejus amore cum Goth. Voss. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. exc. Camp. qui manifesto nostram dat scripturam. Haec igitur, quam merito praetulit Regius, ubi inventam, quanquam aliquot exemplaria appellans, non testatus, nobis nunc ab editione principe sola commendatur (in qua hic quidem aliquid consulto mutatum non credo, cf. 6, 3, 47. et 9, 4, 115. ubi profecto aliquid interpretationi dedit Camp.); nisi forte fidele est illud Gibsoni in Britannicis suis silentium. „Sunt tamen, qui legant *et in scribendo labor ejus amore* „*praecipuus:* sed non procedit, de lyrico enim, in quo de „amore labor fit, paulo post dicet." Badius. Non male ille; qui *in scribendo*, i. e. describendo, *amore* junxisse videtur. Postrema ejus parum intelligo. Quid enim de *amoris labore* in paucissimis istis, quae mox sequuntur, de lyrico genere? Reliqui in vocibus *nisi — amore* agnoscunt eam sententiam, quae supra legitur 6, 3, 3. ubi nostrum locum designabat Burmannus, me quidem frustra quaerente. Poterat ea rectissime poni a Qu. agente de Cicerone suo, de Horatio nequaquam; cf. proximam notam et malignam mox ejusdem laudem, item 1, 8, 6. Quod qui spectet, erunt fortasse e Turic. scriptura „non enim labor ejus amore" i. e. tuto pronunciare possum, *non enim* cet. Nihili tamen hoc collatum ad nostrae lectionis proprietatem et veritatem et elegantiam, quae unice digna est Quintiliano nec potuit profecto sic sponte nasci. Quomodo ea lateat in illis Turicensis ductibus, difficile dictu, quanquam nec despero peritum criticum et diplomaticum hoc demonstraturum, si praesertim ad obscuratam scriptionem mature accesserit molesta corrigentis sedulitas, qui illa ex sexto libro huc obtorto collo attraxerit, nixus maxime voce *praecipuus*. *hodieque*. Camp. *hodie quoque* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Gryph. Burmannus ablegat ad Gronovii notam in Liv. 1, 26, 13. unde a Drakenborchio dimittimur ad Liv. 5, 27, 1. *nominabuntur*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *nbminabantur*. cf. 45.

„Amazonide"; ubi an Marsus sit is, de quo egimus ad 6, 3, 102. plurimis locis Martiali ob epigrammatum elegantiam laudatus, merito dubitatur.

Sunt — nominabuntur. cf. 3, 1, 21. unde hujus quoque loci interpretationem pete, si forte haeres. Neque enim dubium, quin utrobique idem testari voluerit Qu. Qui sint

Digitized by Google

nabuntur. Alterum illud etiam prius ſatirae genus, ſed non ſola carminum varietate mixtum condidit *Terentius Varro*, vir Romanorum eruditiſſimus. Plurimos hic libros et doctiſſimos compoſuit, peritiſſimus linguae Latinae, et omnis antiquitatis, et rerum Graecarum, noſtrarumque, plus tamen ſcientiae collaturus, quam eloquentiae. Iambus non 95 96

95. *etiam — ſed.* Sic libri omnes et mei et aliorum ante Ald. qui recepit Regianam emendationem *eſt et — quod*, cum omnibus reli. exc. Baſil. *eſt etiam* dare narratur Alm. me quidem incredulo, cum nihil tale ſit in Flor. (cf. §. 94.). *quod* pro *ſed*, niſi ipſe dormitavi, habet Camp. *doctiſſimos.* Guelf. *eruditiſſimos* cum Voſſ. 5. Vide permutatas ejusdem poteſtatis voces §. 86. 98. *Graecarum.* Turic. (a ſec. m.) *geſtarum.* *collaturus, quam eloquentiae.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt, cum Alm.

autem, quorum hic nomina reticeat noſter, non eſt dictu facile, ut nec altero loco quisquam divinavit. Juvenalem, cujus fere in mentem venire ſolet interpretibus, hic non intelligi, ſatis liquet, ſi vera ſunt quae diſputavimus in praef. noſtra to. I. p. 32 ſeqq. Intra ſatirae autem ſcriptores omnem hanc quae nunc ſit cenſuram coercitam eſſe, nemo attentior neget; quare nec Martialem cum Almelovenio ſignificatum credam.

95. *Alterum illud — condidit Terentius Varro.* Hanc quae eſt vetus, ſcripturam probans Geſnerus interpretatur *prius* quaſi dictum pro *praeſtantius*, cum Caſauboni ratio (de Sat. 2, 2. pag. Ramb. 199.) vocandi Varronianam Satiram *priorem*, quia Ennium auctorem habeat, Lucilio majorem, nimis diſerte pugnare videatur iis quae §. 93. dicat Fabius. Hoc quidem mihi adeo manifeſtum non ſit, nec tamen magis quam Geſnerus fido vocabulo *prius* tanquam incorrupto. Ipſe dubitat, an ex compendio *poſterius* *perius* ortum ſit. Quid ſi *proprium* fuit, ut reſpiceret Qu. ad ſignificatum illum priſtinum *ſaturae*, quo leges dicuntur rogari *per ſaturam* i. e. *miſcellae?* (Vid. Novell. 4, 1, 43.) In qua ratione *ſed* locum optime inveniret; poterat enim

Digitized by Google

ſane a Romanis celebratus eſt, ut proprium opus; quibusdam interpoſitus: cujus acerbitas in *Catullo*, *Bibaculo*, *Horatio:* quanquam illi epodos intervenire reperiatur. At Lyrico- 911

96. *opus; quibusdam.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Guelf. Reliqui inſerunt *a*. Voſſ. 3. et hoc et *quib.* omittere narratur. *Horatio* Guelf. *macro.* mire. *illi.* Guelf. *illa* cum Voſſ. 1. 3. *ille* Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſter. ante Ald. *intervenire rep.* Guelf. cum Voſſ. 1. *intervenit rep.* Turic. Flor. *interve* (cf. 115.) *non rep.*, a ſec. uterque m. *intervenire non r.* et ſic reliqui omnes ante Gryph. qui meorum primus omittit *non* de conjectura Regii, cum poſterioribus exc. Geſn. Bip. Accedunt quos in transcurſu evolvi codd. Italici *non* dantes omnes. Recte omitti ſententia non magis oſtendit quam ipſi vetuſtiſſimorum libb. ductus. Nam ſyllaba *re* hauſta a ſequentis vocabuli initio, *ni* vel ſolum *n* a librario accipiebatur *non* (cf. 10, 2, 24. et leviore etiam occaſione *non* exiſtens hic §. 98.). Argumento eſt Guelf. quoque ſcriptura. Qui vero cum Geſnero et Boettigero (ad Horat. p. 279.) tueri cupiat *non*, ei ſaltem *illis* reponendum erit pro *illi*, ut intelligantur Catullus et Bibaculus, non prior ſolus; quanquam ne ſic quidem exiſtit ſententia loco idonea. Ecce autem iterum, vel centies potius, Criſpinus Gallaeus, qui *a quibusdam — reperiatur* tanquam gloſſam proſcribit; cf. §. 4. *reperiatur.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *reperietur.* Sic 99. *referentur* uterque horum a pr. m., cum Alm. *At.* Turic. (a pr. m.)

videri mixtura iſta maxime diverſorum carminum conſociatione effecta. Caſaubonianam loci noſtri interpretationem ſequitur Dacerius in commentatione de Satira inſerta tertio Vol. Acad. Inſcriptt. probatus ille Gedoyno in verſione francogallica. De Satira Varroniana cf. 1, 4, 4. Heinrichius, Kilonienſis philologus (Explanatt. Horatian. prooem. 1808. Januar. 4.) *peregrinum* ſuadet pro *prius*, voculam *quod* librorum auctoritate confirmari putans.

96. *ut proprium opus.* Quale inter Graecos condiderunt Archilochus, Hipponax, Simonides; cf. §. 59.

quibusdam interpoſitus i. e. aliis metris mixtus eſt a quibusdam Romanis.

Bibaculo. Cf. 8, 6, 17. item Voſſ. de Poetis. De acerbitate *iambi* cf. 9, 4, 141.

quanquam — reperiatur. Cui hic intervenire epodos dici-

Digitized by Google

rum idem *Horatius* fere ſolus legi dignus. Nam et inſurgit aliquando, et plenus eſt jucunditatis et gratiae, et variis figuris et verbis feliciſſime audax. Si quendam adjicere velis, is erit *Caeſius Baſſus*, quem nuper vidimus:

a. Guelf. omittit cum Voſſ. 1. 3. Nec Locat. *An* (ut Burm. ait), ſed *At*. Illud autem Ruſc. *legi*. Guelf. *lega*. Goth. (tac. Geſn.) omittit *ſolus*. *Nam et inſ.* Guelf. omittit *et*. *figuris et verbis*. Jenſ. (tac. Geſn.) *v. e. f.* cum edd. poſter. ante Ald. *feliciſſime*. Turic. (a ſec. m.) *ferociſſime* cum Bodl. Bal. Jenſ. Tarv. *quendam*. Sic Guelf. *quidem* Turic. cum Voſſ. 1. Reliqui *quem*. An forte erat *quem tamen?* *adjicere*. Turic. *adicere* (cf. 9. 6, 19. 3, 6, 10.) Flor. *ac dicere*, a ſec. m. *addicere*.

is erit. Turic. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. omittunt *is*, Flor. (a pr. m.) utramque vocem, Jenſ. ſolum *erit*, cum edd. poſter. ante Ald. *Caeſius*. Turic. Flor. *celſius*. Tarv. Ald. *ceſſius*. *vidimus*. Flor. (a pr. m.) *videmus*.

tur, is neque Horatius eſt neque, id quod etiam alienius, Catullus; ſed intelligendus *iambus*, qui cum ſubjungit ſibi epodon, jam non purus eſt. et videtur alius ab eo, quod proprium appellatum erat opus. Epodos, minor verſus accedens alteri, invento Archilochi narratur frequentari coeptus; vid. Hephaeſt. p. 70. Terent. Maur. p. Putſch. 2422.

inſurgit aliquando. Maligne hujusmodi laudem Horatii multi indignati non tamen eo pervenerunt ineptiarum, ut cum C. Barthio pro *aliquando* reponi vellent *aquilae modo*. Neque ego Burmanno accedam geminanti ſua interpretatione adverbium quaſi partite poſitum „aliquando inſurgit, aliquando „jucunditatis plenus eſt“: ſic enim Graecorum virtutes, quorum Pindarus, Alcaeus, Steſichorus ſublimitate, lenitate et jucunditate Anacreon Simonidesque praeſtiterint, ab Horatio conſociatas hic commendari. Quod vereor ne ſit ambitioſius pro Horatio interpretari.

verbis. Fateor parum plenam mihi videri hanc orationem, quae ſic ſimpliciter *verba* ponit, nullo comitante appoſito; nam huc quoque *variis* trahere, etiam magis jejunum. Suſpicor autem, *varius* reponendum eſſe pro *variis*.

quendam. v. not. crit.

Caeſius Baſſus. Hic eodem, quo et Plinius major, Veſuvii

Digitized by Google

ſed eum longe praecedunt ingenia viventium.
97 Tragoediae ſcriptores veterum *Accius* atque 912
Pacuvius clariſſimi gravitate ſententiarum, verborum pondere, auctoritate perſonarum. Ceterum nitor, et ſumma in excolendis operibus manus, magis videri poteſt temporibus, quam ipſis defuiſſe. Virium tamen Accio plus tribuitur: Pacuvium videri doctiorem, qui
98 eſſe docti affectant, volunt. Jam *Varii Thye-*

97. *veterum.* Sic Flor. cum Alm. (cf. 95.) Gryph. (1536.) Baſil. Sed Guelf. *Verum.* Reliqui omittunt, quorum et Turic. eſſe miror. *clariſſimi.* Turic. Flor. *graviſſimus.* *verborum.* Camp. *verborumque* cum Goth. et edd. ante Baſil. acc. Gryph. *pondere, auctoritate.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Tarv. Reliqui inſerunt *et.* *manus.* Turic. *manu.* Guelf. *magnis.* Hoc quidem pro *magis* dare narrantur Voſſ. 1. 3. *videri doctiorem.* Guelf. *vendicare d.* cum marg. Baſil. Ex Voſſ. 1. 3. *venderet doctiorem.*

98. *Varii Thyeſtes cuilibet.* Flor. *variis tuo teſtis c.* Guelf. *Varrus c.* Goth. (tac. Geſn.) *varus c.* cum Vall. Voſſ. 1. 2. 3. Colbert. Baſil. et aliquot Burmanni; cf. 3, 8, 45.

incendio periit, teſte Probo apud Scholiaſten Perſii. Apparet congruentia temporum. Perſius ſextam ei inſcripſit ſatirarum ſuarum.

longe — viventium. Miror, ſi eum quem ſolum Horatio adjicere poſſis „longe prae„cedunt ingenia viventium". Videbantur ne ipſa quidem digna, quae cognoſcerentur, cum Horatius „ſolus legi „dignus" eſſet. Horum quidem aliquem, qui Quintiliano obverſaretur, Statium fuiſſe ſuſpicor, cujus in Silvis ſunt Lyrica.

97. *veterum.* Reſpicit hoc ad illud, quod mox eſt in Vario et Ovidio *Jam*, et in ſubſequentibus, *quos viderim.* Cf. 1, 8, 8.

Accio — Pacuvium. Horat. Epiſt. 2, 1, 55. „— aufert „Pacuvius *docti* famam ſenis, „*Accius alti.*" De Pacuvio idem ſententem vid. Cic. Orat. 11. init.

Digitized by Google

ſtes cuilibet Graecarum comparari poteſt. *Ovidii Medea* videtur mihi oſtendere, quantum ille vir praeſtare potuerit, ſi ingenio ſuo temperare quam indulgere maluiſſet. Eorum quos viderim, longe princeps *Pomponius Secundus*, quem ſenes parum tragicum putabant,
915 eruditione ac nitore praeſtare confitebantur.

Graecarum. Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. probante jam, nec recipiente Burmanno, qui recte vulgatam repetit inde, quod *Jam Varus* fuerit in quibusdam codd. Sic enim ſcribendum in Burmanni nota, pro *Jam Variis*, quod ſphalma non debebat propagare corrector ille Capper. Reliqui *Graecorum.* *poteſt.* Guelf. *valet* cum Voſſ. 2. cf. §. 95. Sic et mox 102. Voſſ. 1. *nominaſſe* pro *dixiſſe*, quanquam ſine ſenſu. *illa vir.* Sic Turic. Camp. Reliqui *v. i.* *temperare — indulgere.* Turic. *operari — indulgere.* Offecit *o* praecedens verbo *temperare*, mox iſtud *operari* formae *indulgere.* Alm. *operum — i.* Baſil. *imperare — i.* quod aliquatenus tuetur Burm. ad partes vocato Senecae patris loco Controv. l. 2. praef. „Nemo (Latrone) „plus ingenio ſuo *imperavit*, nemo plus *indulſit*“ hinc alieno.

ſenes parum tragicum. Turic. *ſ. quem p. tradicum*, a ſec. m. *ſ. pindarum traicum*, et *Pindarum* quidem Jenſ. Tarv. Invenit et procuravit monſtrum jam Regius. *ſ. non p.* Guelf. cum Voſſ. 3. Equidem pro illo Turic. *quem* repoſuerim *quidem*; cf. 96.

98. *Ovidii Medea.* Cf. 8, 5, 6. De hoc ſibi nimium indulgente cf. §. 88.

Pomponius Secundus. Cf. 8, 3, 32. Quos ſe vel alios *vidiſſe*, eos horum pueritiam vel adoleſcentiam vivendo attigiſſe ſignificat, ut modo §. 96. 118. 3, 1, 18. Sic et „qui a nobis *auditus eſt*“ 102. *Senes* igitur tum, cum ipſe juvenis eſſet Qu., faventes illi veteribus ſuis et animati fere ut ii, quos redarguendos ſibi ſumit Horatii epiſtola ſecundi libri prima, „parum tragicum“ eſſe judicabant Pomponium, quippe qui nimium concederet nitori cuidam novitio. Horatius item comparandus mox in Comicis judicandis, ut et Gellius 15, 24. Ad *ſenes parum* cf. not. crit.

Digitized by Google

99 In comoedia maxime claudicamus; licet Varro *Muſas*, Aelii Stilonis ſententia, *Plautino* dicat *ſermone locuturas fuiſſe, ſi Latine loqui vellent;* licet *Caecilium* veteres laudibus ferant; licet *Terentii ſcripta* ad Scipionem Africanum referantur: quae tamen ſunt in hoc genere elegantiſſima, et plus adhuc habitura gratiae, ſi intra verſus trimetros ſtetiſſent.
100 Vix levem conſequimur umbram, adeo ut

99. *Varro Muſas.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. exc. Baſil. acc. Roll. Reliqui hic inſerunt *dicat*, quod nos cum illis infra poſt *Plautino*. Quae ratio (agnita illa, niſi dormitavi, a Guelf. ipſo) facilior ſane et minus implicita. *Muſas, Aelii Stilonis ſententia.* Turic. *muſa ſepi ſtilonis ſ.*, a ſec. m. *muſas epiſtilonis ſententiae.* Flor. *m. epiſtilonis ſ.* Guelf. *m. eliſtolionis ſ.* Camp. *m. Epiſtolonis ſ.* et ſic Goth. Jenſ. (err. Geſn.) cum edd. ante Baſil. niſi quod excuſi plerique *Aep.*, Ald. autem diremtim *Epi Stol.* Litteram I *Stiloni* poſt Hadr. Junium hoc docentem primus dedit Burm. Ex Voſſ. 3. afferunt *Eliſtilonis.* Burmannus malit *ex Aelii St. ſententia.* Remanent tamen in vulgata ipſa ambages, et malis: *V. ex Ae. St. ſ. Muſas P. dicat ſ.* E noſtra certe morosior aliquis poſſit eruere, Varronem dixiſſe, Muſas ſententias quidem ab Aelio Stilone, ſermonem a Plauto mutuaturas. Nemo tamen, opinor, dixit: *ſententia alicujus loqui* pro eo: *cogitata et ſenſa ejus proloqui.* Turic. (a pr. m.) *locutura.* *Terentii.* Flor. *ferenti.* *tamen.* Turic. (a pr. m.) *tam.*

100. *levem.* Turic. *legem*, a ſec. m. *legem gentes.* Flor. *lenem.*

99. *Aelii Stilonis.* cf. 1, 5, 61. Sed et hic not. crit.

plus — intra verſus trimetros. An tuo labori parcebas ita judicando, Fabi? Ariſtophanem ad tam ſimplicem numerum aſtringere noluiſſes puto. Sed hunc fortaſſe tam Menandro, quam Sophoclem Euripidi poſtponebat noſter, oratori formando ſcilicet intentus. Noſtri judicium prorſus improbat Bentlejus in ſchediaſmate de metris Terentianis. — De *Scipione*, cui Terentiana aſcripta fuerint, cf. Sueton. in vita Terentii.

Digitized by Google

mihi sermo ipse Romanus non recipere videatur illam solis concessam Atticis venerem, quando eam ne Graeci quidem in alio genere linguae obtinuerint. Togatis excellit *Afranius*, utinamque non inquinasset argumenta puerorum foedis amoribus, mores suos fassus. At non historia cesserim Graecis, nec oppo- 101

quando. Turic. Camp. *quoniam.* Flor. *quum.* Goth. Jens. (tac. Gesn.) *cum* cum edd. ante Ald. An fuit antiquitus *quoniam* sine *eam?* *obtinuerint.* Guelf. *obtinuerunt.* Placet: sed solus. Idem *linguae* omittit, pro quo Flor. *linguae quae.* *Afranius.* Turic. *africanus.* *utinamque.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *utinam.* cf. 6, 3, 5. 9, 3, 1.

101. *non historia.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. Tarv. Transposuit Regius, quem secuti recentiores omnes. Nostrum acrius est in negatione, velut illud Virgilii Georg. 4, 530. *At non Cyrene*, quanquam ibi desit verbum. *cesserim.* Alm. omittit; nec aliter Turic. quantum notantem capio Ulricum V. C. Sed manifesto *cesserit* Flor. (cf. 97.) cum reliquis omnibus. Nos primi expressimus emendationem Burmanni „ut sint jactantis Fabii „verba, qui antea fassus erat, *claudicare* Romanos in comoe„dia. et hoc convenit sequenti *verear.*" Rectus casus *historia*, qui est in vulgata, et improprius est et languet. Vide tamen, an reponendum fuerit *cesserimus.* cf. 86. item 10, 7, 29. ubi Guelf. *fecerim* pro *fecerimus.*

100. *obtinuerint*, v. not. crit.

mores suos fassus. Cf. Auson. Epigr. 72, 4. Agnoscо hic frugi hominem rhetorem nostrum, nec adeo me deliciae artis capiunt, ut, quod hodie solent plerique, indigner testantem sensus suos et aliquid virtuti concedentem. Idem optimus Gesnerus et hic fecit et, quo ablegat, ad Plin. Epist. 4, 27, 4., acri nec infacunda oratione exagitans nimiam hujusmodi sordium patientiam. Similis apud Boiavium Renierii reprehensio in A. P. l. 2. — De *Afranio* cf. Rutgers. Var. Lectt. 4, 19.

Digitized by Google

nere Thucydidi *Salluſtium* verear: neque indignetur ſibi Herodotus aequari *T. Livium*, 914
cum in narrando mirae jucunditatis, clariſſimique candoris, tum in concionibus, ſupra quam enarrari poteſt, eloquentem: ita quae dicuntur omnia, cum rebus, tum perſonis, accommodata ſunt: affectus quidem, praecipue eos, qui ſunt dulciores, ut parciſſime dicam, nemo hiſtoricorum commendavit ma-

neque ind. — aequari. Turic. *ne i. ſ. hero doctis* (a ſec. m. *dotis*) *ae.* Camp. *neque i. H. equari ſibi*, cujus ordo ſane placet, et ſimilem ſuaſerat Regius *n. i. H. ſibi ae.*, cui nonniſi Ald. et Colin. auſcultarunt, teſte Burm. adde Bad. *neque* e Goth. (tac. Geſn.) et Camp. aſſumſimus; reliqui *nec.* *clariſſimique candoris.* Guelf. omittit. *enarrari.* Guelf. *narrari* cum Voſſ. 3. Steph. Colin.; male. *ita quae dic.* Sic Turic. Guelf. cum Voſſ. 3. *itaque d.* Flor. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 2. cum edd. ante Ald. acc. Baſil. Reliqui *ita d.*, corrigente Regio.

cum rebus. Turic. *cum in rebus.* *ſunt.* Sic Turic. Flor. (a pr. m. uterq.) cum Alm. Reliqui *ſed.* Pro *accommodata* Turic. *accommoda.* Flor. (a pr. m.) *adcommoda.*

quidem, praec. Guelf. inſerit *et*, non male. Noſtras voces cum *eos* omittit Goth.

101. *clariſſimique candoris.* Cf. 32. et nos ad 2, 5, 19. Sed video exortum noſtrae rationi novum adverſarium Wyttenbachium, qui *candorem* malit ad animi ſinceritatem ac benevolentiam referri (Bibl. Crit. III, 4. p. 29.). Hoc, opinor, dedit ſuae de Patavinitate Livio exprobratae ſententiae; et vellem noſtras rationes attigiſſet et convelliſſet. Nunc eas teneo.

ſupra quam enarrari poteſt. Plane pro *inenarrabiliter*, quod eſt apud Liv. 41, 15, 2. cf. 6, 3, 6.

commendavit. Fateor me haerere in voce. Quod hic maxime expectabas, quodque reddidit Gedoynus, *tractavit*, ineſſe non puto; niſi forte eſt pro „*approbavit* ſuis lectori„bus." Nam *ornavit*, *amabiles reddidit* non ſufficit.

Digitized by Google

gis. Ideoque immortalem illam Salluſtii velo- 102
citatem diverſis virtutibus conſecutus eſt. Nam mihi egregie dixiſſe videtur *Servilius Nonianus*, pares eos magis, quam ſimiles: qui et ipſe a nobis auditus eſt, elati vir inge-

102. *illam.* Turic. Flor. (hic a pr. m., ſed reponit ante *immort.* quo loco et Guelf. habet) omittunt, cum Alm. Suſpicor hauſtum a praecedentis extremis. *Salluſtii.* Turic. (a ſec. m.) Camp. *Salluſtius* cum Jenſ. Tarv. Correxit Regius. *velocitatem.* Turic. (a ſec. m.) *civilitatem.* *Servilius Nonianus.* Guelf. *Virgilius* (cf. ad 8, 3, 33.) *Novianus*, et ſic in ſec. nomine Jenſ. cum edd. poſter. ante Burm. *S. Nomanus* Goth. (err. Geſn.) cum Voſſ. 2. *S. Nomianus* Camp. Noſtrum et Vall. et vetuſtiſſimi. *elati vir ingenii.* Turic. Flor. *clarius ingenii.* Ille a ſec. m. *clarus ingenio*, et ſic Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Colb. et edd. ante Baſil. *Claret v. i.* Guelf. Ex Voſſ. 3. affertur *daret v. i.* Goth. *elatus ingenio*, in quo, niſi poſt Geſn. et ipſe connivi, verae demum ſcripturae ſemina ſervantur. Quis enim „*clarum* ingenium“ dixit, niſi forte ipſum hominem ſignificaret, cujus eſſet ingenium, ut 119. *Elatum*, quod idem eſt ac *ſublatum* i. e. amplum, ſublime, poterant optime ii, qui *ſublatius* vel *elatius* dicere opponunt ei, quod eſt *preſſius* et *tenuius*. Quod faciunt Cicero et Pli-

102. *velocitatem.* Cf. 4, 2, 107. Animadvertendum autem ſumma hic proprietate poſitam vocem ſubjecto *conſequendi* verbo. Et hoc quidem unusquisque ſentiet non dici nunc pro *habendo*, *acquirendo*, ſed eſſe *penſare*, praecurrentem ita conſequi, ut non ſit potior ipſo qui ſequebatur; quo nomine „*diverſae* virtutes“ aptiſſime dicuntur. De *conſequendo* cf. 10, 2, 7. *Immortalem* ad §. 86. 10, 2, 18.

Servilius Nonianus. Homo et morum et ingenii fama florens, qui Romanis rebus tradendis inclaruit, poſtquam diu foro celeber fuerat. Verbis utor Taciti Annal. 14, 19. cf. Dial. de Oratt. 23. Plin. Epiſt. 1, 13, 3. Hunc ut patrem coluit Perſius; vid. Suet. in vita. Ejus in ſepulcro in via Appia nuper effoſſa ſtatua, conſulari habitu, cura Canovae, eximii ſculptoris optimique viri.

elati vir ingenii; vid. not. crit.

Digitized by Google

nii, et ſententiis creber, ſed minus preſſus,
103 quam hiſtoriae auctoritas poſtulat. Quam,
paulum aetate praecedens eum *Baſſius Aufi-*
dius, egregie, utique in libris belli Germa-
nici, praeſtitit, genere ipſo probabilis in om-
nibus, ſed in quibusdam ſuis ipſe viribus
104 minor. Supereſt adhuc, et exornat aetatis
noſtrae gloriam, vir ſeculorum memoria dig-

nius minor. Cf. 6, 2, 19. et hic 104. „*elatum* — ſpiritum,“ it. 44. „*elatior* ingenii vis,“ ubi Goth. Voſſ. 2. *clarior* pro *elatior*. Etiam 129. *claras ſententiae* poſſint videri eſſe potius *elatae*; neque tamen opus mutatione; cf. §. 46. Noſtrum itaque hic repoſui. *creber*. Turic. Flor. *crebor*; a ſec. m. uterque *crebrior*, et ſic Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Colb. et edd. ante Baſil. *preſſus*. Turic. (a ſec. m.) Camp. *expreſſus* cum Bodl. Pariſ. (1542.) Colin. *poſtulat* Guelf. omittit cum Voſſ. 1. 3.

103. *Quam*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *quia*. Guelf. *Quem* cum Voſſ. 1. 3. *praecedens*. Turic. *pendens*. *Aufidius*. Guelf. *Aſſiduus*. ex Voſſ. 3. *Aſſidius*. *ſed in*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt. *ſuis ipſe*. Turic. Flor. *vis ipſe*. Guelf. *ipſe* omittit cum Voſſ. 3. Utrumque omittit Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil.

104. *Supereſt*. Turic. *ſuper ejus*, a ſec. m. *ſermone ſuperior ejus*. *adhuc, et*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ad hoc*, omiſſo *et*. *memoria*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *memoriae*.

ſententiis creber; cf. 68.

preſſus; cf. 4, 2, 117.

103. *Baſſius Aufidius*. Ab hujus (hiſtoriarum) fine avunculum ſuum rerum geſtarum libros condidiſſe XXXI, narrat Plinius minor Epiſt. 3, 5, 6. Lecti erant hi Aufidii libri jam Senecae patri, elogia Ciceronis inde haud dubie proferenti in Suaſoria VI. Quare illum, cujus, quanquam ſenis admodum, multa cum laude meminit L. Seneca Epiſt. XXX. filium illius fuiſſe, ſuſpicantur Lipſius et Gerh. Jo. Voſſius (de Hiſtoricis Lat. I, 22.).

104. *Supereſt adhuc — vir ſeculorum memoria dignus*. „Illa Quinctiliani fortaſſe ad „Tacitum referuntur. Ambigo „ideo, quia haec vivo Domi„tiano Fabius ſcripſiſſe vide-

Digitized by Google

nus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur.

„tur. Atqui noſter tunc, ut „opinor, nil vulgaverat.“ Lipſius in teſtimoniorum de Tacito recenſione. Plinium majorem ſignificari cum aliis putat et defendit Geſnerus. Burmannus (quae et Gedoyni ſententia) neutrum intelligendum cenſet, idemque ſuſpicatur in iſto *rem* vel *remitti* (cf. nott. crit.) latere nomen alicujus hiſtorici. „Nam haec „verba,“ inquit, „neceſſe eſt „capere de aliquo, qui hiſto„riam ſuam, antequam ederet, „recitavit; quae cum liber„rime eſſet ſcripta, fuere „quaedam quae dixerat cir„cumciſa, et ita libertas ei „nocuit.“ Plinium quidem, quidquid ad commendandum talem loci intellectum eruere ſibi videtur Geſnerus e Pliniana, quam modo indicavi, epiſtola, manifeſto arcet temporum ratio, cum nimis incredibile ſit, haec a Qu. ſcripta jam fuiſſe ante Domitiani imperium (cum Tito imperante Plinius perierit), illo autem rerum potiente retractata modo atque edita. Sic enim hanc difficultatem amoliri conatur Geſn. Quidquid nobis offertur in hisce Inſtitutionum libris, quanquam meditatum diu et probatum a maturo ſcribentis ingenio, ſpeciem tamen habet ſponte et illico naſcentis, non praeparati, operisve tanquam ex pridem artificioſe politis edolatisque fruſtis compoſiti et teſſellati. Nec poterat ferri talis commemoratio, velut viventis, quam nulli certo homini eſſet aſſignaturus vel peritiſſimus lector, cum praeſertim *intelligi* eum, quem nunc quidem non nominet, tam confidenter dicat ſcriptor. Id quoque excludi videtur his tam effuſis ſcriptoris laudibus, intercidiſſe temporum injuria et nomen et famam ejus, quem hic commendarit noſter. Aliqua tanti ingenii memoria ad nos quoque erat perventura, ſi maxime ſcripta ſublata eſſent. In illo *intelligendi* verbo cf. 6, 3, 38. Tacitum autem quo minus hic inveniamus, multa ſane poſſunt vetare; quorum tamen illud, quod a tempore editi ab eo operis repetitur, argumentum ſatis infirmatur, ſi, id quod Burm. monet, recitantem inter amicos quae nondum vulgaverit fingamus. Quales non ſolis poetis et oratoribus conſuetas fuiſſe recitationes nemo dubitaverit; cf. in Servilio Noniano Plin. Epiſt. 1, 13. l. c. Suetom. Claud. 41. Remanet ſcrupulus, quod ipſa illa Taciti libertas Domitiano maxime timenda erat, nec videtur eo ſuperſtite a tam obnoxio cultore cum ulla laude potuiſſe commemorari. Etiam hoc

Digitized by Google

Habet amatores, nec imitatores; ut libertas, quanquam circumcisis quae dixisset, ei

Habet. Turic. *habent.* *imitatores; ut.* Turic. *immerito remittit.* Flor. (a pr. m.) *immerito remuti.* Ex Alm. affertur *immerito remitti.* Ex Voss. 1. *immeritorem ut.* Ex Voss. 3. *immeritores ut.* Guelf. *imitatores uti*, et sic Flor. (a sec. m.) Camp. — et *uti* Goth. quoque (tac. Gesn.) cum Voss. 2. — *immerito ut* Bodl. Ald. item marg. Basil. (unde per errorem refert Burm. *H. imitatores nec immerito*) et Gryph. cum aliquot apud Burm. *ei.* Turic. Flor.

assensum cohibet, quod ampliora fere sunt, quae hic in hominem congeruntur encomia, quam quae cadant in aliquem conditionis et ordinis ejus, cujus fuit Tacitus. Dicas principis domum contingere eum vel magna rerum gestarum gloria florere, quem sic laudat noster. Alioqui tempora belle congruunt, cum ex Dodwellianis rationibus scribendi hujus libri Quintilianei annus incidat in quartum et trigesimum vitae Taciti. Si quis lentam illam et fere timidam dicendi rationem, quam maxime probat Fabius, abhorruisse judicet a vehementia et novitate Taciti, eum recordari velim, insignem in aliquo genere, quamvis improbato, praestantiam vix repudiari ab intelligentissimo pulchrique et honesti studiosissimo judice, qualem nemo neget nostrum. Praeterea, quanquam rei manifesta non reperio testimonia, nihil habet alienum a veri similitudine, disciplina quoque Quintilianea fuisse usum Tacitum, cui cum Plinio Fabii discipulo familiaritatem intercessisse novimus. Saltem conciliatum magistri animum et generosis quibusdam vitiis minus infensum mihi fingo in eo, quem fortasse Plinius commendarit. Cum primum autem victum esset illud periculosae eloquentiae odium, non poterat non vehementer amplecti et admirari noster impressas ingenio Corneliano altissimae sapientiae et magni animi notas. Sic equidem quo magis hunc scriptoris mei locum animo revolvo, tanto facilius in eam concedo sententiam, ut Tacitum hic quasi posteris promissum et annunciatum putem. Multum tamen abest, ut verba ipsa Quintiliani recte planeque interpretari mihi videar, qui ne sana quidem aut emendata hic omnia censeam.

Habet amatores — nocuerit. Mirum dictu est, quam insolita etsi diversa ratione verba *ut — nocuerit* in hoc

Digitized by Google

nocuerit. Sed elatum abunde ſpiritum, et audaces ſententias deprehendas etiam in iis,

(hic a pr. m.) *vel.* Ex Alm. affertur *illa.* In hoc et in illo *ati* latere aliquid ſuſpicor. [Vid. Addenda.] *nocuerit.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *nocuerat* cum Voſſ. 1. 2. 3.

Sed elatum. Turic. Flor. *ſe latum.* Hic a ſec. m. *ſe elatum.* Camp. *ſed latum.* *et audaces.* Turic. Flor. *ut a.* Hujus quidem ſecundam manum non ſatis agnoſco, et fortaſſe nil niſi recepta. *deprehendas.* Turic. Flor. *deprehendenda ſed jam in his;* a ſec. m. uterque *deprehendendas,* Flor.

loco acceperint Badius et Burmannus; et Geſnerus magis etiam inſperata affert. Badius *ut* idem eſſe ait ac *poſtquam.* Burmannus, hoc improbans, particulam interpretatur *quamvis* „quamvis „libertas ei nocuerit.“ Annon ſentiebat huic rationi obſtare „*quanquam* circumciſis“? Nam omittere ſe id vocabulum nusquam dicit. Et quomodo credibile erat „eum, „cui libertas nocuerit, habi„turum imitatores“? Geſnerus ita ordinat ſententias: „Scri„ptor hic a Qu. laudatus nul„lum habet imitatorem, ut „nec ipſa libertas habet imi„tatorem, quanquam huic „libertati, circumcidendo no„cuit.“ Quanquam enim non his ipſis verbis interpretationem profert, quae ſi ponere voluiſſet, ipſe eam rejecturus erat, eo tamen res redit. Adeone, quod in promtu eſt, Latine doctiſſimos viros non vidiſſe! Nempe Gedoynus non ignoravit, *ut* — *nocuerit* eſſe frequentatiſſimam illam appendiculam, in qua ante *ut* ſubauditur *ita:* „l'amour de „la vérité lui ayant été fatal“. Ego tamen et in eo haereo, quod nocuiſſe dicitur libertas ei, cui amatores quidem dederit, ſed imitatores abſtulerit; nec omnia haec manifeſto fio praeſtat vetuſtiſſima ſcriptura. Ex ea quidem *imitatorem* magis eruas quam pluralem; quo tamen ipſo non multum proficimus. Paulo clarius videbatur, ſi transponeretur: *H. imitatores nec amatorem:* volunt multi ſimiles videri tanto ingenio, ſed eidem laudes debitas invident; tantum nocuit ei, quod multos, libere vitia notando, laeſit. Sed quo ablegat Geſnerus §. 126. geminam nimis oſtendit orationem, quam ut hic quidquam ſolicites. Fateor tamen, me mihi non ſatisfacere in hisce. Rollinus ſumit, Tacitum multa tunc e ſcriptis ſuis metu temporum detraxiſſe, quae poſtea reſtituta ſint. [Vid. Addenda.]

Digitized by Google

quae manent. Sunt et alii ſcriptores boni: ſed nos genera deguſtamus, non bibliothecas
105 excutimus. Oratores vero vel praecipue Latinam eloquentiam parem facere Graecae poſſint. Nam *Ciceronem* cuicunque eorum fortiter oppoſuerim. Nec ignoro, quantam mihi concitem pugnam, cum praeſertim non ſit id propoſiti, ut eum *Demoſthenem* comparem hoc tempore: neque enim attinet, cum Demoſthenem imprimis legendum, vel ediſcendum

ſolus *etiam*, alter ibi relinquit priorem. *Sunt et alii.* Turic. (a pr. m.) *ſue et alie.* *non bibliothecas.* Jenſ. (non Camp.) omittit *non* cum edd. ante Ald. Correxit Regius; cf. 9, 2, 105. 9, 3, 12. Iidem mox male interponunt poſt *parem*.

105. *poſſint.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. Reliqui *poſſunt.* *eorum.* Tutic. Flor. (hic a pr. m.) *forum*, cum Alm. Ille a ſec. m. *foro.* *non ſit id,* Hoc ordine Flor. *n. i. ſ.* Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Reliqui *i. n. ſ.* quorum et Turic. videtur.

ſcriptores. Hoc nomen, ſicut συγγραφεῖς apud Graecos, hiſtoricos maxime ſignificat. Vetuſtiſſimos autem Caelium, Siſennam, alioqui ſibi memoratos, hic recenſere noluit.

105. *parem facere.* Hoc, niſi fallor, conſulto aſſumſit e vocabulis rationum ſubducendarum. Cf. nos ad 6, 3, 95.

eorum. Facile hoc per ſyneſin promitur ex eo quod erat „Latinam *el.* parem fa„cere *Graecae*“, ut non opus ſit corrigere cum Francio *Graecorum* (cf. 9, 2, 79.). De *fortiter* v. 1, 5, 72.

cum praeſertim — comparem. H. e. „Gratis videor „ſuſcipere tantas lites, quales „tum demum ſuſtinere co„gerer, ſi propoſitum operis „mihi eſſet, quod a multis „fit, ut Dem. cum Cic. com„pararem. Et facilius tum „poteram, velut in legitima „concertatione, impetum ho„rum, qui hoc pro piaculo „abominantur, repellere.“ Haec monui, ut ſatisfacerem Geſnero, haerere ſe fatenti, qui hoc minuat augeatve pugnam, ſi compares, vel non compares. Genitivum *propoſiti* cf. ad 7, 1, 59.

Digitized by Google

potius putem. Quorum ego virtutes pleras- 106
que arbitror ſimiles, conſilium, ordinem dividendi, praeparandi, probandi rationem, denique, quae ſunt inventionis. In eloquendo eſt aliqua diverſitas: denſior ille, hic copioſior; ille concludit aſtrictius, hic latius; pugnat ille acumine ſemper, hic frequenter et pondere; illi nihil detrahi poteſt, huic nihil adjici; curae plus in illo, in hoc naturae. Salibus certe, et commiſeratione, qui duo plu- 107
rimum affectus valent, vincimus. Et fortaſſe epilogos illi mos civitatis abſtulerit: ſed et nobis illa, quae Attici mirantur, diverſa Latini ſermonis ratio minus permiſerit. In

106. *dividendi.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *videndi* cum Goth. Voſſ. 2. 3. et edd. ante Ald. *probandi rationem.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *probandi rationi.* Ille a ſec. m. *probandae rationi.* Camp. *probandae rationis.*

rat. denique. Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. Reliqui inſerunt *omnia.* *aſtrictius.* Turic. *adſtructii,* a ſec. manu *adſtrictum.* *illi — huic.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *illic — hic.*

107. *qui — affectus.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *q. — adfectibus* cum Alm. Ille a sec. m. *quae — in affectibus,* et ſic Obr. *quae — affectus* Camp. *Latini ſermonis.* Turic. *l. ſermoni,* a ſec. m. *latino ſermoni.* Guelf. *nominis l.* (ſed et *diverſi*) cum Voſſ. 1. 3. *latinis ſermonis* Goth. (tac. Geſn.)

106. *et pondere.* Comparat Burmannus 9, 1, 20. ubi tamen cum reprehenſione ponitur, quod hic ſecus eſt.

huic nihil adjici. cf. 6, 3, 5. 12, 1, 20.

107. *qui duo — affectus.* In joco quoque *affectum* eſſe vidimus libri 6 capite 3, quanquam diſerte quidem non inditur hoc nominis.

vincimus. cf. 86. De *ſalibus* cf. 6, 3, 2.

mos civitatis. cf. 2, 16, 4.

et nobis. Conjunctio *et* hic fere vim habet vocis *viciſſim.* In iſtis *diverſa — ratio* cf. 100.

Digitized by Google

epiſtolis quidem, quanquam ſunt utriusque, dialogisve, quibus nihil ille, nulla contentio
108 eſt. Cedendum vero in hoc quidem, quod 916
ille et prior fuit, et ex magna parte Ciceronem, quantus eſt, fecit. Nam mihi videtur M. Tullius, cum ſe totum ad imitationem Graecorum contuliſſet, effinxiſſe vim Demoſthenis, copiam Platonis, jucunditatem Iſocra-
109 tis. Nec vero quod in quoque optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tantum, ſed plurimas,

quanquam ſunt. Goth. (tac. Geſn.) *q. ſint.* *dialogisve — ille.* Turic. Flor. *dialogi ſui quibus nihil illi.* Ex Alm. affertur *dialogiſmi quibus nihil illi.* Obr. nihil dat niſi *dialogisve,* profecto ex Argentoratenſi. Reliqui haec omnia omittunt. Apparet repoſuiſſe nos e conjectura *ille.*

108. *quidem.* Turic. *quod*; a ſec. manu omittit; et ſic Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil.

ille et. Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt *ille,* cum Goth. Voſſ. 1. *et ille* Jenſ. (tac, Geſn.) cum edd. ante Stoer.

fecit. Sic et Turic. Flor. cum nec ullus praeter Leid. *facit* (err. Harlete) quem per ſphalma expreſſit Burm. editio; exprobrante immodeſte Capper. vide Epiſt. Burm. p. 56.

Iſocratis. Turic. Flor. *Socratis* cum Bern.

109. *quoque.* Guelf. *quocunque.* E Voſſ. 1. affertur

dialogisve, quibus nihil ille. Spectat ad libros Ciceronis de Oratore, Brutum, item de philoſophia agentes, in quibus eſt familiarium inter ſe confabulatio, cuiusmodi nihil ſcripſit Demoſthenes. Orationem vero hic ego non praeſtem, neque exemplis ſimilibus illuſtrem. Saltem *in* inſeram ante *quibus,* ut ſubaudiatur *effecit, protulit.* Niſi forte *ſimile* reponas ante *ille.*

nulla contentio eſt. Tantum praeſtat Cicero. Demoſthenis quidem epiſtolae pauciſſimae, numero ſex, et de publicis negotiis ſcriptae ad ſenatum pleraeque, ut ne potuerint quidem tam varias formas induere, totque ſententias ad ſcientiam rerum humanarum divinarumque pertinentes tractare. In epiſtolis Ciceronianis viciſſim totus homo cernitur, isque Cicero, agilis mente neque ullius non virtutis ut artis capax.

Digitized by Google

vel potius omnes ex se ipso virtutes extulit immortalis ingenii beatissimâ ubertate. Non enim *pluvias*, ut ait Pindarus, *aquas colligit; sed vivo gurgite exundat*, dono quodam providentiae genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur. Nam quis docere dili- 110
gentius, movere vehementius potest? Cui tanta unquam jucunditas affuit? Ipsa illa, quae extorquet, impetrare eum credas, et,

quoquam. *omnes.* Turic. Flor. Camp. omittunt cum Alm. Sed Flor. (a sec. manu) *f. vel plurimas potius ex se.* Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *f. vel pl. p. omnes ex se.* Locat. *f. v. p. ac p. o. e. f.* cum edd. posterr. ante Ald. jubente Regio. Nostrum et Vall. *extulit.* Guelf. omittit cum Voss. 1.

ubertate. Turic. Flor. Guelf. Camp. *ubertas* cum Alm. Bodl. Joann. Voss. 1. 2. (? an forte 3? neque enim Goth. cf. 91. item 10, 2, 17.) Bern. et edd. ante Gryph. exc. Bad. Nostrum dant et Goth. Vall. Si *ipsa* esset in MSS. praeferrem alteram scripturam. *pluvias.* Goth. (tac. Gesn.) *ut pluviales.* Camp. *plurimas.* *ait Pindarus.* Flor. (a pr. manu) *ad pindoras.* *aquas.* Camp. *aliquis.*

vires suas. Turic. al. (cf. §. 24. item 10, 7, 14.) *curas f.* Flor. *alias vires f.* Guelf. *virtutes f.* cum Bern. Jens. eoque posterr. ante Ald. Burmannus hunc e glossemate errorem repetit (quo hinc ablegat) ad 2, 1, 5. in quo loco Obr. *virtus* pro *vis*, citatis Servio ad Aeneid. 1, 169. et Schol. ad Hor. Carm. 3, 4, 66. Turicensem scripturam natam suspicor ex nota critica ad *vires* apposita: „alii *curas.*"

110. *Cui tanta.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *alicui quanquam.* Suspicor fuisse *aut cui.* *affuit? Ipsa.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. manu) cum Alm. Jens. et posterr. ante Ald. Reliqui inserunt *ut.* *Ipsa — eum.* Turic.

109. *ut ait Pindarus.* Neque extant haec hodie in carminibus Pindari, neque dum recepta sunt in fragmentorum collectionem; indicata tamen ab Heynio in Indice auctorum fragmentis subjecto.

110. *Cui tanta.* cf. not. crit.

Digitized by Google

cum transverſum vi ſua judicem ferat, tamen
111 ille non rapi videatur, ſed ſequi. Jam in omnibus, quae dicit, tanta auctoritas ineſt, ut diſſentire pudeat: nec advocati ſtudium, ſed teſtis aut judicis afferat fidem; cum interim haec omnia, quae vix ſingula quisquam intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata, et illa, qua nihil pulchrius auditu eſt, oratio prae ſe fert tamen feliciſſimam facilitatem.
112 Quare non immerito ab hominibus aetatis ſuae *regnare in judiciis* dictus eſt: apud poſteros vero id conſecutus, ut Cicero jam non

ipſae illae quae extorque eum. Flor. (a pr. manu) *ipſe illa quae extorquet eum*, omiſſo uterque *impetrare.* *ferat.* Turic. (a ſec. manu) Jenſ. *feriat* cum edd. poſterr. ante Ald. Non Camp. correxit Regius. *non rapi.* Turic. *n. repe.* Flor. (a pr. manu) *n. repente.* Goth. (tac. Geſn.) omittit *non.* cf. 104. *ſequi.* Turic. *ſi qui*, a ſec. manu *ſi cui.*

111. *quae dicit.* Flor. (a pr. manu) *q. dicet.* Camp. *q. dixit.* *interim.* Turic. (a ſec. manu) Camp. Jenſ. Tarv. *inter.* *quisquam intentiſſima.* Flor. inſerit *et.* *fluunt illaborata.* Obr. inſerit *ut*, male. *nihil pulchr.* Turic. Flor. inſerunt *quae;* et pro *auditu* iidem habent *auditum.* Suſpicor fuiſſe: *qua nihil unquam pulchrius auditum eſt.* *prae ſe fert.* Camp. *p. ſ. ferat.*

112. *hominibus.* Turic. Flor. Guelf. *omnibus* cum Alm. Voſſ. 3. *id conſecutus.* Turic. (a ſec. manu) *id eſt*

videatur. Malim *videtur.* Neque enim probarim, quod plerique ante *ipſa illa* inſerunt *ut.* Noſtra ratio longe acrior et vehementior, cum praeſertim mox ſit „tanta in„eſt *ut*," in quo nimia foret eum noſtris ſtruendi ſimilitudo. Sed fortaſſe et ſic ferri poteſt conjunctivus in hoc verbo, δοκοῖ ἄν.

111. *ſtudium — fidem.* cf. 4, 1, 7.

auditu. cf. not. crit.

112. *regnare in judiciis.* „Reſpicit huc ipſe Fam. 7, 24. „*blim*, *cum regnare exiſtima*„*bamur*, et Fam. 9, 18. *amiſſo*

Digitized by Google

hominis nomen, sed eloquentiae habeatur.
117 Hunc igitur spectemus: hoc propositum nobis sit exemplum: ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit. Multa in *Asinio Pol-* 115
lione inventio, summa diligentia, adeo ut quibusdam etiam nimia videatur: et consilii et animi satis: a nitore et jucunditate Ciceronis ita longe abest, ut videri possit seculo prior. At *Messala* nitidus et candidus, et quodammodo praeferens in dicendo nobilitatem suam; viribus minor. *C.* vero *Caesar* si foro 114
tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur. tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, appareat. Exornat

secutus (ubi recte videtur admonere Ulricus V. C. primam manum intellectam, quasi esset *idem secutus*, compendio *c* accepto pro *em*). Camp. Jens. (de Goth. err. Gesn.) *id est c.* cum edd. ante Bad. *nom. sed el.* Hoc ordine Turic. Flor. Guelf. Goth. omnesque Mss. et editi ante Basil. Reliqui praeter Gesn. Bip. *f. e. n.*

115. *inventio.* Turic. Flor. *ventio.* Hic a sec. m. *invenio*, et sic Guelf. cum Goth. Bern. Jens. Tarv. *seculo.* Jens. *secundo* cum edd. posterr. ante Ald. non Camp. Correxisse ex ingenio Regium fatetur Badius. *praeferens.* vide ad 6, 2, 14. accedunt Flor. Goth. (tac. Gesn.) Alm. Voss. 1. 2. 3. Reliqui *prae se ferens.* *in dicendo.* Turic. *incidendo*, a sec. m. *incedendo.*

114. *C. vero.* Camp. *G. vero.* cf. 1, 7, 28. 4, 3, 13. *alius.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *aliud.* *acumen, ea.* Turic. Flor. (hic etiam *aen;* a pr. m. uterque) *actum en ea.*

„*regno forensi.*" Gesnerus. Ad priorem locum recte Manutius alterum demonstrat pro Sulla 7.

115. *seculo prior.* cf. Dial. de orr. 21. „Asinius — videtur mihi inter Menenios „et Appios studuisse."

Messala. cf. 1, 5, 15. add. Voss. de Hist. Lat. I, p. 88.

114. *eodem animo — appareat.* Comparat Burman-

Digitized by Google

tamen haec omnia mira ſermonis, cujus pro-
115 prie ſtudioſus fuit, elegantia. Multum in-
genii in *Coelio*, et praecipue in accuſando
multa urbanitas, dignusque vir, cui et mens
melior, et vita longior contigiſſet. Inveni
qui *Calvum* praeferrent omnibus, inveni qui
Ciceroni crederent, eum nimia contra ſe ca- 918

115. *accuſando multa.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *accuſanda muta.* *dignusque.* Turic. a pr. m. copulam omittit. *Inveni — Ciceroni.* Turic. al (cf. 109.)

nus locum Livianum 39, 50. extr. *Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, a quo geſta erant;* cui ipſe medelam hanc afferre conatur: *d. e. ab eo, eodem a. i. quo g. e.*, merito non receptus a Drakenborcho, quanquam judicium ſuum tacente. Saltem in Burmanniana illa emendatione *a quo* non in *quo* refingi debebat, ſed in *atque*. Alia de Caeſare ſententia Dialogi de orr. c. 21.

cujus proprie ſtudioſus. Tentantem *proprii* Geſnerum, ut ſignificetur Caeſar omnis inſolentiae dicendi impatientiſſimus (cf. Gell. N. A. 1, 10.), probare non poſſum. Verius videtur quod ipſe ſubjicit, *proprie* ſtudioſum eſſe in primis et maxime ſtudioſum. Tacita mentio ineſt librorum de analogia, de quibus vide 1, 7, 34. Burm. recte demonſtrat locum Cic. Brut. 75. „Caeſar autem rationem ad„hibens, conſuetudinem vi„tioſam et corruptam, pura „et incorrupta conſuetudine „emendat.“

115. *in Coelio.* vide 4, 1, 123.

Calvum. vide 9, 3, 56. et cf. Wezelium ad locum Bruti Cic. mox ponendum.

qui Ciceroni crederent. „In „Bruto 82. ubi inter alia: „*Accuratius quoddam dicendi „et exquiſitius afferebat genus: „quod quanquam ſcienter ele„ganterque tractabat, nimium „tamen inquirens in ſe, atque „ipſe ſeſe obſervans, metuens„que ne vitioſum colligeret, „etiam verum ſanguinem de„perdebat.* Haec eſt illa ca„*lumnia*, quae κακιζότεχνον „fecit. Vid. ſupra ad 8. pr. 31. „*Infelicem calumniandi ſe „poenam* damnat etiam noſter „10, 3, 10. et 10, 4, 3. et „*infelicem verborum cavillatio„nem* 10, 7, 14. add. omnino „12, 10, 77.“ Geſnerus.

Digitized by Google

lumnia verum ſanguinem perdidiſſe. ſed eſt et ſancta et gravis oratio, et cuſtodita, et frequenter vehemens quoque. Imitator autem eſt Atticorum, fecitque illi properata mors injuriam, ſi quid adjecturus ſibi, non ſi quid detracturus fuit. Et *Servius Sulpicius* in- 116
ſignem non immerito famam tribus orationi-

inve qui con calva praeferent omnibus inve qui ciceronem, a ſec. manu: *alii invectiva praeferunt omnibus in verrem.* Flor. Guelf. (niſi quod hic *Calvium praeferant*) *I. q. C. p. i. q. Ciceronem* cum Alm. Voſſ. 1. 3. Bern. Jenſ. Tarv. Sed Camp. —— *qui contra* (pro *qui Ciceroni*) cum Locat. Ruſc. Ald. Gryph. Gibſ. Obr. Noſtra eſt in Goth. Voſſ. 2. Vall. Pro *Calvum* Baſil. *Caclium.* *perdidiſſe.* Guelf. *perfudiſſe.* *gravis.* Flor. (a ſec. m.) Guelf. *brevis* cum Bal. Joann. Voſſ. 3. Bern. Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald.

oratio. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt eum Alm.

cuſtodita. Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *caſtigata.* *autem eſt.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. exc. Ald. Reliqui *e. a.* *ſibi.* Sic Turic. Flor. (hic quidem a ſec. m. *fuit*, non omiſſum mox, et ſic Guelf., ſed Bern. *fuerit*) Camp. cum Alm. Voſſ. 2. Goth. Andr. Reliqui omittunt.

116. *detracturus — tribus.* Turic. *d. ſulpicius inſignum fuit ut ſervius ſulpicius inſignem non in mero* (poſtrema duo

Locus Plinii minoris 1, 2, 2. quem huc advocat Regius, vereor ut recte ſit ab eo captus. Demoſthenem quidem Latinum ibi Calvum dici exiſtimat. Fluctuat ejus ſcriptura, et Cortianam ſi ſequaris in extremis, eruas ſane *Calvum, qui tibi* (Arriano, ad quem eſt epiſtola data) *ſemper, mihi nuper eſt viſus Demoſthenes.* Neque abſonum ſtrigoſam illam Calvi brevitatem quibusdam viſam eſſe ἰσχνότητα Demoſtheneam.

oratio — cuſtodita. Sic a Plin. minore 9, 26, 12. quae *cuſtoditis preſſiusque* dicuntur, opponuntur ſublimibus et audentibus; et modo in loco Ciceroniano erat Calvus *ipſe ſeſe obſervans.*

116. *Servius Sulpicius.* cf. §. 22. De *non immerito — meruit* cf. 6, 4, 5.

Digitized by Google

bus meruit. Multa, si cum judicio legatur, dabit imitatione digna *Cassius Severus:* qui, si ceteris virtutibus colorem et gravitatem orationis adjecisset, ponendus inter praecipuos
117 foret. Nam et ingenii plurimum est in eo, et acerbitas mira; et urbanitas ejus summa: sed plus stomacho, quam consilio dedit. Praeterea ut amari sales, ita frequenter amaritudo

vocabula sola e Flor. afferuntur, non correcta illa a sec. m.) *f. id t.* a sec. manu: *d. infignis — in merito f. id t.* neque enim quidquam praeterea immutatum refertur. Jens. Tarv. *d. fuit. Infignis et S. S. infignem immerito f. t.* Mox Locat. et posterr. ante Ald. *Infignis et S. S. i. non immerito f. t.* Ald. jubente Regio *Infignem et S. S. n. i. f. t.* Goth. (err. Gesn.) a pr. tantum manu *non* ante *infignem* inserit, alioqui nostram ipsam dans cum Guelf. Vall. (ut videtur) Camp. Eam ex ipsa Turic. prima manu veram censeo, quanquam minus placet *Et* in fronte positum. *colorem.* Flor. (a pr. m.) *calorem.* *foret.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

117. *est in eo.* Turic. omittit. *et acerbitas.* Turic. Flor. omittunt copulam. *ejus summa.* Sic Turic. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum Andr. et edd. ante Bad.

Cassius Severus. cf. §. 22. *colorem.* Nimiam affectuum, irae, malignitatis, invidiae, simplicitatem improbat in Cassio noster. Neque enim ille quidquam eorum dissimulare solebat, quae animum pungerent et exasperarent; securus qualis ipse videretur judicibus, modo infamaret adversarium. Tale quid hic *coloris* vocabulo significari, totius orationis series docet. Et video mecum facere elegantissimum Ernestium in Technol. Lat. p. 65. qui minus, ut opinor, erat affectus Technol. Graec. p. 384. *Colorem* omnem depositum imprimis videmus 11, 1, 57.

117. *Praeterea — ridicula est.* Refertur hoc ad eam, quam in Cassio laudaverat urbanitatem, interjecta brevi, quae sensum non interpellet, sententia de errore Cassii. Adjuvatur enim illa summa hujus oratoris urbanitas ipsa

Digitized by Google

ipsa ridicula est. Sunt alii multi diserti, quos persequi longum est. Eorum, quos viderim, *Domitius Afer*, et *Julius Africanus*, longe praestantissimi. Arte ille, et toto genere 118

acc. Basil. Sed Turic. (a pr. m.) *et summo* cum Voss. 3. Ex Alm. affertur *et summa* (cf. 95.). Flor. Guelf. *et sermo* cum Voss. 1. Bern. Reliqui *et vis s.* a quibus stant Goth. Vall.

118. *Sunt alii.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Basil. *S. autem a.* Jens. cum edd. ante Bad. Reliqui inferunt *et.* *persequi longum est.* *Eorum, quos* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. In causa est homoeoteleuton *quos.* *viderim.* Turic. *viderem*, a sec. m. *videram.* *Afer, et Julius.* Turic. *feret j.* a sec. m. *ferettius.* *longe praestantissimi.* Turic. *l.* al (cf. 115.) *praesentissimi*, a sec. manu reponitur nostrum, nec deleto tamen, quod interjectum erat. Flor. *l. aliis praesentissimi*, a sec. m. *l. a. praestantissimi.* Ex Alm. nihil nisi *praesentissimi* affertur. Suspicor criticam fuisse notam, ut §. 109. *Arte.* Sic

ejus amaritudine, quae, vel sine salibus, per se ipsa ridicula est i. e. risum movet auditorum. *Ridiculum esse* in laude dicitur, non in vituperio. Vid. 6, 3, 22. seqq. Francii conjectura *amantur* pro *amari*, speciem magis habet quam substantiam.

118. *diserti.* An minus honesto illo significatu hic usurpat, ex quo est dictum Antonii 8. Pro. 13. ? Sed hoc vix credibile in magistro suo facturum Domitio.

longum est. cf. not. crit. ad 1, 6, 9.

Julius Africanus. vide 8, 5, 15. Fortasse filius ejus, qui Tacito perisse narratur sub Tiberio Annal. 6, 7. e Santonis Gallica civitate oriundus. Quae hic *concitatio* ei tribuitur, eadem sunt *vires* 12, 10, 11. *compositione longior* quod dicitur, refero ad longiora, quae compositionis gratia faciat, hyperbata. cf. 8, 6, 65. 9, 4, 145. *Domitium* vide ad 5, 7, 7. cujus loco modo designato *maturitas* non longe est ab ea, quae hic agnoscitur, *arte*; judicium ejus est acerrimum, nunquam ablatum illud vehementia vel nimia elegantiae affectatione. Similiter Terentium Horatius Epist. 2, 1, 59. *arte* ait *vincere*; quanquam Bentlejus hoc ad me-

Digitized by Google

dicendi praeferendus, et quem in numero veterum locare non timeas: hic concitatior, sed in cura verborum nimius, et compositione 119
nonnunquam longior, et translationibus parum modicus. Erant clara et nuper ingenia.
119 Nam et *Trachalus* plerumque sublimis, et satis apertus fuit, et quem velle optima crederes: auditus tamen major. Nam et vocis, quantam in nullo cognovi, felicitas, et pronuntiatio vel scenis suffectura, et decor, omnia denique

Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. Reliqui praemittunt *verborum.* *locare.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *bitare*, cum Alm. sed Flor. a sec. *habere*, et sic Guelf. cum Bern. et edd. inde a Jens. ante Ald. acc. Basil. Stoer. Chouet. Leid. aliisque apud Burm. An primitus fuit *citare* vel *recitare?* *modicus.* Turic. (a pr. m.) *modicum.* Guelf. *modicis.*

119. *Nam et Trach.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. omittunt *nam*, cum Alm. Sed Camp. *ut* (pro *nam et*), quod possit placere, ut vitetur iteratio horum *Nam et* hac §. et 117. Sed cf. not. exeg. ad §. 25. 26. *apertus.* Turic. Camp. *aptus* cum Bodl. Andr. *decor.* Turic. (a sec. m.)

tricam etiam virtutem refert in Schediasmate.

locare. vide not. crit.

119. *Trachalus.* vide 6, 5. 78. Conferendo singula, quae demonstrantur, loca apparebit, Trachalus quantopere debuerit lectus descendere ab eo, qualis videbatur auditus. Talis patrum nostrorum memoria fuit, quem eloquentiae Germanicae exemplar laudat Fridericus magnus in libello de eruditione Germanorum, Regiomontanus olim ecclesiastes, Quantius nomine.

velle optima. Quo hoc optimorum studium pertinet? An ad genus dicendi optimum? Qualem vidimus bonam mentem 2, 12, 12. et mox est §. 122. *ad optima tendentium* et §. 131. *meliora vellet.* Malim tamen hic quidem ad honestatem et recti amorem trahere, qui in hoc oratore apparuerit. Neque enim bonum dicendi genus

Digitized by Google

ei, quae ſunt extra, ſuperfuerunt. Et *Vibius Criſpus*, compoſitus, et jucundus, et delectationi natus: privatis tamen cauſis quam publicis melior. *Julio Secundo* ſi longior 120
contigiſſet aetas, clariſſimum profecto nomen oratoris apud poſteros foret. Adjeciſſet enim, atque adjiciebat ceteris virtutibus ſuis, quod deſiderari poteſt. Id eſt autem, ut eſſet multo magis pugnax, et ſaepius ad curam rerum ab elocutione reſpiceret. Ceterum interceptus 121
quoque magnum ſibi vindicat locum. Ea eſt facundia, tanta in explicando, quod velit,

decora cum Jenſ. et edd. poſter. ante Bad. - *extra*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ex ira*.

120. *Id eſt*. Turic. *Idem*. *pugnax*. Turic. Flor. *pugnans* cum Alm. *et ſaepius*. Turic. (a ſec. m.) Camp. *ut ſ.* *reſpiceret*. Turic. (a ſec. m.) *reſpiſceret* cum Jenſ. Tarv. Correxit Regius.

121. *velit*. Turic. *vellet* cum Alm. Sed Flor. *vellit*. (cf. 117.)

adeptus fuit, ſi viſus modo id velle.

Vibius Criſpus. vide 5, 15, 48.

120. *Julio Secundo*. cf. 10, 3, 12. et nos ad 6. Pro. 3. p. 427. item 12, 10, 11.

adjiciebat. Attende vim imperfecti. Semper *adjiciebat*, neque tamen *adjecerat* antequam moreretur.

reſpiceret. cf. 3, 11, 26. ubi notatum fere Secundi illum errorem invenies, ut et hic §. 33. *pugna* autem eſt cauſae ipſius tractatio, ſolita illa negligi a cupidis ſenſentiarum et locorum communium. Nimium igitur Secundus dabat rebus extra cauſam, nec ſatis *pugnabat*, ut ei magis *pugnaci* fieri optandum eſſet. Hunc *pugnae* et *pugnandi* uſum habes 4, 3, 2. 5, 12, 22. 6, 4, 4. 6. hic §. 79. et paſſim locis in indice quaeréndis. Sic apud Senecam patrem Controv. 2. praef. „Decerat illi oratorium „robur et ille *pugnatorius* „mucro."

121. *in explicando — gratia*. Verbi originem ipſam tenere oportet, ne forte *expli-*

Digitized by Google

gratia: tam candidum et lene et ſpecioſum dicendi genus: tanta verborum, etiam quae aſſumta ſunt, proprietas: tanta in quibusdam
122 ex periculo petitis ſignificantia. Habebunt qui poſt nos de oratoribus ſcribent, magnam eos, qui nunc vigent, materiam vere laudandi. Sunt enim ſumma hodie, quibus illuſtratur

gratia: tam. Turic. *gratam;* a ſec. manu *gratia*, nec tamen repoſito *tam.* *lene.* Turic. *levo*, a ſec. m. *leve*, et ſic Flor. Guelf. cum Bern. Jenſ. Tarv. (cf. §. 52.) Non improbanda Capperonnerio videtur ſcriptura; mihi prorſus, cum hic nulla ſit compoſitionis mentio, ſed vehementi et forti opponatur *lene d. g.* velut 12, 10, 66. cf. et 9, 4, 130. 136. hic §. 44. Eo quaecunque mox laudantur in hoc oratore conſpirant omnia; in aſſumtis proprietas, in periculoſis ſignificantia. Mox 10, 2, 23. in ſolis Jenſ. et Tarv. *levi, leviter,* improbante reçte Geſnero.

in quibusd. ex. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *ex q. in.* Ex Alm. affertur tantum *q. in.* Goth. (tac. Geſn.) noſtris verbis anteponit *etiam* cum Voſſ. 2.

122. *Habebunt.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *habebant.* *ſcribent.* Turic. (a pr. m.) *ſcribet.* *magnam eos,* Turic. (a ſec. manu) inſerit *in* cum Jenſ. Tarv. *materiam.* Flor. *materiem* (cf. 8, 6, 7.). *laudandi.* Turic. (a ſec. m.) *laudanda* cum Jenſ. Tarv.

care accipias *interpretari.* Quidquid ſcire vult auditorem, tam apte et decenter verbis eloquitur, ut nihil obſcurum remaneat in magnis, nihil vile videatur in parvis. cf. 8, 6, 8. Haec ipſa et Fabii noſtri vel praecipua eſt virtus. Apud Senecam patrem Controv. l. 2. Praef. „*expli-*„*catio* — ſplendida quidem, „ſed operoſa et implicita.“ Fateor autem placiturum magis mihi, ſi fuerit *quid v.* quam *quod v.* Nam alia ratio eſt 8, 3, 61.

lene. vide not. crit.

aſſumta — proprietas. cf. 8, 6. totum caput: ubi *arceſſita* ſunt, quae hic *aſſumta.*

ex periculo — ſignificantia. Vel audaciſſime novata in elocutione non carent perſpicuitate. cf. 2, 11, 3. 8, 6, 11. 11, 1, 38. item hic §. 49.

122. *Sunt enim ſumma.* „Florebat Aper, Marcellus, „Maternus, Meſſalla, Caecilius

Digitized by Google

forum, ingenia. Namque et conſummati jam patroni veteribus aemulantur, et eos juvenum ad optima tendentium imitatur ac ſequitur induſtria. Superſunt, qui de philo- 123
ſophia ſcripſerint, quo in genere pauciſſimos adhuc eloquentes litterae Romanae tulerunt.
920 Idem igitur *M. Tullius*, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis aemulus extitit. Egregius vero, multoque, quam in orationibus, praeſtantior *Brutus*, ſuffecit ponderi rerum: ſcias

123. *ſcripſerint.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Guelf. cum Goth. Jenſ. et edd. poſterr. ante Bad. Reliqui *ſcripſerunt*, quorum ergo et Camp. *adhuc.* Camp. omittit.

qui ubique. Sic Flor. Guelf. cum edd. inde a Baſil. ante Burm. *qui ubi* Turic., ſed a ſec. m. *ut ubique.* Goth. (tac. Geſn.) *q. et ubique* (et pro *etiam in hoc* mox, item tac. Geſn., *et in hoc*, ſibi conſtans) cum Voſſ. 2. Sed Camp. *q. ut ubique*, et ſic reliqui, in qua ratione parum grate ſubaudiatur *eſt* ad *idem.* *orationibus.* Guelf. *oratoribus.* *ponderi.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *pondere* cum Alm.

„Plinius, et multi alii: vide „Tacitum.“ Pſeudo-Turnebus. „Vide Plinianas epiſto„las paſſim, et l. 9. Ep. 26. „de ſummis ingeniis quaſi „ſcatentes.“ Almelovenus.

veteribus aemulantur. Hoc ipſum hujus Quintilianei ſeculi videtur, quod promiſcua utitur ſtructura *aemulandi.* cf. §. 62. ubi eſt accuſativus verbo junctus. Alioqui dativus additus *aemulando* ſignificationem habet invidiae et animi iniqui. Sic aliorum quoque verborum ſtructuram inflexerant novi; vide 9, 5, 1.

123. *etiam in hoc.* Leve ſane in hac oratione vitium, quaſi ubique Platonis maxime aemulus ſit Cicero. Sed hoc ut vitaretur longiore anfractu opus erat. Nempe ut ubique Graecorum praeſtantiſſimi quijusque, ita in hoc opere Platonis.

Egregius — Brutus. Hoc, etſi iniquior, Tacitus agnoſcit Dial. De Oratt. 21. „Brutum philoſophiae ſuae „relinquamus. Nam, in Ora„tionibus minorem eſſe fama „ſua, etiam admiratores ejus „fatentur.“ Cf. hic. Brut. 1, 97. de Finib. 1, 3.

Digitized by Google

124 eum ſentire, quae dicit. Scripſit non parum multa *Cornelius Celſus*, *Sextios* ſecutus, non ſine cultu ac nitore. *Plancus* in Stoicis rerum

124. *Sextios.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Cod. antiquiſſimo Danielis (cf. 6, 2, 11.) teſte Nicolao Fabro l. c. Goth. Voſſ. 2. Bern. et edd. ante Ald. *Sextius* Turic. a ſec. m. Ex Alm. affertur *Sextus*. Ald. Bad. *Sceptios*. E Voſſ. 1. *Sceptior*. E Voſſ. 3. *ſcectios*. Reliqui *Scepticos*, quae videtur Philandri conjectura, fruſtra illuſtrata a Pſeudo-Turnebo, ipſoque nuper Geſnero. Burmannum, qui Schottum inſpexerat ad Senecam Patr., ſordes reliquiſſe imprimis miror.

Plancus. Turic. Flor. *plauſius*. Hic quidem a ſec. m. *Plautus*, et ſic Guelf. Jenſ. cum Bern. et edd. ante Ald. qui tamen per ſphalma *Plaucus*. Qua vero auctoritate eos, qui noſtrum dant (quorum ſunt Goth. cf. 2, 14, 2. Camp.), caſtigate nomen exhibere dixerit Regius, equidem, ignoro, nullo, quod ſciam, usquam memorato Stoïcae philoſophiae

124. *non parum multa.* Almelovenum *multa* volentem tollere recte revincit Burmannus, amandans lectorem ad 6, 2, 3. ubi exemplis Ciceronianis defendit uſum noſtrum.

Cornelius Celſus, Sextios ſecutus. „Duo — fuerunt Sextii. „Q. videlicet Sextius pater, „qui a divo Julio latum cla„vum ſibi oblatum recuſavit, „et ejus filius, de quo B. „Hieronymus anno quo Chri„ſtum natum tradit, haec re„fert: *Sextius Pythagoricus „philoſophus naſcitur.* — Sex„tiorum, praeter Senecam in „Epiſtolis et libris de ira „ſaepe, et cap. ult. lib. 7. „naturalium quaeſtionum, me„minit Qu. c. 1. lib. 10.“ Nicolaus Faber, ad Senec. patr. Controv. l. 2. praef. p. 98. (ed. Pariſ. 1613. Fol.) Vide et F. A. Wolfium ad Sueton. Illuſtr. Gramm. 18. et Fabricii Bibl. Graec. ab Harlete auctam Vol. I. p. 870. ſeqq. Ille Senecae in quaeſtt. naturall. locus hic eſt: „Sex„tiorum nova et Romani ro„boris ſecta inter initia ſua, „cum magno impetu coepiſ„ſet, extincta eſt.“ cf. et Plutarch. *Quomodo ſentias te proficere* p. 77. Loca de Sextio plurima apud Senecam invenies in Indice ed. Pariſ. 1613. Fol. Horum igitur philoſophorum ſectam, Pythagorae aemulam, ſcriptis exprimere conatus eſt is, qui omnis fere doctrinae commentarios adornavit Celſus. cf. 2, 15, 22.

Plancus. cf. not. crit.

Digitized by Google

cognitione utilis. In Epicureis levis quidem, sed non injucundus tamen auctor est *Catius*. Ex industria *Senecam* in omni genere elo- 125
quentiae distuli, propter vulgatam falso de

auctore, qui hoc nomine fuerit. Recensetur nunc sane *Plancus* in Stoïcorum Catalogo, quem adornavit Fabricius in Bibl. Graeca Vol. 3. p. 572. cui loco subjicit Heumannus notam, demonstrantem Cic. Famil. 10, 12. unde Stoïcus agnoscatur Plancus. Quod ut mihi in hoc homine persuadeat, multum abest; minus tamen adducar, ut eum aliquid de philosophia litteris mandasse credam. In alia omnia abit Gesnerus in Indice Quintilian. eundem hunc Plancum censens atque eum, cujus mentio est ex Cicerone 6, 3, 44.; (et hoc repetiit Ernestus in Fabr. B. L.) nam ne certum quidem ejus nomen. In hac memorati hic scriptoris ignoratione, is videtur loco consulturus, qui *P.* aliquem *Faustum* ostenderit Stoïcorum dogmatum scriptorem. Inest enim hoc maxime nominis in vetustissima scriptura. Cf. Lipsius ad Tacit. Ann. 3, 48. e *M. Folio* exculpens *M. Lollium*. [Non inutile tamen erit observare, Rubellium illum Plautum, qui Augusti stirpem attingebat et sub Nerone periit, Stoïcae sectae addictum et Musonii familiarem fuisse, ut docet Tacitus Ann. 14, 57. 59. BUTTM.]

cognitione. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *cognitioni* cum edd. posterr. ante Stoer. exc. Basil. acc. Rollino. Potest placere, sed obstat quodammodo §. 128. „multa rerum cognitio."

Epicureis. Turic. Flor. Camp. Jens. (tac. Gesn.) *epicuris* cum edd. ante Bad. *injucundus.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *injucundis.* *auctor est Catius. Ex.* Flor. *a. e. cautius. Ex.* cum Basil. Sed Guelf. *Auctorem ex.* cum Voss. 3. Sed Goth. (tac. Gesn.) *Catius est: Ex.* omisso *auctor.* Camp. *a. Cacius est ex.* Voss. 1. *a. et cujus. Ex.* Jens. *ductorem ex* cum Tarv.

125. *eloquentiae distuli.* Ald. Basil. inferunt *versatum,*

cognitione. cf. not. crit.

Catius. „Ille, cujus *spectra* „(εἴδωλα Epicuri) ridet Tul- „lius Fam. 15, 16 et 19." Gesnerus.

125. *Senecam — distuli.* „Distuli de Seneca loqui, cum

Digitized by Google

me opinionem, quia damnare eum, et inviſum quoque habere ſum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptum et omnibus vitiis fractum dicendi genus revocare ad ſeveriora
126 judicia contendo. Tum autem ſolus hic fere

Regio jubente, quem bene revincit Badius. Nec ab ejus et Burmanni ratione me abducit Gisbertus Koen in obss. MSS. mecum communicatis, quanquam demonſtrans Jo. Saresberienſem, qui hoc *verſatum* ipſum praefert Policrat. 8, 13. p. 600. Quod enim Koenius negat, recte Fabium potuiſſe dilatum a ſe in omni genere eloquentiae Senecam dicere, quia reſtarent aliae hujus doctrinae partes ab ipſo explicandae hoc et ſeqq. libris; non attendit vir doctus, ſolum hic ſignificari cenſum ſcriptorum, quem adhuc egit Fabius hoc capite, in cujusque fine collocatur Seneca. cf. §. 75. „Xenophon — „inter philoſophos reddendus."

quia. Sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Jenſ. et edd. poſterr. ante Baſil. *quae* Voſſ. 1. Reliqui *quae* Cf. 2, 15, 6. *eum, et.* Guelf. omittit *et.* *et omnibus.* Goth. (tac. Geſn.) *ex o.* cum Voſſ. 2. *revocare ad.* Turic. r. al (cf. 118.) *ad;* a ſec. m. *r. aliquos ad.* *ſeveriora.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *ſeveria.* mox ille *ſevera,* et ſic Camp. Goth. (tac. Geſn.).

126. *Tum autem.* Turic. Flor. Guelf. Camp, *cum* cum Goth. Voſſ. 2. (err. Burm.) Jenſ. Tarv. *hic.* Turic. (a pr. m.) Flor. *huic.*

„de quocunque genere elo- „quentium, qui oratori ſint „imitandi, loquerer: et cum „de poëtis: et cum de ora- „toribus et cum de phi- „loſophis Romanis." Badius. Hoc, quod jam lecturi ſumus, de Seneca judicium quantivis eſt pretii. Conferendum autem cum eo Gellianum (12, 2.) in quo et ipſo accuſatur Senecae protervitas in carpendis veterum ſcriptis. Nec negligendum eſt, quidquid ibi exprobratur Senecae, in iis quidem, quae ſunt reliquae, ejus operum partibus non inveniri. cf. Fabr. Bibl. lat. ed. Ern. Vol. 2. p. 107. 8. Salluſtium non ipſum carpit aut irreverentius tractat, ſed pravos imitatores notat Epiſt. 114. Fortaſſe tamen noſter et familiares ejusdem ſermones reſpexit.

Digitized by Google

in manibus adoleſcentium fuit. Quem non equidem omnino conabar excutere, ſed potioribus praeferri non ſinebam, quos ille non deſtiterat inceſſere, cum diverſi ſibi conſcius
121 generis, placere ſe in dicendo poſſe, quibus illi placerent, diffideret. Amabant autem eum magis, quam imitabantur: tantumque ab eo defluebant, quantum ille ab antiquis deſcenderat. Foret enim optandum, pares, aut ſaltem 127
proximos, illi viro fieri. Sed placebat propter

Quem. Flor. (a pr. m.) Camp. omittunt. *conabar.* Turic. Flor. Goth. (tac. Geſn.; poſteriorum uterque a pr. m.) Camp. *conabor.* *praeferri.* Turic. *perferre.* Flor. (a pr. manu) *praeferre.* *cum diverſi.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt *cum* cum Alm. *poſſe, quibus.* Sic Turic. Camp. (niſi quod hic *poſſem*) cum Alm. Baſil. Gryph. (1536.). Inſerunt *in* Flor. (cf. 121.) Guelf. cum Goth. Voſſ. 1. 2. Vall. Jenſ. et edd. poſterr. ante Gryph. Reliqui inſerunt *iis,* jubente Regio. *illi.* Turic. (a ſec. m.) *ille,* quod et ex Alm. affertur. *placerent.* Turic. *placere* cum Alm. *diffideret.* Flor. (ſi recte interpretor excerpentem) *diffiderent.* *Amabant autem eum.* Turic. *am. eum.* Guelf. *et am. aut. e.* *ab eo.* Sic Turic. Flor. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Ald. Bad. Baſil. Reliqui *ab illo.*

127. *enim optandum.* Turic. Flor. *e. aliquid o.* cum Alm. Suſpicor fuiſſe *alioqui.* Sed pro *foret* Turic. *fore,* Alm. *fere* (cf. 126.). *aut ſaltem.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *ac ſ.* cum Voſſ. 2. 3. et edd. ante Bad. acc. Baſil. *proximos, illi viro.* Turic. Flor. *primos i. viros.* Guelf. *illo* pro *illi.* *Sed placebat.* Turic.

126. *defluebant — deſcenderat.* Cf. 1, 8, 9. Egregia proprietas elocutionis. Qui cupiat noſſe, quid ſit ſana et elegantia mutando corrumpere, is videat mihi conjecturam Francianam *deſciverat* pro *deſcenderat.* Et en, ita dantem Campanum! (cf. §. 94.)

127. *enim optandum.* cf. not. crit.

Digitized by Google

ſola vitia, et ad ea ſe quisque dirigebat effingenda, quae poterat: deinde cum ſe jactaret eodem modo dicere, Senecam infamabat.
128 Cujus et multae alioqui, et magnae virtutes fuerunt: ingenium facile et copioſum, plurimum ſtudii, multa rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab his, quibus inquirenda quaedam mandabat, deceptus eſt. Tractavit
129 etiam omnem fere ſtudiorum materiam. Nam et orationes ejus, et poëmata, et epiſtolae, et dialogi feruntur. In philoſophia parum

Flor. (hic a pr. m.) omittunt. *ea.* Turic. Flor. omittunt.

128. *alioqui, et magnae virt.* Turic. (a ſec. manu) *aliae quidem m. v.* Camp. *alie quidem virt.* *multa.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Baſil. Reliqui *multarum* (cf. 9, 2, 47. 5, 10, 91.) Jenſ. (tac. Geſn.) huic voci praemittit *et* cum edd. ante Baſil. acc. Gryph. *cognitio.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt. *ab his.* Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui *ab iis.* cf. 8, 6, 63. *omnem.* Goth. (tac. Geſn.) Camp. *omnium.* Jo. Saresber. *omnem fere omnium ſtud. mat.* unde Goth. ſcripturam commendat Gisb. Koen. cf. §. 125. Noſtrae ſcripturae favet 1, 4, 5. „*omni* „ſtudiorum genere". *materiam. Nam.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *nam materiam.* Ille a ſec. m. tollit priore loco *nam*, nec reponit altero, et ſic Alm.

129. *orationes.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *orationem.* *dialogi feruntur.* Turic. Flor. *dialoge f.* Ille a ſec. m. *dialogi efferuntur*, et ſic Camp. Jenſ. cum edd. ante Ald.

129. *orationes.* „Sive cauſarum actiones. Egit multas et illuſtres, atque in ipſo ſenatu: ut omittam quas principi ſcripſit, in ſenatu recitandas. Neque dubito „*Edicta* ad populum et *Epiſtolas* graviores, ab illo conſcriptas, aut dictatas; quorum omnium levis memoria ſupereſt, et tulit, ut ſolet, aevum." Lipſius in Vita Senecae. *poëmata* „certum eſt ubertim ſcripſiſſe. Ipſe „in exilio feciſſe oſtendit, et „Tacitus, jam etiam ſeniorem.

Digitized by Google

diligens, egregius tamen vitiorum inſectator fuit. Multae in eo claraeque ſententiae, multa etiam morum gratia legenda: ſed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosiſſima, quod abundant dulcibus vitiis. Velles 130
eum ſuo ingenio dixiſſe, alieno judicio. Nam ſi aliqua contemſiſſet, ſi parum non concupiſſet, ſi non omnia ſua amaſſet, ſi rerum

Secunda Flor. manus, noſtra ipſa. Noſtris vocibus Jenſ. (tac. Geſn.) ſubjicit *et* cum edd. poſterr. ante Ald. pro quo Regius ſuadebat *etſi*. *Multae — morum gratia.* Turic. Flor. *multo multi amorum g.* Ille a ſec. m. *multa multis amorum g.* Hic noſtram ipſam. *M. i. e. clarae ſ. m. e. m. g.* Goth. (tac. Geſn.) Camp. Viciſſim e Voſſ. 1. *multaeque i. e. c. ſ. m. e. m. g.* Vocem *fuit* ante noſtra omittit *Goth.* *legenda.* Turic. Flor. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *legendo.* *atque eo.* Goth. (tac. Geſn.) inſerit *in.* *abundant.* Gnelf. Goth. (tac. Geſn.) *abundat.*

130. *eum.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *enim.* Voſſ. 1. *cum.* *Nam ſi aliqua.* Turic. Flor. omittunt *ſi*: viciſſim 10, 2, 3. Guelf. *quam ſi fuit* pro *quam fuit.* Camp. *n. in a.* Flor. (a ſec. m.) *n. ſ. nil aequalium,* et ſic Goth. Jenſ. (err. Geſn.) cum Voſſ. 2. Vall. et edd. poſterr. ante Baſil. exc. Ald. (hic enim *n. niſi a.*) acc. Gryph. *n. ſimilé quam* Guelf.; ex Voſſ. 1. *n. ſimile* ſine *quam.* *parum non concupiſſet.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum

„et in aula. Ita enim invidi „calumniantur apud Nero„nem: *Objiciebant etiam, elo„quentiae laudem uni ſibi aſci„ſcere, et carmina crebrius „factitare, poſtquam Neroni „amor eorum veniſſet.*" Idem. *dialogi.* „Quos Fabius nomi„nat, nec ultra." Idem.

130. *ſi parum non concupiſſet.* Hic cum plerique, contra MSS. quidem, omittant *non*, eorum ſolus Rollinus dignatus eſt explanationis aliquid aſpergere: „Si quaedam" ait ille „orationis lenocinia „minus ſtudioſe ſectatus eſ„ſet." Praeter neglectum hic accuſativum ad *concupiſſet*, qui omitti ita latine quidem non poterat, *parum* nimis leviter accipitur pro *minus*, vel *non*. Gedoynus multa licere ſibi ratus, noſtrum in-

Digitized by Google

pondera minutiſſimis ſententiis non fregiſſet: conſenſu potius eruditorum, quam puerorum

Voſſ. 1. Reliqui omittunt *non*, inter quos meorum primus Jenſ. *conſenſu.* Guelf. *ratio ſenſu.* (cf. 5, 13, 19.)

ciſum priori continuat: „s'il „eût mépriſé certaines beau„tés, qui à le bien prendre „ne ſont pas des beautés" (vide mihi Francogallos iſtos omnia in veteribus vertendis circumloquentes!); „s'il en „eût médiocrement deſiré „*quelques autres.*" Extundit ſibi ſententiae objectum! Standum autem eſt auctoritate MSS. qui omnes vindicant *non.* Inde ego, timidus tamen, nec mihi ſatisfaciens, haec interpretando eruo: „Si „non conſulto quaeſiviſſet ea, „quae nimis tenuia infraque „dignitatem rerum poſita eſ„ſent." *Parum* igitur accuſativi loco habeo et interpretor *id ipſum quod non eſt ſatis, quod eſt exile et minutum.* Fateor interim hoc quod confeci ſententiae nimis ſimile videri illi alteri „rerum „pondera — — non fregiſ„ſet". Verum eadem accuſatio providenda eſt in altero ſententiarum pari. Quid enim eſt *omnia ſua amare* niſi hoc *nihil eorum, quae ſuccurrant ſcribenti, contemnere?* Niſi illud fortaſſe discrimen agnoſcas, ut *contemnere aliqua* ſit, transire omnino aliqua nec in ſcripto ponere; *non omnia ſua amare*, quaecunque inveneris, iis non ad taedium usque indulgere omnibus, aut multifariam variando et figurando lectoribus ea obtrudere. Et ſane horum quoque vitiorum bona eſt copia apud Senecam. Vellem tamen in cultiſſimo hoc de Seneca loco nihil parum effectum aut pondere ſuo vacuum a nobis inveniri. Quare nec ſufficio mihi in iis, quae protuli. Fortaſſe reconditius aliquid latet in noſtris ipſis, quae potuerunt et corrupta eſſe, antequam ad nos perferrentur. Nihil minus fero, quam quod Gedoynus: *ſi non omnia ſua amaſſet* vertit: „s'il n'eût „pas été amoureux de toutes „ſes productions". Neque enim *ſua* iſta ad juſta opera refero, ſed ad ſubnatas inter ſcribendum quascunque ſententias. Ad *fracta* illa *minutiſſimis ſententiis rerum pondera* Colomeſius verba Gelliana ponit, non aliena ſane, ſed quorum mentionem ſupra jam injeciſſet Pſeudo-Turnebus ad 126. (cf. 3, 1, 14. et quae Burmannus eidem exprobrat ad 4, 1, 61.); quod

Digitized by Google

amore comprobaretur. Verum ſic quoque 131
jam robuſtis, et ſeveriore genere ſatis firmatis
legendus, vel ideo, quod exercere poteſt
922 utrinque judicium. Multa enim, ut dixi,
probanda in eo, multa etiam admiranda ſunt:
eligere modo curae ſit, quod utinam ipſe
feciſſet. Digna enim fuit illa natura, quae
meliora vellet, quae, quod voluit, effecit.

II. Ex his ceterisque lectione dignis auctoribus et verborum ſumenda copia eſt et varietas figurarum, et componendi ratio: tum ad exemplum virtutum omnium mens dirigenda. Neque enim dubitari poteſt, quin artis pars magna contineatur *imitatione*. Nam ut invenire primum fuit, eſtque praecipuum:

131. *legendus*. Guelf. *legendum*. *judicium*. Turic. Flor. Camp. *judicem*, cum Vall. a ſec. m. *quae, quod*. Turic. Flor. Guelf. omittunt *quae* cum Alm. Voſſ. 1. 3. Jenſ. Tarv. Habent Goth. et Vall. E Voſſ. 3. reſertur et *quod meliora*. *effecit*. Turic. Camp. *efficit* cum Alm. Jenſ. Tarv.

1. *copia eſt et*. Turic. Flor. Camp. omittunt *eſt* cum Goth. Jenſ. et edd. ante Ald. Malim paene pro *et verb.* ſcribi *eſt v.*, hic autem omitti verbum. Inſcribitur caput *de imitatione* in Guelf. Goth. cum edd. omnibus ante Geſn. exc. Obr. Nihil inſcriptionis in Turic. Flor. Camp.

* *invenire*. Guelf. omittit cum Voſſ. 1. 3. Bern. *eſtque praecipuum*. Guelf. *eſt quae praecipue* cum Voſſ.

Almeloveno quoque, doctiori quidem illi, accidit in voce illa Caligulae *calcem ſine arena* appellantis Senecae orationem (Suet. Cal. c. 53.), itidem a Turnebo memorata. [Vid. Addenda.]

131. *utrinque judicium*. „Tam laudantium quam vituperantium". Badius. Sic *utrumvis* et facere et non facere apud Cic. pro Roſc. Amer. 50.

Digitized by Google

ſic ea, quae bene inventa ſunt, utile ſequi.
2 Atque omnis vitae ratio ſic conſtat, ut, quae probamus in aliis, facere ipſi velimus. Sic litterarum ductus, ut ſcribendi fiat uſus, pueri ſequuntur: ſic muſici vocem docentium, pictores opera priorum, ruſtici probatam experimento culturam in exemplum intuentur. Omnis denique diſciplinae initia ad propoſi-
5 tum ſibi praeſcriptum formari videmus. Et hercule neceſſe eſt, aut ſimiles aut diſſimiles bonis ſimus. Similem raro natura praeſtat, frequenter imitatio. Sed hoc ipſum, quod tanto faciliorem nobis rationem omnium facit, quam fuit iis, qui nihil, quod ſequerentur, habuerunt, niſi caute et cum judicio
4 apprehenditur, nocet. Ante omnia igitur imitatio per ſe ipſa non ſufficit, vel quia pigri 925

1, 3. Bern., niſi quod hi tres *praecipua.* *utile.* Camp. *utiliter.*

2. *ut, quae.* Flor. *utique.* *ipſi.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ipſe.* *ductus, ut.* Flor. *doctus*, a ſec. m. *u* pro *o*, ſed non additum *ut.* *vocem docentium.* Turic. Flor. *ducentium*, omiſſo *voc.*, hic a ſec. m. *o* tantum pro *u.* *intuentur.* Jenſ. *tuentur* cum edd. ante Baſil. *initia.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

3. *hercule.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *harcle.* cf. 10, 1, 86. *frequenter imitatio.* Flor. *frequentem imitatis*, a ſec. manu *o* pro *s.* *rationem omnium.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. cum Alm. Reliqui inſerunt *rerum.* *iis.* Flor. (a pr. m.) omittit. An erat *q. his fuit qui?* cf. 10, 1, 130. *apprehenditur.* Camp. *apprehendatur.*

4. *ſufficit.* Flor. (a pr. m.) *ſuffecit.*

2. *ruſtici — intuentur.* „Vide „Columell. 11, 1.“ Almeloveenius.

4. *Ante omnia.* cf. 5, 13, 6. *vel.* „etiam propterea.“

Digitized by Google

eſt ingenii, contentum eſſe iis, quae ſint ab aliis inventa. Quid enim futurum erat temporibus illis, quae ſine exemplo fuerunt, ſi homines nihil niſi quod jam cognoviſſent, faciendum ſibi aut cogitandum putaſſent? Nempe nihil fuiſſet inventum. Cur igitur 5 nefas eſt reperiri aliquid a nobis, quod ante non fuerit? An illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt in hoc, ut tam multa generarent, nos ad quaerendum non eo ipſo concitemur, quod certe ſcimus inveniſſe eos, qui quaefierunt? Et cum illi, qui nullum cujusquam 6 rei habuerunt magiſtrum, plurima in poſteros tradiderint, nobis uſus aliarum rerum ad

quae ſint. Sic Turic. Flor. Reliqui *q. ſunt.* *quae ſine.* Turic. *qui ſ.*, a ſec. m. *quis ſ.* Camp. *cum ſ.*

jam. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *imago.* Guelf. Camp. omittunt. Ex Alm. affertur *in mago.* Inde Burm. eruit *jam majores*, fruſtra ille. *cognoviſſent.* Turic. Goth. (tac. Geſn.) *cognoviſſet.* Camp. *agnoviſſet.*

5. *nefas.* Turic. Flor. *inventus* cum Alm. Ille a ſec. m. *inventum*, hic noſtrum. Pro *eſt* Turic. (a pr. m.) *es.*

reperiri. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *reperire.* *An.* Turic. *tam* cum Alm. (non Flor. cf. 10, 1, 127.); a ſec. manu *tamen*, et ſic Camp.

6. *cujusquam.* Guelf. Camp. *cujusque* cum Goth. Niſi me retineret vetuſtiſſimorum librorum religio, mallem prope hoc, poteſtate ea, de qua egi ad 4, 1, 46. In omnibus enim artibus (ea eſt *quaeque res*) magiſtro caruerunt primi illi.

habuerunt. Jenſ. Tarv. Ald. *habuerint.* *tradiderint.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *tradiderunt* cum Jenſ. Tarv. Ald.

uſus. Turic. Flor. (hic a pr. manu) omittunt cum Alm.

aliarum. Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *aliorum.* Loc. *illarum* cum poſterr. edd. ante Bad. acc. Baſil. Gryph. item

5. *Cur igitur nefas.* „Ut „*fatum* quoddam ſive acter„hic *nefas*, ſic *fas* ſ. 9. ad „nam legem refertur, qua

Digitized by Google

eruendas alias non proderit, ſed nihil habebimus, niſi beneficii alieni? quemadmodum quidam pictores in id ſolum ſtudent, ut deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciant. 7 Turpe etiam illud eſt, contentum eſſe id conſequi, quod imiteris. Nam rurſus quid erat futurum, ſi nemo plus effeciſſet eo, quem

Gibl. Obr. Capper. Mox pro *eruendas* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Guelf. Camp. *erudiendas* cum Bern. et edd. ante Ald. Noſtrum, quod conjicere videtur, aut videri vult, Regius, Goth. Vall. item Alm. Fateor tamen displicere mihi *rei* et *rerum* continuationem, in quotidiano illo maxime *rei* vocabulo, quod ipſum languorem ingenerat orationi. Etiam, quo nomine Badius *aliarum* tuetur prae *illarum*, uſus notiſſimae locutionis *aliarum alias* hic quidem non bene procedit, ubi nonniſi bipertita diviſio intelligitur, ut novae res ex prioribus illis eruantur, non *aliae ex aliis*. Quod ſi peteretur, poſitus talis decebat: *rerum aliarum ad alias eruendas uſus.*

quidam. Turic. *poeta et*, a ſec. manu *poetae et*, et ſic Camp. *deſcribere — menſuris.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *deſcriberent — menſuras.* Guelf. *d. tabula ac m.*

7. *etiam.* Goth. (tac. Geſn.) *enim.* *conſequi, quod imiteris.* Turic. *conſequi dimiteris*, a ſec. manu *conſequi de metris.* Voſſ. 2. *c. quod mireris.* *Nam rurſus.* Turic. *rurſus nam.* *erat.* Goth. *eſſet.* *nemo.* Goth. *nihil.* *effeciſſet.* Guelf. *efficiet.* Camp. *efficiſſet.*

eo, quem. Jenſ. Tarv. *eo quae.* Locat. *eo quod* cum edd. poſterr. ante Bad. qui verboſius, etſi non ſine acumine, de

„perfectiones rerum poſſibiles „(φιλοσοφητέον γὰρ) determi„nantur: h. e. qua ſui quidam „fines rebus earumque virtu„tibus aſſignantur, ultra quos „aſcendere per conditionem „ſuam illis non liceat. Sic „11, 3, 181. *Neque tamen „illud eſt nefas.* Simile mox „10, 2, 26. *Totum exprimere „paene homini inconceſſum.* „Et quoties *licet* ita ponitur.“ Geſnerus.

6. *pictores — ac lineis ſciant.* Fateor parum hoc capi a me, niſi forte intelligantur ii pictores, qui, ut aliena opera in ſuas tabulas diligenter transferant, ſingulas eorum partes antea menſuris et lineis dimetiantur.

7. *Nam rurſus.* Adverbium

Digitized by Google

sequebatur? Nihil in poëtis supra *Livium Andronicum;* nihil in historiis supra *Pontificum annales* haberemus: ratibus adhuc navigaretur: non esset pictura, nisi quae lineas
924 modo extremas umbrae, quam corpora in sole fecissent, circumscriberet. Ac si omnia per- 8
censeas, nulla sit ars, qualis inventa est, nec intra initium stetit: nisi forte nostra potissimum tempora damnamus hujus infelicitatis, ut nunc demum crescat nihil. Nihil autem crescit sola imitatione. Quodsi prioribus 9

scripturae utriusque discrimine agit. *historiis.* Flor. (a pr. manu) *posteris.* Camp. *posterius.* *navigaretur.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *navigaremus.* *circumscriberet.* Flor. *circumscriberent*, et sic Jens. cum edd. posterr. ante Ald. Sed Jens. Tarv. et modo *feciſſet.* Correxit Regius.

8. *sit.* Turic. (a sec. m.) *fit.* *damnamus.* Guelf. *mandamus.* *crescat nihil.* *Nihil.* Turic. alterum *nihil* omittit, quapropter transposui voces, quae in reliquis quidem libris ita continuantur: *nihil crescat.* *Nihil.* Stoer. Chouet. *crescet.* *autem.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Vall. Voss. 1. 2. 3. Bern. Basil. Gryph. (1536). Reliqui *enim.*

9. *si* Turic. Flor. (a pr. m.) omittunt.

respicit ad 4. „Quid enim „futurum erat".

Livium Andronicum — Pontificum annales. Recte ablegant VV. DD. ad Cic. de Or. 2, 12. item Brut. c. 18. De Livio cf. et Bentlej. ad Horat. Epist. 2, 1, 71. Malim prope *poësi* prae *poëtis* in loco nostro. cf. 10, 1, 29.

pictura — circumscriberet. „Hanc picturae originem af- „fignant omnes: cui debea- „tur, non convenit. vid. Plin. „35, 3. f. 5. Athenag. Leg. pro „Christi. p. 59. Dechair. etc." Gesnerus.

8. *damnamus — infelicitatis.* cf. 2, 5, 24.

Digitized by Google

adjicere fas non est, quomodo sperare possumus illum oratorem perfectum? cum in his, quos maximos adhuc novimus, nemo sit inventus, in quo nihil aut desideretur, aut reprehendatur. Sed etiam qui summa non appetunt, contendere potius, quam sequi debent. Nam qui agit, ut prior sit, forsitan etiam, si non transierit, aequabit. Eum vero nemo potest aequare, cujus vestigiis sibi utique insistendum putat. Necesse est enim, semper sit posterior, qui sequitur. Adde quod plerumque facilius est plus facere, quam idem. Tantam enim difficultatem habet similitudo, ut ne ipsa quidem natura in hoc ita evaluerit,

adjicere. Flor. *addicere*, ut et mox 20. Voss. 3. (a pr. m.) *addore.* Sed Voss. 1. *prioribus* omittit. *possumus illum.* Jens. *possimus ullum* cum edd. posterr. ante Basil. Mox *p. ullum* ante Obr. acc. Roll. Sed nostram vindicant mei quoque MSS. et Camp. *cum.* Turic. Flor. *quam.* Ille a sec. m. *quamquam*, hic *quum.* *his.* Sic Turic. Flor. Guelf. Reliqui *iis.* *quos.* Turic. (a pr. m.) *quo.* *inventus.* Flor. (a pr. m.) *infestus.* *summa.* Flor. Camp. *summam* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. acc. Bad. cf. 8 Pro. 1. *appetunt.* Turic. Flor. *adpetent.* Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2. et edd. ante Stoer. *appetent.*

10. *agit.* Guelf. omittit. *qui sequitur.* Turic. *equitur*, a sec. m. *equatus.* *evaluerit.* Turic. *evalueris.* Jens. *valuerit* cum edd. ante Ald. acc. Bad. cf. 9, 3, 13. et debebat in eodem capite §. 1. reponi *evaluit* pro *valuit.*

9. *illum oratorem, perfectum.* Gesnerus recte ablegat ad totius operis Prooem. §. 9. hic §. 28. item Ciceronis imprimis oratorem, initio: adde et nostr. 8, Pro. 13. 12, 1, 21.

10. *res simplicissimae* i. e. minime variae, in quibus nihil magnopere expectetur discriminis, qualis fuerit gramen, folium. Recte Gesnerus hic admonet *indiscernibilium* illorum. cf. 7. Praef. 4.

Digitized by Google

ut non res simpliciſſimae, quaeque pares maxime videantur, utique discrimine aliquo discernantur. Adde quod quidquid alteri 11
simile eſt, neceſſe eſt minus ſit eo, quod imitatur, ut umbra corpore, et imago facie, et actus hiſtrionum veris affectibus. Quod in orationibus quoque evenit. Namque eis, quae in exemplum aſſumimus, ſubeſt natura,
925 et vera vis: contra omnis imitatio ficta eſt, et

res ſimpliciſſimae — discrimine. Sic Turic. Flor. Camp. (niſi quod hic *quae*) cum Alm. Bodl. Andr. Baſil. ſed poſtremus omittit *utique*. Obr. item, ſed pro *ſimpl.* dat *ſimillimae*, et ſic narratur locum dare Bern. Sed e Voſſ. 1. *r. quae diſſimillimae videbantur* refertur. Reliqui *r. quae ſimillimae v. d.* niſi quod Jenſ. et rell. ante Ald. acc. Bad. Gryph. (1544.) inſerunt *utique*, Goth. autem et Voſſ. 2. *videntur*, indicativum habent. *discernantur.* Turic. *disnantur*, a ſec. m. *diſſocientur*, et ſic Obr. At Flor. *deſinantur*, a ſec. m. noſtrum. Hoc quidem non ferendum duco, ob ingratam etymi iterationem *discrimine discernantur.* Latere ſuſpicor *distineantur.* cf. Drakenb. ad Liv. 4, 59, 3.

11. *eſt minus ſit eo.* Turic. *e. m. eo*, a ſec. m. *eſſe m. eo.* Bern. *eſt eſſe m. ſit eo.* Camp. *a eſſe m. eo*, et ſic Obr. *neceſſe eſt* omittit Guelf. *et imago — et actus.* Turic. Flor. omittunt copulam ſecundam cum Alm., utramque Camp. et ſic Obr. *orationibus.* Voſſ. 1. 3. *orationi*, ſoli. Placet. *oratoribus* Gryph. *evenit.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *venit.* *eis.* Sic Flor. Camp. *his* Guelf. Reliqui *iis.* cf. 8, 6, 63. 6, 1, 9. *aſſumimus.* Flor. *abſumimus.* Guelf. *ſumimus* cum Voſſ. 1.

natura, et vera. Turic. *naturam et* a *u*, a ſec. manu *naturae varia.* Obr. *naturae vera.* *contra.* Turic. (a ſec. m.) *contraria.* *ficta.* Turic. Flor. *facta* cum

discernantur. cf. not. crit. 11. *actus hiſtrionum veris affectibus.* cf. *falſos affectus* 6, 2, 35. *minus* accipe de tota rei cujusque vi, non de ſola magnitudine, ne forte haereas in *umbra*; quare et Gedoynus vertit „ainſi „l'ombre eſt plus *foible* que „le corps.“ *ſubeſt natura, et vera vis.* cf. 1, 3, 5.

Digitized by Google

12 ad alienum propositum accommodatur. Quo fit, ut minus sanguinis ac virium declamationes habeant, quam orationes: quia in illis vera, in his assimulata materia est. Adde quod ea, quae in oratore maxima sunt, imitabilia non sunt, *ingenium*, *inventio*, *vis*, *faci-*
15 *litas*, et quidquid arte non traditur. Ideo

Alm. Stoer. Chouet. Leid. cf. 2, 15, 9. Neque enim vel hic plane est de nihilo. Praefero tamen receptam, propter sequentia maxime. *accommodatur.* Guelf. *commodatur* cum Leid. et marg. Choueti.

12. *Quo fit.* Turic. Flor. Camp. *quod facit* cum Alm. *quod fit* Jens. Tarv. *declamationes.* Turic. Camp. *declamatores.* *habeant.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *habent.* *orationes.* Turic. (a sec. m.) Camp. *oratores.* Inest aliquid scabri cum in oratione tum in argumentatione horum. Malim e vetustissimis libris sic rescribere: *et ad alienum propositum accommodat quod facit: at minus sanguinis et virium habent declamationes quam orationes.*

quia. Sic Flor. sed a pr. m. et hic et Turic. *quam* cum Alm.; a sec. m. Turic. *quamquam.* Reliqui *quod.*

assimulata. Turic. Flor. Camp. *dissimulata.* Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *assimilata* cum Bern. Ald. cf. 9, 2, 27. Dicas *dis* natum e praecedente *his*, ut et hic malis reponere *simulata;* sed videtur frequentatum nostro hoc compositum. *quod ea.* Camp. *qui ea.* Goth. (a sec. m.) omittit *quod.* *oratore.* Jens. *oratione* cum edd. posterr. ante Ald. *inventio, vis.* Turic. Flor. Camp. *inventionis* cum Bodl. Colbert. Voss. 2. Goth. (err. Gesn.) Loc. Ven. Rusc. Bad. Andr. *inventiones* Jens. Tarv. Ald. cum Voss. 1. 3. Nostrum, nisi dormitavi, Guelf. In edd. prima Basil. et est fortasse a conjectura Philandri.

15. *Ideo.* Sic Turic. Flor. cum Alm. Reliqui *Ideoque.*

11. 12. *accommodatur — quam orationes.* cf. nott. critt.

12. *vis.* cf. 8, 3, 88. 9, 2, 104. hic §. 25. *Adde quod* attende ter positum, brevissimo intervallo (cf. 10, 1, 25.); sed hoc fortasse consulto.

Digitized by Google

plerique, cum verba ex orationibus excerpſeruht, aut aliquos compoſitionis certos pedes, mire a ſe, quae legerunt, effingi arbitrantur: cum et verba intercidant invaleſcantque temporibus, ut quorum certiſſima ſit regula in conſuetudine, eaque non ſua natura ſint bona aut mala: nam per ſe ſoni tantum ſunt: ſed prout opportune proprieque aut. ſecus collocata ſunt: et compoſitio cum rebus accommodata ſit, tum ipſa varietate gratiſſima. Qua- 14

verba ex. Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. Reliqui inſerunt *quaedam.* *ſe, quae legerunt.* Turic. *ſequa elegerunt*, a ſec. m. *ſequi eleg.* Goth. (tac. Geſn.) *ſe que elegerunt.* Flor. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) *ſ. quae elegerunt* cum edd. ante Leid. acc. Roll. Sed Guelf. noſtrum.

effingi. Turic. *effendi*, a ſec. manu *offendi.* Flor. (a pr. m.) *effenci.* Voſſ. 3. *affingi.* cf. 10, 3, 4.

arbitrantur. Turic. Flor. *arbitrabantur.* *cum et.* Turic. Flor. Guelf. *et cum* cum Alm. Jenſ. Tarv. Sed omittit *et* Camp. cum Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Baſil.

intercidant. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *intercident.* Correxit Regius. *invaleſcantque.* Turic. Camp. *invaleſcant* cum Jenſ. Tarv. *et invaleſcant* Loe. cum Ven. Ruſc. jubente Regio. *eaque.* Guelf. *ea quae.* Goth. (tac. Geſn.) *ea* fine enclitica. *non ſua.* Guelf. inſerit *ſunt.*

proprieque. Turic. *propris.* *accommodata ſit, tum.* Camp. omittit *ſit* cum Goth. et edd. ante Baſil. exc. Ald. *ſunt* poſt *collocata* omittere narratur Voſſ. 1. qui et *tamen ipſa* pro *tum i.*

13. *intercidant invaleſcantque.* Unicuique ſuccurrant verſus nobiliſſimi Horatiani *Multa renaſcentur, quae jam cecidere cadentque* cet. Ad Piſ. 70. ſeqq. cf. Qu. 8, 6, 32. Hic autem contra, omnes quidem libros reponere libet *tempore* pro *temporibus*, qui pluralis numerus deberi videtur librariorum ſocordiae, *quorum* jungenti huic vocabulo, non, ut par erat, *verbis.* Potuit etiam adhaereſcere *bus* ex eo quod ſequitur *ut*, cum antiqua ratione ſcriptum eſſet *tempori.* cf. 3, 8, 17. Eadem opera recte reſcribas

Digitized by Google

17 *ſimplicibus negligentes.* Ideoque qui horride atque incompoſite quamlibet illud frigidum et inane extulerunt, antiquis ſe pares credunt: qui carent cultu atque ſententiis, Atticis ſcilicet: qui praeciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtium atque Thucydidem ſuperant: triſtes ac jejuni Pollionem aemulantur: otioſi

17. *quamlibet.* Sic Flor. cum Goth. Vall. (ſed hic a ſec. m.) Geſn. Bip. *quam licet* Camp. *qui licet* Turic., a ſec. m. *quid licet.* Reliqui *quidlibet.* *illud frigidum.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. exc. Bad. qui omittit *illud.* Reliqui *f. i.* *extulerunt.* Jenſ. (non Goth. err. Geſn.) *extulerint* cum edd. ante Ald. acc. Bad. *carent.* Turic. *parent.* *Atticis.* Turic. (a ſec. m.) Camp. *atticos* cum Voſſ. 2. (nil tale in Goth. cf. 10, 1, 109. item hic 24.) Obr. *attici* Guelf. cum Voſſ. 1. 3. Bern. *ſcilicet.* Camp. omittit cum Goth. Bad. *ac jejuni.* Turic. *acie juli,* a ſec. m. *ac ejuli.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. *et j.* cum edd. ante Ald. acc. Bad. et mox Baſil. *ac ſupini.*

17. *quamlibet illud frigidum.* Affectu nata transpoſitio adverbii, pro: *illud quamlibet frigidum.* [Mihi ante vocem *quamlibet* mente concipiendum videtur *aliquid,* ad quod referatur *illud.* Buttm.]

Atticis ſcilicet. Facile dativo huic applices ex prioribus vocabulum *pares,* ſc. *ſe credunt.* Sed caret concinnitate haec oratio, cum unicuique praeterea corruptorum generi certum reddatur verbum: *ſuperant, aemulantur, jurant.* Quare ſuſpicor legendum: *Attici ſunt ſcilicet.* Quibus carere dicuntur *ſententiis,* ſunt eae, quas tractavit noſter l. 8. c. 5. Mox relativum *qui* libenter compendifaciam, ad quod ſubaudiendum erat *ſunt,* minime neceſſario loquendi amfractu, cum *triſtes ac jejuni, otioſi et ſupini* ſine his impedimentis procedant. *Concluſiones* autem cave ad numeros referas: ſunt ſubtiles illae *conclaſiones,* de quibus agit v. c. Cornificius memoratus noſiro 9. 5. 98.

Digitized by Google

et ſupini, ſi quid modo longius circumduxerunt, jurant ita Ciceronem locuturum fuiſſe. Noveram quosdam, qui ſe pulchre 18
expreſſiſſe genus illud coeleſtis hujus in dicendo viri ſibi viderentur, ſi in clauſula poſuiſſent, *Eſſe videatur*. Ergo primum eſt, ut, quod imitaturus eſt quisque, intelligat, et quare bonum ſit, ſciat. Tum in ſuſcipiendo onere conſulat ſuas vires. Nam quaedam 19
927 ſunt imitabilia, quibus aut infirmitas naturae non ſufficiat, aut diverſitas repugnet.

circumduxerunt. Camp. *circumduxerint*. *locuturum*. Turic. (a ſec. m.) Camp. *locutum* cum Goth.

18. *dicendo*. Turic. (a pr. m.) *dicendi*. *viri*. Turic. omittit. *ſi*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt. *poſuiſſent*. Guelf. *potuiſſent* cum Bern. cf. 8, 6, 30. *videatur*. Guelf. *viderentur*. *ut*. Guelf. omittit. *vires*. Turic. Flor. (hic a pr. manu) *res*.

19. *imitabilia*. Sic Turic. Guelf. cum Goth. et edd. ante Ald. exc. Camp. *Mirabilia* Voſſ. 1. Reliqui *inimitabilia*. *infirmitas*. Camp. *firmitas*. *ſufficiat*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *ſufficit*. *aut*. Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *an*. *repugnet*. Turic. (a ſec. m.)

ſupini. „Qualis Maecenas „fuiſſe dicitur, qui *ſupinus* „Juvenali Sat. 1, 66. et ita „carpit compoſitionem vitio„ſam Maecenatis noſter lib. „9, 4.“ (hoc quidem *ſupinitati* non tribuam) „vid. Mei„bom. Maecen. cap. 23. ita et „Martialis 6, 42. *Non attendis, et aure me ſupina Jam dudum, quaſi negligenter audis*.“ Burmannus.

18. *in clauſula — Eſſe videatur*. cf. 9, 4, 73.

19. *imitabilia*. Jam quidem de iis non agit, quae imitatione exprimi nequeant, nec prius illud, quod dederat praeceptum, tractat, ut, quae quisque imitanda ſumeret, quare bona eſſent, ſciret; ſed ea quoque, quae et digna ſint imitatione eamque admittant in genere, non cuivis promiſcue ſperanda eſſe monet. Perſequitur enim alteram ſuam legem „conſulat vires.“ Quare ſine negatione ſcriben-

Digitized by Google

Ne, cui tenue ingenium erit, ſola velit fortia et abrupta: cui forte quidem, ſed indomitum, amore ſubtilitatis et vim ſuam perdat, et elegantiam, quam cupit, non aſſequatur. Nihil eſt enim tam indecens, quam cum mollia dure fiunt. Atque ego illi praeceptori, quem inſtituebam in libro ſecundo, credidi non ea

Camp. *repugnat.* *Ne, cui.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 1. 2. 3. Vall. Bad. Reliqui *Nec cui.* *velit.* Guelf. *velut.* *cui forte.* Turic. Flor. Guelf. *qui f.* cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Jenſ. Tarv. A ſec. manu Turic. *qui fortem*, et ſic Camp. Mox *amorem* Turic. (a ſec. m.) Camp. cum Voſſ. 1. 3. *ſubtilitatis.* Flor. (a ſec. m.) *ſublimitatis* cum Goth. Vall. Bad. Baſil. Gryph. et aliquot apud Burm. *perdat.* Turic. Camp. *perdet.* *aſſequatur.* Guelf. *ſequatur.* Turic. Flor. Camp. *perſequatur* cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Bodl. Alm. Colb. Ioann. et edd. ante Baſil. *dure fiunt.* Sic Turic. Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. (quanquam hic *durae*) Vall. (err. Badio) Bad. Stoer. Chouet. Leid. *dureſcunt* Turic. (a ſec. m.) Camp. cum Bodl. et edd. ante Bad. acc. Obr. Reliqui *dura f.*

20. *Atque.* Camp. *At quae.* *illi.* Turic. *illa.* *inſtituebam.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Obr. Reliqui *inſtitueram.* *in.* Voſſ. 1. 3. omittunt. *credidi.*

dum erat nomen *imitabilia*; quanquam non eſt quod dubitemus de voce *inimitabilis*, circa quam haeret et paululum aeſtuat optimus Geſnerus in Theſauro, ſui Qu. immemor, cujus locum deſignat alios ſecutus 2, 17, 2. qui debebat eſſe 2, 16, 16. Virgilius metro ſolo coactus variavit *non imitabile fulmen* Aen. 6, 590.

Ne, cui. Pendet hoc ab illo „conſulat ſuas vires"; et jam percenſentur ſingula, quae illo praecepto continentur.

cum mollia dure fiunt. Is qui natura acer et vehemens (*ingenium indomitum*), ſi ſupra modum velit elegans eſſe, eo maxime displicebit, quod dure et rigide faciet mollia ea, quae captabit.

20. *praeceptori — in libro ſecundo.* Vide ejus libri cap. 8. Nexum harum ego ſententiarum talem commini-ſcor. „Poſſum videri con-

Digitized by Google

ſola docenda eſſe, ad quae quemque diſcipulorum natura compoſitum videret. Et adjuvare debet, quae in quoque eorum invenit bona, et, quantum fieri poteſt, adjicere, quae deſunt, et emendare quaedam et mutare. Rector enim eſt alienorum ingeniorum atque formator. difficilius eſt naturam ſuam fingere.

Sic Flor. (a prima quidem manu *credi*) Guelf. cum Alm. Ioann. Voſſ. 1. 3. Jenſ. et edd. poſterr. ante Gryph. exc. Bad. *credi* Turic., a ſec. manu *c* mutatur, incertum in O an T. Reliqui *tradidi*, quorum Goth. Vall. Camp. probante Regio. cf. 3, 3, 4. *quae quemque.* Turic. *quem quemi*, a ſec. manu *quemquam*, et ſic Camp. cum Voſſ. 3. *quem* ſolum Guelf. *videret — debet.* Turic. *ut deret ea dutare debent*, a ſec. m. *ut de re ea dubitare debeat.* Flor. (a pr. m.) *videret ea diuare debent.* Reliqui *v. Nam is et adjuvare* (niſi quod Flor. *N. et is*, Camp. *n. ipſe et*, Guelf. *adiuare*) *d.* Noſtram cum in ipſis vetuſtis ſcripturis latere videremus, omiſimus *nam is.* Breviter ſubjiciuntur haec omnia *et adj. — fingere;* habentque ſpeciem parentheſeon. Pluralis *debent* natus, poſtquam *et adjuvare* abierat in *ea dutare* vel *diuare.* *invenit.* Sic Turic. Flor. Camp. cum edd. ante Gryph. exc. Bad. Reliqui *invenerit.* Ex Voſſ. 1. affertur *viderit et invenerit.* Ex Voſſ. 3. *viderit bona et invenit.* *Rector — formator.* Turic. (a ſec. m.) *rectorem — formatorem*, et ſic Camp. *alienorum.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *aliorum* cum edd. poſterr. ante Baſil. *difficilius.* Camp. *Difficile.*

„traria iis, quae ſupra ſuaſerim, nunc docere. Si enim, „id quod libro ſecundo praecepi, magiſter non debet indulgere diſcipulorum cujusque ingenio, ſed fingere illud iisque, quibus natura careat, inſtruere: quidni ipſi quoque imitando virtutes, ad quas minus nati „ſumus, acquiramus? Sed „cum difficilius eſt ſuam naturam immutare, quam alienorum ingeniorum fieri „rectorem; tum ne ille qui„dem, quidem volebam, „doctor quidquam contra „naturam conabitur.“ Apparet nihil minus ferendum quam Gallaei (cf. 10, 1, 96.)

Digitized by Google

21 Sed ne ille quidem doctor, quanquam omnia, quae recta ſunt, velit eſſe in ſuis auditoribus quam pleniſſima, in eo tamen, cui naturam obſtare viderit, laborabit. Id quoque vitandum, in quo magna pars errat, ne in oratione poëtas nobis et hiſtoricos, in illis operibus oratores aut declamatores imitandos putemus.

22 Sua cuique propoſita lex, ſuus cuique decor eſt. Nam comoedia non cothurnis aſſurgit, nec contra tragoedia ſocculo ingreditur.

21. *tamen, cui.* Turic. inſerit *hi.* Volebat profecto *ſi.* *errat.* Camp. *erat* cum Voſſ. 3. *illis.* Sic Turic. Flor. Guelf. cum Alm. Voſſ. 1. 2. Goth. et edd. poſt Jenſ. ante Gryph. exc. Bad. qui in margine noſtrum. *ullis* Turic. a ſec. manu, et ſic Bodl. *nullis* Camp. Reliqui *illorum*, operoſa quadam ἀκριβείᾳ, commendante Badio.

22. *Sua cuique propoſita.* Turic. (a pr. m.) *tua cujusque propoſito.* Bern. *ſ. c. propoſitio* cum Voſſ. 3. qui et addit *eſt.* *ſuus cuique.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *ſuis c.* *Nam.* Sic Turic. Camp. cum Andr. quae tamen addit *neque.* Reliqui *Nec.* *comoedia.* Turic. Flor. (a pr. manu uterque) *comoediae.* Quid lateat, non exputo. *non.* Hoc dedimus e conjectura pro librorum omnium *in.* *cothurnis.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. Reliqui *cothurnos.* *nec.* Turic. (a ſec. m.) Camp. omittunt. *ſocculo.* Sic Turic. (quanquam *tragoedias occulo*) cum Obr., a ſec. manu *ſacculo.* Camp. *ſacco.* Reliqui *ſocco.* Apparet hoc maxime loco, ſicut et §. 20. et 10, 1, 107. 10, 3, 9. Argentoratenſem Obrechti codicem habere aliquid Turicenſis et Florentinae auctoritatis. cf. praef. noſtr. p. 52. 61.

illam tollendi audaciam, qui verba „difficilius — fingere" proſcribenda cenſet. Nec tamen recte junguntur haec praecedentibus per vocem *Atque*, et ſuſpicor reponendum *atqui*.

22. *decor.* cf. 10, 1, 71. item hic §. 27.

Nam comoedia. „Ex Horatii arte poëtica ſumtus „eſt hic ſenſus ſcribentis" (v. 89 — 92.) „Verſibus exponi tragicis res comica non

Digitized by Google

Habet tamen omnis eloquentia aliquid commune. imitemur, quod commune eſt. Etiam 23
928 hoc ſolet incommodi accidere eis, qui ſe uni alicui generi dediderunt, ut ſi aſperitas iis placuit alicujus, hanc etiam in leni ac remiſſo cauſarum genere non exuant: ſi tenuitas ac jucunditas, in aſperis gravibusque cauſis ponderi rerum parum reſpondeant: cum ſit diverſa non cauſarum modo inter ipſas con-

tamen. Camp. *enim.* cf. 9, 4, 65. item 10, 5, 27. Goth. (tac. Geſn.) *enim* pro *tamen* cum Voſſ. 2. 3. *commune. imitemur.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. Reliqui inſerunt *Id.*

23. *incommodi.* Turic. *incom.* a ſec. m. *in eo.* Camp. transponit *acc. inc.* Modo Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *ſolet hoc* cum edd. poſterr. ante Baſil. *eis.* Turic. *ejus,* a ſec. m. noſtrum, et ſic Flor. *his* Guelf. Baſil. Reliqui *iis.* cf. §. 11, *uni.* Turic. (a ſec. m.) Flor. (a pr. m.) Camp. omittunt, Turic. pro *qui ſe uni alicui* a pr. m. *quis eum a.* in quo eſt noſtrum ipſum. *iis.* Sic Turic. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Baſil. Reliqui *his.* cf. §. 16.

etiam Flor. (a pr. m.) omittit. *ac jucunditas.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Bodl. Alm. (niſi quod ex his tribus *aut*). A ſec. manu Flor. *vel nuditas.* Reliqui *aut* (ſed Jenſ. [tac. Geſn.] Tarv. *ac* cum edd. poſterr. ante Baſil. exc. Aldo) *nuditas.* *ponderi.* Turic. *in ponderi,* a ſec. manu *in pondere.* *parum.* Turic. (a ſec. m.) *parium.* *reſpondeant.* Turic. (a pr. m.) *reſpondeat.* *inter ipſas.* Flor. (a ſec. m.) Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) inſerunt *ſe* cum Voſſ. 2. et edd. poſterr. ante Bad. Hic (nihil ad noſtrum quidem locum monens) ſupra (§. 15. *inter ipſos*) ut et 8, 6, 1. refert Vallam (vid. Elegg. p. 604.) annotaſſe, utroque modo recte dici Grammaticis *inter ipſos* et *inter ſe.* adde 4, 2, 13.

„vult: Indignatur item pri- „vatis ac prope ſocco Dignis „carminibus narrari coena „Thyeſtae. Singula quaeque „locum teneant ſortita decen- „tem.“ Regius. Monet Capperonn. Ciceronem aliquam tamen „tragicas res paene „comice tractandi“ rationem tribuere Caeſari, quem facit

Digitized by Google

ditio, ſed in ſingulis etiam cauſis partium; ſintque alia leniter, alia aſpere, alia concitate, alia remiſſe, alia docendi, alia movendi gratia dicenda: quorum omnium diſſimilis atque
24 diviſa inter ſe ratio eſt. Itaque ne hoc quidem ſuaſerim, uni ſe alicui proprie, quem per omnia ſequatur, addicere.

et de quo Valla ipſe agit l. c. 6, 3, 32. Noſtrum tamen locum ibidem ponit cum pronomine *ſe*. *cauſis partium*. Camp. *patium cauſae* cum Vall. (niſi quod hic et in reliquis ſine ſphalmate *partium*) Locat. et edd. poſterr. ante Baſil. *partium cauſis* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. quorum alter modo *ſimilibus* pro Jenſiano *ſimilis*; emendata Regio et in *ſingulis* mutata ſcriptura; et ſanum habent MSS. et Camp. cum reliquis. *partibus cauſae* Goth. (errr. Geſn.) cum Voſſ. 2.

ſintque. Turic. *ſint quique*. Camp. *ſint*. Jenſ. *ſintque qui* cum Locat. et edd. poſterr. ante Bad. *ſintque quia* Tarv.

movendi. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *moriendi*. Camp. *monendi*. *dicenda*. Turic. *dicit* cum Alm. a ſec. m. *dicant*, et ſic Flor. *dicent* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Bad. qui noſtrum (ut et *ſintque*) eſſe in Vall. teſtatur. Addicunt Guelf. Goth. Camp. Contractum et corruptum indicativum e gerundiis et participiis paſſivis vidimus, et viciſſim, ut 7, 1, 9. 7, 3, 9. (quo loco id ipſum quod Alm. habet Flor.) 9, 2, 77. adde 9, 4, 130. Qui *dicant*, *dicent* ſcripſerunt, inſervierunt ſuo illi, quod interpoſuerant ſupra *qui*.

diviſa. Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. Reliqui *diverſa*.

24. *ſuaſerim, uni ſe al.* Turic. Camp. *ſuaſerimus non u. a.* Flor. (a pr. m.) *ſ. non u. a.* cum Alm. *addicere*. Turic. *addici rei* cum Alm. (nihil tale dante Flor. cf. §. 5.). Guelf. Camp. *adjicere* cum Goth. (quod miror, cum Voſſ. 1. non memoretur; et e Vall. noſtrum diſerte Badius. cf. §. 17. item 27.) Jenſ. Tarv. Eſt aliquid incommodi in *ſequatur* illo, tertia perſona, quae quo referatur proprie non habet, quanquam interpreteris ἀπὸ κοινοῦ velut illud, de quo egimus, *velit* 2, 15, 12; durius tamen in minus generali verbo,

in Dialogis de Oratore conſabulantem 3, 8.

24. *uni — addicere*. cf. nott. critt.

Digitized by Google

Omnium perfectiſſimus Graecorum *Demoſthenes*. aliquid tamen aliquo in loco melius alii: plurima ille. Sed non qui maxime imitandus, et ſolus imitandus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis omnia ſic dicere, quomodo *M. Tullius* dixit? Mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem. Quid tamen noceret, vim *Caeſaris*, aſperitatem *Coelii*, diligentiam *Pollionis*, judi-

quam eſt *velle, dicere.* Facile accommodandi cauſa librarius poſt *uni* poterat ſcribere *alicui*, etiamſi in exemplo eſſet *aliquem.* Sic eruas: *uni ſe aliquem p. q. p. o. ſequatur a.* Vel, transponendo, ut manifeſtior appareat omiſſi in vetuſtiſſimis pronominis *ſe* cauſa: *ſe uni aliquem.* Discerpta enim haec in *ſuaſerimſeu ni* (pro quorum poſtremo *non*, volut 10, 1, 96.). Advertit autem, quod vetuſtiſſimi illi dant *addici* paſſivum, cujus ope ſupervacuum ſit *ſe.* Turic. et Alm. tamen illud *rei* errorem prodit. Simpliciſſimam loci medelam hanc dicas: *uni nos alicui p. q. p. o. ſequamur* (leni mutatione, cf. 4, 2, 89. 8, 3, 82. 10, 1, 1. hic 7. et mox §. 27. Turic. *imitabitur*, item Voſſ. 1. *adhibeamus* 10, 3, 5. Goth. Voſſ. 2. *quaeratur* 10, 5, 13.) *addicere.* Ex illo *rei* efficias *Eſt enim.* *Omnium perf.* Sic Flor. (a pr. m.). Sed Turic. *omnem p.* cum Alm. (cf. modo). *longe omnium p.* Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Leid. exc. Baſil. acc. Roll. A ſec. m. Flor. *omnium longe p.* Reliqui *Longe p.* quibus, niſi dormitavi, addicit Guelf. *aliquo in loco.* Turic. omittit *in.* Camp. *in a. l.* *alii.* Guelf. *aliis.*

ille. Burm. *illi*, ex ſphalmate, ut videtur, propagato a Capper. *et ſolus imitandus.* Turic. Flor. Camp. omittunt cum Goth. Alm. Pro *et*, quod Guelf. dat, edd. poſt Baſil. *etiam* acc. Bad. Transponit Tarv. *et ſ. eſt i.*

25. *omnia ſic.* Camp. omittit. *Mihi.* Flor. (a pr. m.) *mihil.* Turic. *nihil* cum Alm. *conſequi*, Guelf. *ſequi.* *noceret.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 1. 2. et edd. ante Stoer. acc. Chouet. Roll. Reliqui *nocet.* Pro *vim* Turic. *vi*, a ſec. m. *divi.*

25. *noceret.* Intellige: „etiamſi conſequi poſſem.“ cf. 1, 8, 5. *vim Caeſaris* vide et 1, 7, 34. 12, 10, 11. et cf. hic §. 12. De *Coelii* aſperitate conſule 4, 2, 123.

Digitized by Google

cium *Calvi*, quibusdam in locis assumere? 26 Nam praeter id, quod prudentis est, quod in quoque optimum est, si possit, suum facere: tum, in tanta rei difficultate, unum intuentes vix aliqua pars sequitur. Ideoque cum totum exprimere, quem elegeris, paene sit homini inconcessum: plurium bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio haereat, et, quod 27 cuique loco conveniat, aptemus. Imitatio autem (nam saepius idem dicam) non sit tantum in verbis. Illuc intendenda mens, quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque personis, quod consilium, quae dispositio, quam omnia etiam, quae delectationi videan-

26. *tum.* Guelf. *tamen.* cf. §. 13. item 10, 5, 10. Camp. *sed tamen* pro *sed tum.* *quod cuique loco.* Sic Turic. (a sec. manu) Camp. cum Bodl. *quod de cuique longo* (cf. 9, 4, 94.) Turic. Flor. cum Alm. *quod cuique* (omisso *loco*) Goth. Jens. (tac. Gesn.) eum Vall. Voss. 2. et edd. ante Basil. acc. Bad. Reliqui *quo quidque loco*, et sic Guelf. sed mox *veniat* cum Voss. 1. et *aptaremus* Basil. (mire).

27. *intendenda mens.* Turic. *intenda mens.* Flor. (a pr. manu) *intendamus.* Alm. *intendam̄s.* *quantum.* Turic. *quae cum.* Flor. (a pr. m.) *quae tum.* *decoris.* Turic. (a sec. m.) Obr. *decori*; male. *dispositio.* Flor. *depositio.* Goth. (tac. Gesn.) *disputatio.* *quam omnia etiam:* Turic. *quod omne jam.* ex Alm. nil nisi *Qđ* i. e. *quod.*

assumere i. e. foris arcessere. Vult enim in toto quam simillimus quidem esse Ciceronis noster; nec tamen recusat virtutes ab hujus ingenio alienas aliunde mutuari, Ciceronianisque adjungere. Sic Cic. Inv. 2, 24. vocabuli *assumtiva* ratio redditur, quod „*foris* adjuncto „argumento" causa defendatur. vide et 10, 1, 121.

26. *sequitur.* cf. 8 Pro. 18. adde 11, 2, 39. Mox ad §. 27. Almelov. ponit locum Plinii Epist. 1, 8, 14. „*sequi* — gloria, non appeti „debet."

27. *saepius idem.* cf. §. 13. 16.

Digitized by Google

tur data, ad victoriam ſpectent: quid agatur prooemio, quae ratio et quam varia narrandi, quae vis probandi ac refellendi, quanta in
929 affectibus omnis generis movendis ſcientia, quamque laus ipſa popularis utilitatis gratia aſſumta, quae tum eſt pulcherrima, cum ſequitur, non cum arceſſitur. Haec ſi pervideri-
mus, tum vere imitabimur. Qui vero etiam 28
propria his bona adjecerit, ut ſuppleat, quae deerant, circumcidat, ſi quid redundabit, is erit, quem quaerimus, perfectus orator: quem nunc conſummari potiſſimum oporteat,

ſpectent. Turic. *ſpectat.* *agatur.* Goth. (tac. Geſn.) *agant.* *affectibus omnis.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *actibus omnibus.* Ille nil niſi *omnis* corrigit. Ex Alm. *actibus.* *movendis.* Turic. Camp. *movendi.* Voſſ. 3. *movenda.* *quamque — gratia.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. Pro *quamque* Guelf. *quam quod.* Jenſ. *quantaque* cum edd. poſterr. ante Geſn. Noſtrum Goth. Camp. Bern. margo Baſil. et ſuaſit Regius. *tum eſt.* Turic. *cum e.* Jenſ. Tarv. *tamen e.* Mox Guelf. ante *ſeq.* omittit *oum.* *Haec ſi.* Turic. Flor. inſerunt *cum.*

perviderimus. Guelf. *providerimus.* Goth. (tac. Geſn.) *pervidebimus.* Voſſ. 2. *praeviderimus* (cf. §. 24. item 10, 3, 18.) cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Stoer. exc. Baſil. acc. Gibſ. Obr. Capper. Noſtrum dat et Vall. *vere* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

28. *redundabit, is.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt. Alm. *redundabit* omittere dicitur. A Camp. abeſt *is.*

potiſſimum. Camp. *perfectiſſimum.* *oporteat.* Sic

ad victoriam ſpectent. cf. 2, 4, 32. 3, 12, 22. item 12, 10, 48.

laus — popularis — aſſumta. Quidquid coronae datur ad plauſum petendum. Sic 12, 10, 72. *laus vulgi* dicitur. Eſt *fragor*, qualis Ciceronem ſequebatur 8, 3, 3. ubi §. 2. eſt ipſum noſtrum.

28. *deerant.* Non male Francius ſuadet reponendum *deerunt.*

Digitized by Google

cum tanto plura exempla bene dicendi ſuperſint, quam illis, qui adhuc ſummi ſunt, contigerunt. Nam erit haec quoque laus eorum, ut priores ſuperaſſe, poſteros docuiſſe dicantur.

III. Et haec quidem auxilia extrinſecus adhibentur: in iis autem, quae nobis ipſis paranda ſunt, ut laboris, ſic utilitatis etiam longe plurimum affert ſtilus. Nec immerito M. Tullius hunc *optimum effectorem ac magiſtrum dicendi* vocavit. Cui ſententiae perſonam L. Craſſi in disputationibus, quae ſunt de

Turic. Flor. Camp. Reliqui *oportebat.* *cum tanto.* Turic. (a ſec. m.) *imitando.* Camp. *imitando eum tanto.*

plura. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *plurima.* Gallaeus, nimium ſibi ſumens, ſuadet *c. t. pauciora e. b. d. ſ. quanto plura illis qui* cet. *ſuperſint.* Guelf. Camp. *ſuperſunt* cum Goth. et edd. ante Gryph. Sed Turic. *qua ſuper.* Flor. (a pr. m.) *quia ſuper.* *contigerunt.* Jenſ. (err. Geſn.) *contigerit* cum edd. poſterr. ante Ald. qui *contigerant.* *poſteros.* Flor. (a pr. manu) *poteras.*

1. Turic. inſcr. dat *quomodo ſcribendi ſit,* a ſec. manu *qui modus ſcribendi ſit,* et ſic Goth. cum edd. ante Stoer. *Quomodo ſcribendum ſit* Guelf. cum edd. rell. ante Geſn. exc. Obr. Nihil inſcriptionis in Flor. Camp. *Et.* Jenſ. hoc ipſum, ex quo *At* refert Geſn. Sed fortaſſe in ejus exemplo *A* repoſitum erat a miniatore, omiſſa enim a typotheta prima littera in Jenſ. et Tarv. *At* Goth. Ald. male.

in iis autem. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt, Alm. nonniſi *in* deſiderare narratur. Guelf. Flor. *i. his a.*

utilitatis. Flor. (a pr. manu) *utilitas.* Goth. (tac. Geſn.) transponit *etiam ut.* *ſtilus.* Turic. *ſterilis.*

ac mag. Goth. (tac. Geſn.) *et m.* *vocavit.* Sic Turic. a ſec. m., a pr. *vocatii.* Reliqui *vocat.*

Cui. Turic. Camp. *cujus.* *L. Craſſi.* Turic. *t C.*

1. *ſtilus.* cf. 7, 1, 54. Inferioris quidem aetatis auctores non moror, velut Gell. N. A. 3, 3. „*ſtilo* atque facetia ſermonis Plauto con„gruentis.“ *M. Tullius.* de Or. 1, 33.

Digitized by Google

oratore, assignando, judicium suum cum illius auctoritate conjunxit. Scribendum ergo quam diligentissime, et quam plurimum. 950 Nam ut terra altius effossa generandis alendisque seminibus fecundior fit: sic profectus non a summo petitus, studiorum fructus et fundit uberius, et fidelius continet. Nam, sine hac quidem conscientia, ipsa illa ex tem-

a sec. m. ‖ *Crassus*, et sic Camp.; dat enim *vel Crassus*, (cf. 6, 1, 20.).

2. *altius*. Flor. (a pr. m.) *altum*. Guelf. *alte*, et sic Stoer. Chouet. Leid. Nostrum et Bodl. et sic Gebhardus (Crepp. 3, 8. p. 123.) legi jubet e Palat. suo, uti videtur.

generandis. Camp. *germinandis*. *fecundior fit*. Sic Turic. (a sec, m.) Camp. cum Ald. Bad. Basil. A pr. m. ille omittit *fit*, et sic Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. 3. et edd. ante Ald. acc. Obr. Reliqui *f. est*.

sic profectus. Turic. *si p.* a sec. m. *si profecto*. Rusc. *sit p.* *a summo*. Turic. *assumo*. *et fundit*. Sic Camp.

2. *profectus non a summo petitus*. cf. 1, 3, 5.

hac — conscientia. Nihil aliud est *haec consc.* nisi *hujus rei consc.* Est autem haec res *insumtus in scribendo labor*. Is demum, qui etiam dum ex tempore dicit, memor esse potest plurimorum a se exercitii causa scriptorum, sine inverecundia aut levitate prodibit ad orandum. Reliqui extemporalitatis gloriam pudoris tantum et severitatis jactura acquirent. Huic ego sententiae quid desit, non video; quare *conscientiam*, hinc, ut putat, alienam, voce *constantia* mutantem Gesnerum nequaquam sequor. Nostra ratio est Rollini et videtur fuisse eorum, qui huic loco haec interpretationis causa adhibuerunt: *nisi tibi conscius sis laboris*, Stigelii et Landsidelii. Idem sensit Gedoynus, ita reddens illo nostra, quanquam nimis ad novitium vocis significatum: „si notre propre conscience „ne nous répond de cette „précaution." *Facultas* autem vel hic commode cesserit alteri voci *facilitas*, cf. 10, 1, 44. cujusmodi usus est 2, 4, 17. 4, 1, 54. vide et 4, 1, 61. Nostrum quidem hic libri tuentur. Sic et §. 10. *facis*

Digitized by Google

pore dicendi facultas inanem modo loquacita-
3 tem dabit, et verba in labris naſcentia. Illic radices, illic fundamenta ſunt: illic opes velut ſanctiore quodam aerario reconditae, unde ad ſubitos quoque caſus, cum res exiget, proferantur. Vires faciamus ante omnia, quae ſufficiant labori certaminum, et uſu non

cum Goth. Baſil. Gryph. (1536.) Geſn. Bip. Sed Turic. *effunditur* (hoc ipſum conjectat Gallaeus, ſed omiſſis modo *non* et *petitus*, reficto *continetur*; verbisque his omnibus *Nam ſine — labris naſcentia* pro gloſſemate proſcribendis, *ſummum* interpretans *profundiſſimum* e Plauti *ſummo puteo*; cuius medici culter, quavis ſica magis nefarius (cf. 10, 2, 20.) retunditur a loquacitate Capperonnerii bonam quidem cauſam tuente, ſed taedii pleniſſima). Colb. *etiam fundit.* Vidovaei ed. (1538.) *et effundit.* Reliqui *effundit.* *dicendi facultas.* Flor. (a pr. m.) *d. difficultas*; natum ex male continuando vitium.

3. *aerario reconditae.* Turic. *ea rarios conditae*; a ſec. m. *ſacrario ſunt conditae* cum Palat. Gebh. (Crepp. 3, 18. p. 151.), et ſic Camp. Sed Flor. *ae. ſunt conditae.* Guelf. *ae. conditae*, quod et ex Alm. refertur. *ſacrario r.* Jenſ. cum Bodl. Andr. et edd. ante Ald. Noſtrum et Goth. Vall.

quoque. Obr. omittit. *exiget.* Guelf. *exigent.* Voſſ. 1. *exigunt.* Camp. *exigit.*

litas, quod habent duo editi, ut convenientius, blanditur; collato maxime loco §. 7. ubi eſt *ſuſpecta facilitas*.

3. *ſanctiore — aerario.* Quanquam non uno loco hoc vocabuli legitur apud ſcriptores, tamen non male Badius cenſet Livium maxime ob oculos fuiſſe noſtro 27, 10, 11. Vid. de *ſanctiore* Romae *aerario* Manut. ad Cic. Att. 7, 15.

ſubitos quoque. „Sic omnes „habent: forte" [fortaſſe] „quod, *quisque* ſuperlativum „exigit. Sed tamen aptius „*ad ſubitas quosque caſus* di„xiſſe mihi quidem videre„tur." Badius, non male.

Vires faciamus. cf. 7, 10, 14. 10, 1, 42. 87. hic §. 10. *facere* in his eſt acquirere, colligere, alere. Illuſtrat maxime illud a Geſnero in v. *facere* poſitum Phaedri (3, 8, 5.) *quo cibo feciſti tantum Corporis?*

labori certaminum. „Cum

Digitized by Google

exhauriantur. Nihil enim rerum ipsa natura 4
voluit magnum effingi cito, praepositque
pulcherrimo cuique operi difficultatem; quae
nascendi quoque hanc fecerit legem, ut
majora animalia diutius visceribus parentis
continerentur. Sed cum sit duplex quaestio,
quomodo, et *quae* maxime scribi oporteat, jam

4. *effingi cito.* Turic. *effugitio*, a sec. m. *effugere*, sine adverbio; *effugere cito* Palat. Gebhardi, qui hoc ipsum probat, Latinos, quod cito effectum sit, *effugisse* dicentes narrans. Hoc cuiquam facile persuasurum eum rectissime negat Burmannus, prolata de suo conjectura *effingere*, unde nostram extudimus. Reliqui *effici cito.* cf. 10, 2, 13. Confusionem verbb. *effingere* et *efficere* vide ad 10, 1, 69.

difficultatem; quae. Turic. *difficultatemque quae*, a sec. manu *difficultatem quoque.* *quoque hanc fecerit.* Turic. (a sec. m.) *quaeque h. fecerat.* *diutius.* Turic. *dijunctis.* Flor. *disjunctis.* *parentis.* Sic Guelf. Camp. cum Goth. *parentibus* Turic. Reliqui *parentum.* Nostrum probat Gesnerus. *Sed.* Camp. omittit. Mox ante

„respectu ad sacra Graecorum, „vel solennia Romanorum, et „ipsa quoque Diis dicata, „spectaculorum certamina. „Quin ipsa illa oratorum pro„fessio, *certamen* est, ἀγὼν, et „togata quaedam militia.“ Gesnerus.

4. *effingi.* „Ita capite „praecedenti“ (§. 15.) „ima„ginem virtutis *effingere.*“ Burmannus. Vid. not. crit.

praepositque — difficultatem. An aliquid obversabatur nostro Hesiodiani illius προτίρωισθεν ἔθηκαν? Ἔ. 289.

majora animalia diutius. „Elegans est de elephante „locus Achillis Tatii ab Al„melovenio indicatus lib. 4. „(c. 4.) p. 225 sq. Κύσι μὲν „αὐτὸν ἡ μήτηρ, χρονιώτατον δέ. „Καὶ γὰρ δέκα ἐνιαυτοῖς πλάτ„τει τὴν στορέν. Μετὰ δὲ τε„σαύτην ἐτῶν περίοδον τίκτεται, „ὅταν ὁ τόκος γέρων γένηται. „Διὰ τοῦτο, οἶμαι, γίνεται μέγας „τὴν μορφὴν, ἅμαχος τὴν ἀλκὴν, „πολὺς τὴν βιοτὴν, βραδὺς τὴν „τελευτήν.“ Gesnerus. Aristotelis et Plinii in eandem rem loca jam Regius demonstravit, et deinceps alii.

Digitized by Google

5 hinc ordinem ſequar. Sit primo vel tardus, dum diligens, ſtilus: quaeramus optima, nec protinus offerentibus ſe gaudeamus: adhibeatur judicium inventis, dispoſitio probatis. Delectus enim rerum verborumque agendus eſt, et pondera ſingulorum examinanda. Poſt ſubeat ratio collocandi, verſenturque 95
omni modo numeri: non, ut quodque ſe
6 proferet verbum, occupet locum. Quae qui-

quomodo inſerit *et.* *hinc.* Guelf. *hic.* Obr. *hunc.* cf. 2, 11, 1. 3, 1, 1.

5. *protinus.* Turic. *primus,* a ſec. manu *primo ſe,* et ſic Camp. cum Bodl. Andr. Ald. *off. ſe.* Hoc ordine Guelf. Bad. Baſil. *afferentibus ſed* Turic., a ſec. manu *ferentibus.* Flor. *efferentibus ſe.* Reliqui *ſ. o.* *gaudeamus.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *gaudemus.* *inventis — probatis.* Guelf. *intuentis* (hoc ſolum e Bern. quoque affertur) — *probantis* cum Voſſ. 1. quanquam in poſtremo per apicem modo. *intentis* Flor. (a pr. m.) *agendus.* Jenſ. *habendus* cum edd. poſterr. ante Baſil. acc. Gryph. Gibſ. Roll. Utrumque recte dici Burmannus putat, auctore Valla elegg. 5, 60, et adeſt ſane verbi *agere* exemplum e Plinio (7, 29.) a Geſnero in Theſauro poſitum. In ipſo tamen *delectus* vocabulo frequentius ſaltem eſſe *habere* Gibſonus recte ſtatuit. An differt, quod hic improprie uſurpatur ille *delectus* et eſt quaſi pro *cenſura?* Interim ſtandum videtur libris vetuſtiſſimis. cf. 5, 6, 3. item 6, 3, 73. *Poſt.* Turic. Flor. *poteſt,* a ſec. m. uterque *poſtea,* et ſic Camp. cum edd. ante Stoer. exc. Ald. Baſil. *Poema* Goth. (tac. Geſn.) Noſtrum tuetur Guelf. et latet in antiquis. *verſenturque.* Turic. *verſetur,* a ſec. m. *ſerventur,* et ſic Camp. Suſpicor a Turic. abeſſe encliticam, ut abeſt a Camp. *omni modo.* Guelf. Camp. *omnino,* proclivi errore. *proferet.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *properet.* Guelf. *proferat.* Camp. *profert.* Voſſ. 1. 3. omittunt *non, ut — ſcriptorum proxima,* Guelf. diſſimiles, ut et Bern. quantum video.

6. *Quae.* Bad. *quem,* ſed per ſphalma, ut ſuſpicor.

5. *protinus — gaudeamus,* adverbium, non partici- Jungendum eſt verbo finito pio.

Digitized by Google

dem ut diligentius exequamur, repetenda saepius erunt scriptorum proxima. Nam praeter id, quod sic melius junguntur prioribus sequentia, calor quoque ille cogitationis, qui scribendi mora refrixit, recipit ex integro vires, et velut repetito spatio sumit impetum; quod in certamine saliendi fieri videmus, ut conatum longius petant, et ad illud aliud, quo contenditur, spatium cursu ferantur: utque in jaculando brachia reducimus, et, expulsuri tela, nervos retro tendimus. Interim tamen, 7
si feret flatus, danda sunt vela, dum nos

ut — exequamur. Turic. Flor. (hic a pr. manu) *exequimur*, omissa conjunctione. *scriptorum.* Turic. (a sec. m.) Flor. *scriptori* cum Jens. et edd. posterr. ante Bad.

Nam. Turic. *non.* *mora refrixit, recipit.* Turic. *morare refinxit finxit r.*, a sec. manu *mora revixit sic r.* in margine appositum *vel refrixit.* Flor. *morare refrixit fix r.* Jens. (tac. Gesn.) *m. r. sic r.* cum edd. posterr. ante Bad. quorum Loc. Ven. Rusc. etiam *recepit*, male. Dicas sane latere *sic* in illo *fix*; displicet tamen eo ingestum.

impetum — conatum. Turic. *impetu — conatu*, in altero cum Camp. *ad illud aliud.* Sic Flor. A prima quidem manu cum Turic. *aliud* solum. Hic a sec. m. *in aliud.* Obr. *in illud.* Reliqui omittunt *aliud.* *utque.* Turic. *utique.* Guelf. *ut quae.* Voss. 1. *ut.* *expulsuri tela.* Camp. inserit *uti.*

7. *feret.* Turic. Flor. Guelf. (qui et *cum* pro *si*) *fieret* cum Voss. 1. 3. Jens. et edd. posterr. ante Ald.; a sec. m. illorum uterque *fuerit*, et sic Camp. cum Bodl. Goth. Voss. 2. Bad. et aliquot edd. apud Burm. Nostrum recte tuetur Burm. advocatis de *vento ferente* Servio ad Aen. 7, 27. Barthio ad

6. *in certamine saliendi — in jaculando — expulsuri tela.* Nimis sibi indulsit; est prope Homericus similium proventus, et in re levicula, non in incessu exercituum duorum.

7. *Interim tamen.* Quid sit h. l. *interim*, ostendit §. 18. *Aliquando tamen.* cf. 1, 1, 8.

Digitized by Google

indulgentia illa non fallat. Omnia enim noſtra, dum naſcuntur, placent: alioqui nec ſcriberentur. Sed redeamus ad judicium, et
8 retractemus ſuſpectam facilitatem. Sic ſcripſiſſe Salluſtium accepimus: et ſane manifeſtus eſt etiam ex opere ipſo labor. Virgilium quoque pauciſſimos die compoſuiſſe
9 verſus, auctor eſt Varus. Oratoris quidem

Stat. Theb. 5, 29. *ferri* et *fieri* commutata, praeter Burm. hic e Victorii VV. LL. 22, 7, docet Drakenb. ad Liv. 5, 54, 6. Modo *flautus* Turic. a pr. manu, et *fletus* Ruſc. per errorem.

8. *Sic ſcripſiſſe.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ſed ſ.* *accepimus.* Turic. *accepemus*, a ſec. m. *acceptemus.* Flor. (a pr. m.) *accipimus.* *labor.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *labore.* Ille a ſec. m. praemittit *et.* *Varus.* Flor. (a pr. m.) Guelf. *variis.* cf. 6, 3, 78. et prooem. noſtr. Vo-

8. *Virgilium — Varus.* cf. not. crit. Cognoſcimus igitur aliquem ex iis, quos Gellius refert amicos familiaresque P. Virgilii de ingenio moribusque ejus memoriae quaedam prodidiſſe. Ii „dicere „ſolitum ferunt, parere ſe „verſus more atque ritu ur„ſino. namque, ut illa beſtia „fetum ederet ineffigiatum „informemque, lambendoque „id poſtea, quod ita edidiſſet, „conformaret et fingeret; „proinde ingenii quoque ſui „partus recentes rudi eſſe fa„cie et imperfecta: ſed dein„ceps tractando colendoque „reddere iis ſe oris et vultus „lineamenta.“ N. A. 17, 10. Ita lambendo pauciores factos eſſe verſus recte conjicitur ex eo, quod Pſeudo-Donatus prodit in vita poëtae: „Cum „Georgica ſcriberet, traditur „quotidie meditatos mane „plurimos verſus dictare ſoli„tus, ac per totum diem re„tractando ad pauciſſimos red„igere, non abſurde carmen „ſe urſae more parere dicens, „et lambendo demum effin„gere.“

die compoſuiſſe. „Rarior „locutio pro *in die*, ut Petron. „cap. 44. loquitur: et ita de „Lucilio Horat. Serm. 1, 4, 9. „*in hora ſaepe ducentos — „verſus dictabat.*“ Burmannus. An reponemus *quotidie*? Geſnerus, ut ex indice appareret, *quoque* (pronomen) *die* junxit, quod quidem non placet.

Digitized by Google

alia conditio est. Itaque hanc moram et sollicitudinem initiis impero. Nam primum hoc constituendum, hoc obtinendum est, ut quam optime scribamus: celeritatem dabit consuetudo. Paulatim res facilius se ostendent, verba respondebunt, compositio prosequetur: cuncta denique, ut in familia bene
952 instituta, in officio erunt. Summa haec est rei. Cito scribendo non fit, ut bene scriba- 10

lumini secundo praemissum. Ibi per errorem recensetur Colbert. codex in scriptura *Varrus;* est enim Colinaei editio (Paris. 1541. 4.). Optes sane in hoc nomine aliquem ostendi MS. qui habeat: *Varius;* quem virum hoc prodidisse multo credibilius fit, quippe familiarem Virgilii et circa opera ejus, ut constat inter scriptores, occupatum. Malim igitur vel nullo libro auctore hoc nomen restitui, nixus imprimis varietate, de qua vide 10, 1, 98. In Flor. ad 3, 8, 45. nihil a vulgata recedit. Idem, qui hic error, in MSS. Virgilii Bucol. 9, 35. et in commentariis Philargyrii ad Virg. Ecl. 2, 70. Servii ad Ecl. 3, 20.

9. *hoc constituendum.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *est c.* Voss. 1. *h. instituendum. hoc obtinendum.* Turic. (a sec. m.) *ac o.* cum Obr. vide 5, 2, 3. *est* post *obt.* omittit Camp. *ostendent.* Turic. Flor. Guelf. *ostendit.* Flor. a sec. m. *ostendet.* Voss. 1. 3. *ostendunt. respondebunt.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) *respondemus. prosequetur.* Sic Turic. Flor. cum Alm. et Obr. pro cujus nomine apud Burm. Capper. Gesn. Harl. per errorem *Voss.* Sed Turic. a sec. m. *prosequentur.* Camp. *persequentur.* Goth. *persequetur;* unde Gesnerus eruit *per se sequetur,* minus feliciter. Reliqui *sequetur. fam. bene inst.* Turic. Flor. Camp. omittunt *bene* cum Alm. Videtur librarii ad proxima aberrantis error, cum voculam huc pertinere non putaret.

10. *bene scribatur: bene.* Turic. Flor. (hic a pr. m.)

9. *in officio erunt.* Minus memori sententia supra posita recurrit; vide 8 Pro. 30. cf. infra §. 15.

10. *Cito scribendo — ut cito.* „Pollio apud Plin. Secund. 6 epist. 29. *Commode agendo factum est, ut saepe agerem: saepe agendo, ut minus commode.*" Pithoeus.

Digitized by Google

tur: bene ſcribendo fit, ut cito. Sed tum maxime, cum facultas illa contigerit, reſiſtamus, ut provideamus, et ferocientes equos frenis quibusdam coërceamus: quod non tam moram faciet, quam novos impetus dabit.

omittunt *ſcr. bene.* Error eſt ex homoeoteleuto. Mox Turic. (a pr. m.) *ſcribendi.* *facultas.* Ald. Bad. (err. Burm.) *facilitas.* *reſiſtamus.* Turic. *reſtitamus.* Flor. (a pr. m.) *reſtituamus.* An fuit *reſtitemus?* Frequens confuſio, cf. Drakenb. ad Liv. 10, 19, 5. Sed ipſum noſtrum aliquoties apud Qu. hac poteſtate, velut 9, 3, 55. et mox §. 19.

et provideamus. Flor. Camp. *et p.* cum Alm. Obr. (err. Burm.) marg. Baſil. Steph. Sed Flor. a ſec. m. *ut prohibeamus* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. exc. Ald. qui *ac prohibeamus*, quod ex Vall. quoque refert Badius, et Bad. qui *prohibeamus*, omiſſa conjunctione. *provideamus* et Bern. de conjunctione nil proditur. *et ferocientes equos.* Turic. Flor. *efferentis e.* cum Alm. Guelf. Camp. Bern. et edd. ante Gryph. niſi quod praeter antiquos illos *efferentes*, ad quos redit Baſil. Sed Ald. *et ferentes.* Goth. (err. Geſn.) *ferentes* cum Voſſ. 2. Vall. ex quorum altero Badius *et* quoque ponit. Noſtrum qui conjecit, non recepit Badius. Turic. a ſec. m. *efferentibus equis.* Poſt *equos* Flor. a ſec. m. *quos* inſerit cum Vidov. Baſil. *quibusdam.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *quibus* cum marg. Baſil. Sed omittit voçem Vidov. *coërceamus.* Turic. (a pr. m.) *coërceamur*, item *frenos* a ſec. m. Non eſt perſanatus locus, in quo, cum Badii illud *ferocientes* quantumvis ſit ingenioſum, et melius certe invento Burmanniano, placente Geſnero, *efferentes ſe* (neque enim de *equis* proprie hoc me legere memini, aliud autem eſt *efferre* ſine reciproco, cf. Drakenb. ad Liv. 4, 33, 10. ſed hoc indigebat addito objecto); ſubita illa nec ullo remedio mollita *equorum* mentio non eſt ferenda. Ingenio ſane caret, ſed ſenſui fortaſſe ſufficiat ante *ferocientes* inſertum *velut.* Tum pro *ut prov.* malim *et p.* Multum tamen abeſt, ut duplicem illam mutationem τοῦ *efferentes* κριτικῶς fieri cenſeam. *furentes* reponentis Burmanni eruditioni condonabimus. Regio deſideramti aliquot hic verba nil tamen niſi aſcribendam eſſe particulam *ac* liquet. Inſerebat ille profecto ante *coërc.* *novos.* Turic.

Digitized by Google

Neque enim rurſus eos, qui robur aliquod in ſtilo fecerint, ad infelicem calumniandi ſe poenam alligandos puto. Nam quomodo 11
ſufficere officiis civilibus poſſit, qui ſingulis actionum partibus inſeneſcat? Sunt autem, quibus nihil ſit ſatis; omnia mutare, omnia aliter dicere, quam occurrit, velint: increduli quidam, et de ingenio ſuo peſſime meriti, qui diligentiam putant, facere ſibi ſcribendi difficultatem. Nec promtum eſt dicere, utros 12
peccare validius putem, quibus omnia ſua

novus, miro errantis torpore. *Neque enim.* Sic Turic. Flor. Guelf. *Nec vero* Camp. cum Ald. cf. 5, 3, 1. Reliqui *Nec e.* cf. 9, 3, 79. *fecerint.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *fecerunt* cum edd. poſterr. ante Baſil.

calumniandi ſe. Turic. (a ſec. m.) *c. eſſe.* Obr. *c. ſeſe.* cf. 10, 2, 22. male. vid. 9, 4, 84. 157.

11. *officiis civilibus poſſit.* Turic. *officibus civiliis ſit.* a ſec. m. noſtrum, et ſic Flor. Camp. *o. p. c.* Guelf. Reliqui *c. o. p.* *ſingulis actionum.* Turic. Flor. inſerunt *vel*, quod prior ſec. m. mutat in *velut*, et ſic Camp. Suſpicor transponendum *vel ſingulis a.* *inſeneſcat.* Guelf. *inſueſcat.* Camp. *inſeneſcatur.* *occurrit.* Camp. *occurrat* cum Obr. *velint.* Turic. Flor. *velut* cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. *quidam.* Turic. Flor. *quidem* cum Baſil. *peſſime meriti.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *poſſim emeriti.* Modo *ſuo* omittunt Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. cum Alm. Fortaſſe nec male; „ingenio nocent; ingenium infamant omne, non „ſuum ſolum.“

calumniandi ſe. cf. 8 Pro. 31. item 10, 7, 14. ubi idem illud *infelicitatis* vocabulum.

11. *ſingulis actionum.* vide not. crit.

de ingenio ſuo peſſime meriti. cf. not. crit.

12. *validius.* „valdius non „eſt in uſu, ſicut contra raro „valide dicimus.“ Badius, memoratus etiam Burmanno. Viciſſim ad Declam. 9, 14. p. Burm. 202. idem deſiderare narratur *valdius*, ubi vide

Digitized by Google

placent, an quibus nihil. Accidit enim ingeniosis adolescentibus frequenter, ut labore consumantur, et in silentium usque descendant nimia bene dicendi cupiditate. Qua de re memini narrasse mihi Julium Secundum illum, aequalem meum, atque a me, ut notum est, familiariter amatum, mirae facundiae virum, infinitae tamen curae, quid esset sibi a patruo suo dictum. Is fuit Julius Florus, in

12. *enim ingeniosis.* Sic Guelf. cum Basil., sed Flor. *etiam i.* cum Goth. Jens. et edd. posterr. ante Ald. acc. Bad. Reliqui *enim etiam i.* Nostra ratio placet, quanquam vetustissimis libris auctoribus non factis; vulgata vel ob insuavem compositionem alienior. Ex male capta emendatione orta videtur geminatio conjunctionum. cf. 6, 3, 9.

Julium Secundum — familiariter amatum. Turic. nil nisi *viroter amatum*, a sec. m. *viriliter armatum.* Flor. a pr. m. et ipse omittit omnia haec, cum Alm. *mirae facundiae virum.* Turic. *mira fecundiae ferum*, a sec. m. *mira facundia virum.* Flor. duo postrema itidem, a pr. m.

quid esset. Goth. *quod e.* Placet. *patruo.* Turic.

Burm. Poëtae quidem in hisce recedunt a reliquo usu, velut Horat. Epist. 1, 9, 6. Ad Pis. 321.

memini narrasse. „Ob hunc „locum reor Vallam ridere „eos qui *memini* cum prae„senti modo construendum „putant: cum quo tamen „Cicero fere construxit: et „Maro non raro." Badius. An forte tale quid in codice ipso allitum a Vallae manu? Neque enim in Elegg. invenio. Sed tum non erat Badius dicturus „reor." Et sane non deest bona copia exemplorum in ea qualis hic constructione.

13. *Is fuit Julius Florus.* „Raphael qui se codicem Val„lensem vidisse dissimulat: „ex eo transcripsit nulla syl„laba mutata" scil. notam suam. Badius. Quae in commentario Regiano hic comparet nota, Julium Florum facit ex majoribus Flori historici aliquem, nulli, ut ait, posteriorum secundi. Fuisse autem hunc historicum Quintiliani discipulum, ut ex ipsius eloquentia liqueat. Sic enim conjungo sententias

Digitized by Google

eloquentia Galliarum, quoniam ibi demum
933 exercuit eam, princeps, alioqui inter paucos
difertus, et dignus illa propinquitate. Is cum

Flor, *patrio*; a sec. m. ille *patre*, et sic Camp., hic nostrum. Guelf. *patrono*.

apud Regium, cum „liquere „*quod nulli secundus sit* ex „ejus eloquentia", nimis fatue dicatur, quanquam eo ducit distinctio in editionibus commentarii. Illud alterum tamen, Quintiliani discipulum fuisse auctorem breviarii Florum, quare tanta fiducia ex oratione ejus colligatur a Valla Regioque, ignorare me fateor. Volaterranus, ut notum est, Epitomatorem Livii historiaeque Romanae scriptorem credidit esse ipsum nostri Julium Secundum, cum aliquot librorum scripturam in titulo breviarii, *Julii* prae altera *Annaei*, probaret. Parum illo probabiliter; nam ne aetas quidem congruit, cum Florus exeunte Trajani principatu scripserit, Secundus fuerit Qu. aequalis. Burmannus quidquid est mentionis Flororum apud veteres, temporum reliquarumque diversitatum fere securus, congessit. Mihi ea magnopere se commendat ratio, ut hic, quem noster demonstrat, ipse illo fuerit, ad quem scripta est Horatii epistola libri primi tertia. Si enim, id quod ceteo et agnoverunt VV. DD., Florus Senecae patri memoratus Controv. 25., quanquam nomine non addito, idem est nostro, plane congruit aetas, ut Latronem audierit is, qui Tiberii nondum principis fuerit familiaris, vid. nos ad 9, 2, 91. Et praeterquam quod est ex „*studiosa* co„horte" Horatianus ille v. 6., idem v. 23. „linguam causis „acuit." Restat ut in Gallia versatum probemus, quod inde quodammodo eruo, quia vocatus fuit Julius Florus ille apud Tacitum 3, 40. Treverorum rebellis; civitate donatus, quam fortasse noster ei impetravit. Galliae quantum floruerint eloquentia, Lugdunensis illa *academia* et *ara* (Suet. Calig. 20. Juvenal. 1, 44.) argumento sunt.

alioqui. cf. 5, 6, 4. cujusmodi usus adverbii est et 2, 1, 4. item Tacit. Annal. 4, 37. „(Tiberius) validus *alio*„*qui* spernendis honoribus." Simile *et alias* apud eundem Annal. 16, 1. ubi frustra Heinsius *ei* suadet pro *et*. Non desiderare illud *et* videtur *alioqui*, sed ipsum complecti. Florus praeterquam

Digitized by Google

Secundum, ſcholae adhuc operatum, triſtem forte vidiſſet, interrogavit, quae cauſa frontis
14 tam adductae? nec diſſimulavit adoleſcens, tertium jam diem eſſe, quod omni labore materiae ad ſcribendum deſtinatae non inveniret exordium: quo ſibi non praeſens tantum dolor, ſed etiam deſperatio in poſterum fieret. Tum Florus arridens, *Numquid tu*, inquit, *melius dicere vis, quam potes?*
15 Ita ſe res habet. Curandum eſt, ut quam optime dicamus: dicendum tamen pro facultate. Ad profectum enim opus eſt ſtudio,

13. *Secundum.* Turic. Flor. *ſecundo.* *ſcholae.* Turic. (a ſec. manu) *ſcevole.* *adductae.* Sic Turic. Flor. (a ſec. m. uterque) Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. Bern. Baſil. Gryph. (1544.) aliisque apud Burm. edd. *abducte* Camp. cum Jenſ. niſi quod *ae.* Reliqui *obductae*, quod jam Tarv. Ablegat Burm. ad Heinſ. in Ovid. Heroid. 21, 165. Turic. *adducentem.* Flor. *adducente.*

14. *tertium.* Turic. *tertiam.* *quod.* Sic Turic. Flor. Guelf. cum Bodl. Voſſ. 1. Obr. *quo* Camp. cum Jenſ. (tac. Geſn.) Goth. Voſſ. 2. Tarv. Reliqui *ex quo.* Noſtrum probat Burm. *deſtinatae.* Turic. (a ſec. m.) *deſtinato.*

15. *pro facultate.* Turic. *proter facultatem*, a ſec. m. *propter facultatem*, et ſic Flor. a pr. m. *Ad profectum.* Turic. Flor. *adfecero tum.* Ille a ſec. m. *ut id*

quod „Galliarum in elo„quentia princeps," ubicunque eum judicares, „inter „paucos diſertus" erat. Cave tamen *alioqui* ad *loci* ſignificationem aſtringas. De *denum* vide 6 Pro. 11.

ſcholae — operatum. „Fa„biana elegantia dignum eſt „vocabulum. Cum enim *fa„cere* et *operari* ad omnia „ſint communia, tamen, cum „per ſe ponuntur, rebus „ſacris, utpote divinis, et ſtu„diis ſanctioribus propria „ſunt." Badius.

14. *tertium — diem eſſe, quod.* Plane ſic Plinius Epiſt. 4, 27, 1. „Tertius dies eſt, „*quod* audivi recitantem Sen„tium."

Digitized by Google

non indignatione. Ut poſſimus autem ſcribere etiam plura celerius, non *exercitatio* modo praeſtabit, in qua ſine dubio multum eſt, ſed etiam *ratio;* ſi non reſupini, ſpectantesque tectum, et cogitationem murmure agitantes, exſpectaverimus, quid obveniat, ſed quid res poſcat, quid perſonam deceat, quod ſit tempus, qui judicis animus, intuiti, humano quodam modo ad ſcribendum acceſſerimus. Sic nobis et initia, et quod ſequitur, natura ipſa praeſcribit. Certa ſunt enim pleraque, 16

fecero tum, hic *ad perfectum* cum Goth. *plura celerius.* Sic Turic. Flor. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. acc. Bad. Reliqui inſerunt *et.* In Guelf. videtur eſſe hoc. Camp. modo *et* pro *etiam.*

tectum. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt.

cogitationem murmure. Turic. *cogitationum murmere.*

obv. ſed quid. Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt *ſed* cum Goth. Voſſ. 1. (Voſſ. 2. nulla in hoc mentio) et edd. ante Gryph. Inſerta eſt particula ex ingenio, cujus quidem neſcio, ſed neceſſario. *intuiti.* Turic. *intulit.* Flor. *intulitu,* a ſec. m. *intuitu,* et ſic Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Vall. et edd. poſterr. ante Ald. acc. Bad. Sed Camp. pro his *intuiti h. q. m. a. ſcrib.* dat: *quo interim animo tandem ad ſcrib.* et ſic Ald. Noſtrum repoſuiſſe videtur Philander; ingenioſe. Bonam copiam ejurat Regius, cui et corrupta noſtra, et illa legebantur, quae ab audaculo Campano videntur profecta. *quod ſequitur.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. Reliqui *quae ſequuntur.* *praeſcribit.* Camp.

15. *reſupini — quid obveniat.* Accidit noſtro, quod ſupra §. 9, ut ſua repeteret immemor, quae ſunt 2, 11, 4. (cf. nos in praef. p. 88.). Sunt tamen utrique loco ſuae veneres, ut geminatione carere nolis. Malim hic *quod obv.* quo ipſe locus geminus deducit.

humano — modo. Sic F latinam „paene non *humana* „voce" eſtlandam dicit 12, 10, 29, unde putes „*humanum* modum" opponi *murmuri* ſupra poſito. Sed quid-

Digitized by Google

et, nisi conniveamus, in oculos incurrunt: ideoque nec indocti nec rustici diu quaerunt, 934
unde incipiant: quo pudendum est magis, si difficultatem facit doctrina. Non ergo semper putemus optimum esse, quod latet; immutescamus alioqui, si nihil dicendum videatur,
17 nisi quod non invenimus. Diversum est huic eorum vitium, qui primo decurrere per

praestabit cum Ald. Gryph. et aliquot Burm. nec tamen (ut ille ait) Basil.

16. *conniveamus.* Turic. omittit cum Alm. Nulla mentio Flor. cf. 10, 1, 89. *commoneamus* Voss. 3. *ideoque* Goth. Jens. (tac. Gesn.) Guelf. Camp. omittunt enclitieam, eum edd. ante Ald. acc. Bad. *pudendum.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *putandum* cum Alm. Sed Turic. a sec. m. *quos.* *semper putemus.* Sic Turic. (quanquam hic a pr. m. *petemus*) Flor. Camp. Reliqui *p. s.*

immutescamus. Turic. *.ininmutescamus*, a sec. m. *ne inmutescamus*, et sic Flor. (nisi quod *imm.*) cum Jens. et edd. posterr. ante Stoer. acc. Gibs. item Gesn. ipse in Thesauro h. v. Sed Camp. *nec imm.* cum Goth. Voss. 2.

quod non inv. Guelf. omittit *non.* Contra habet Goth. err. Gesn. qui omissionem et probat et ad notam suam amandat lectorem, quae nulla est.

17. *eorum.* Turic. (a sec. m.) *ergo.* *qui primo.* Turic. *inquiri modo.* a sec. m. *in quo queri est mos.* Camp. *q. primum* cum Goth. Addidit nostris *quasi* Jens. cum edd.

quid certa ratione fit, humanum est et decet „sanctius — „animal mentisque capacius „altae", cum ille, quem modo adumbravit, advocandi afflatus divini impetus aut dei cujusdam sit aut bestiae.

16. *immutescamus.* „Rario„ris usus hoc verbum etiam „occurrit apud Statium lib. 6, „184. *sic fata repente Con„cidit, abruptisque immutuit „ore querelis;* ubi tamen „quidam codices *obm.* sed „Barthius ex simillimo loco „lib. 5, 542. defendit *imm.*" Burmannus. Ex ea autem quae hic est forma *immutescamus alioqui* facile apparet justa emendatio loci 2, 4, 30. Legemus ibi *appareat alioqui.*

Digitized by Google

materiam ſtilo quam velociſſimo volunt, et ſequentes calorem atque impetum, ex tempore ſcribunt; hanc *ſilvam* vocant: repetunt deinde, et componunt, quae effuderant: ſed verba emendantur et numeri, manet in rebus temere congeſtis, quae fuit, levitas. Protinus 18
ergo adhibere curam rectius erit, atque ab initio ſic opus ducere, ut caelandum, non ex integro fabricandum ſit. Aliquando tamen affectus ſequimur, in quibus fere plus calor,

poſterr. ante Baſil. Sunt haec tentamina emendandi monſtri illius Turic. in quo tamen nihil latet niſi noſtra ipſa, antecedente *vitium*, inſequente *decurr.* *volunt.* Turic. *velunt*, a ſec. m. *velut.* An fuit *velint?* cf. §. 11. Frigere videtur illud *volunt.* Unam vidi Leid. hic protinus ſubjicientem *hanc ſilv. voc.* parentheti loco; ordinem Gibſono merito improbatum. *manet.* Turic. (a ſec. m.) *manent*, et ſic Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. *congeſtis.* Turic. *conceſtis*, a ſec. m. *contextis*, et ſic Flor. (ſed a pr. m. *conteſtis*). cf. 10, 7, 16.

fuit. Goth. *fudit* cum Voſſ. 2. Jenſ. et edd. poſterr. ante Baſil. Placet Geſnero, immerito.

18. *Protinus.* Guelf. *Propter.* *caelandum.* Camp. *edendum.* Alm. *celendum.* *ſequimur.* Sic Turic. Flor. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. (Goth. non notavimus,

17. *volunt.* cf. not. crit.

ſilvam vocant. In hac vocabuli poteſtate conferendus maxime Cicero, qui ſaepe ea utitur. Sed loca demonſtrantur in Lexicis, ubi et reliqua de hac voce quaerenda.

18. *opus ducere.* cf. dicta ad 2, 17, 3. et Burm. ad Val. Flacc. 1, 429.

Aliquando — ſequimur. In hisce non eſt praeceptum, ut futuro opus ſit in verbo; ſed quo interdum ſpectet conſilium orantis oſtenditur, cui ſane illam, cujus ante mentio fuit, velocitatem magis conducere, quam conſideratam nimis diligentiam. Ita modo §. 15. quae ſit perpetua naturae ratio definiebatur, *praeſcribit*, non quid, certo cogitandi modo uſurpato, eventurum ſit. *Sequimur*, interpretare *ſectamur*, *quaerimus.*

Digitized by Google

quam diligentia, valet. Satis apparet ex eo, quod hanc ſcribentium negligentiam damno, quid de illis dictandi deliciis ſentiam.

per errorem profecto. cf. 10, 2, 27.) et edd. ante Ald. acc. Bad. Reliqui *ſequemur.* *valet — damno.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. In repoſitis Flor. omittit *ex eo.* *ſentiam.* Flor. (a pr. m.) Camp. *ſententiam.*

dictandi deliciis. „Scilicet „jam tum notabilis erat ea „mollities, ut circa ſcribendi „artem negligentiores eſſent „homines in aliquo faſtigio „conſtituti (vid. 1, 1, 28.): „quae poſtea ita invaluit, ut „*dictare* jam eſſet eruditorum „hominum opus, quemad„modum antea *ſcribere.* Ita„que *vario dictandi genere* „ſupergreſſum ſe alios dicit „Sidonius Apollinaris 8, 6. et „ab initio ejusdem epiſtolae „conjungit *ſtudia certandi,* „*dictandi, lectitandique.* Vid. „quae hic Savaro, itemque ad „*latiſſimae dictationis cam*„*pum* 9, 9. Hinc apud Caſ„ſiodorum Var. 8, 13. ex „perſona Athalarici Regis „Ambroſius *dictationibus ad*„*hibetur,* et ſubjicitur, *omnia* „*bona cumulat lingua diſerta,* „et *Quod a nobis praecipitur,* „*gratia dictantis ornatur.* „Sermo eſt de Quaeſtura„ dignitate, cui nihil hodie „ſimilius munere Secretario„rum intimorum. Hinc nati „*de arte dictandi* (h. e. epi„ſtolas ſcribendi) libelli. „Quae cum ita ſint, non „erraſſe cenſeo, qui Eginhardi „de Carolo M. verba c. 25. „ita interpretantur, ut ſcri„bendi artis et formandorum „ſtilo, calamo, penna elemen„torum imperitum fuiſſe di„xerit: quod nec in mentem „aliter venire poteſt cuiquam „ipſa verba intuenti. *Ten*„*tabat et ſcribere, inquit, ta*„*bulasque et codicillos ad hoc* „*in lectulo ſuo cervicalibus* „*circumferre ſolebat, ut cum* „*vacuum tempus eſſet,* manum „effingendis litteris aſſueface„ret. *Sed parum proſpere* „*ſucceſſit labor praepoſterus ac* „*ſero inchoatus.* At incredi„bile eſt, doctum adeo prin„cipem pingere litteras ne„ſciſſe? At non minus incre„dibile, niſi crederemus Caſ„ſiodoro, Quaeſtorem Prin„cipis in ſcribendis quae for„maret Edictis Principalibus „manu ſua non uſum, ſed „dictaſſe. At ſunt loca aucto„rum idoneorum, ubi *ſcri*„*pſiſſe* Carolus dicitur? At „potuit hoc per alios. Sed „*correxit,* Thegano teſte de

Digitized by Google

Nam in ſtilo quidem quamlibet properato dat 19
aliquam cogitationi moram non conſequens
celeritatem ejus manus: ille, cui dictamus,
urget, atque interim pudet etiam dubitare,
aut reſiſtere, aut mutare, quaſi conſcium
infirmitatis noſtrae timentes. Quo fit, ut 20
935 non rudia tantum, et fortuita, ſed impropria
interim, dum ſola eſt connectendi ſermonis
cupiditas, effluant: quae nec ſcribentium
curam, nec dicentium impetum conſequantur.

19. *Nam in.* Turic. Flor. Camp. omittunt *in* cum Voſſ. 1. §. Alm. *quamlibet properato.* Guelf. *quaelibet et p.* Inſerit *et* Voſſ. 1. quoque, cum Jenſ. Tarv. Expunxit Regius. Goth. *perpetrato*, ſolus. *ejus.* Turic. Flor. omittunt. *illo.* Camp. omittit. *aut reſiſtere, aut mutare.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

„geſtis Ludov. c. 7. *libros „ſacros?* Ita nimirum, ut ipſe „oculis uteretur, et quid cor„rigi deberet, oſtenderet. Ex „Synodo ad S. Macram pro„fertur, *Carolum annotaſſe „quaedam in tabulis, quas ad „capitium lecti ſui cum gra„phio haberet, et cum conſi„liariis inde tractaſſe*, idque „*quidam ab illis audiſſe* dici„tur, *qui interfuerunt.* Nempe „animadverſi ſunt pugillares: „quid ſibi vellent, aliquis „pro ſua de Carolo opinione „interpretatus eſt. Oſtendit „doctiſſimus Fontaninus Vin„dic. diplom. 2, 3. p. 170. „Caroli tempeſtate vulgo „principes viros et epiſcopos „quoque ejus artis imperitos „fuiſſe. A quibus ea res ini„tiis profecta ſit, ſatis hic „ipſe Fabii locus docet, et „Plinii utriusque conſuetudo. „Junior enim de avunculo „ſuo narrat 3, 5, 15. de ſe „9, 36, 2. 9, 40, 2. etc.“ Geſnerus.

19. *reſiſtere.* cf. not. crit. ad §. 10. Item 10, 7, 14. 11, 2, 46. 11, 3, 121.

20. *impropria.* Geſnerus hic recte remittit ad 8, 2, 6.

conſequantur. cf. 10, 1, 102. 10, 2, 25. Eſt „parem obti„nere dignitatem.“

Digitized by Google

At idem ille, qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo, velut offensator fuerit, inhibetur cursus, atque omnis, quae erat, concepta mentis intentio mora et
21 interdum iracundia excutitur. Tum illa, quae altiorem animi motum sequuntur, quaeque ipsa animum quodammodo concitant, quorum est jactare manum, torquere vultum, simul vertere latus et interim objurgare,

20. *ille, qui.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt *qui* cum Alm. *tardior — — legendo.* Turic. (hic quidem cum Camp. etiam prius *in* omittit) Flor. (hic a pr. m.) *t. i. f. a. incertior et diligendo,* cum Alm. nisi quod ex hoc *et* non refertur. *Incertior* etiam Guelf. cum Bern. marg. Basil. et Vidov. *offensator.* Turic. *offensatur,* a sec. m. *offensatus.* Flor. (a pr. m.) *offensatum. fuerit.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) Guelf. *fuit* cum Voss. 1. Displicet recepta. Quid enim est illud putidi discriminis, *tardior aut inertior?* Et quare *legat* is cui dictatur? Puto, cum jubetur a dictante. Sed sic non scriba miser, verum ipse sibi impedimento est, qui cogitat. Insuave etiam asyndeton ante *velut.* Resingam ista hunc in modum: *A. i. i. q. e. si tardior scribendo* (sive *in f.*) *aut incertior, et delendo velut offensator fuit* (sive *fuerit*). Nihil profecto similius equo *offensatori* (ejus enim proprium hoc vocabulum arbitror, quanquam hic solum oblatum, quare additum *velut*), quam delendo se interpellans, qui scribit. *Oscitatorem* conjectanti Badio condonabimus. cf. 10, 7, 10. 11, 3, 130. *cursus.* Turic. (a sec. m.) *cura ejus. concepta.* Hoc conjecit Regius, male improbatus Badio. Libri quidem omnes *conceptae.*

21. *altiorem.* Sic Guelf. cum Gryph. (1536.) Colin. Vidov. marg. Basil. Obr. *aptiorem* Turic. Flor. Camp. cum Bern. cf. 10, 1, 63. Reliqui *apertiorem.* Mox Turic. Flor. *motum animis,* hic deleto a sec. m. S. *vultum.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *volutum. simul vertere latus et interim.* Turic. *sinti elatus i.,* a sec. m. *sintie latus i.*

tardior — offensator fuerit. vid. not. crit.

21. *simul — objurgare.* vid. not. crit. Quae hic nisi solum

Digitized by Google

quaeque Perſius notat, cum leviter dicendi genus ſignificat,

Nec pluteum, inquit, *caedit, nec demorſos ſapit ungues;*

etiam ridicula ſunt, niſi cum ſoli ſumus. Denique ut ſemel, quod eſt potentiſſimum, 22
dicam: ſecretum in dictando perit. Atqui

Flor. *ſimul et elatus i.* Guelf. *ſimul et interim*, cum Stoer. Chouet. Leid. Unde ſit *vertere*, niſi forte e Goth. et Voſſ. 2., nondum diſco, et haereo ſane in verbo, quod ita ſimpliciter junctum *lateri* non novi. An haec fuit Quintiliani manus: *vultum ſimul, interim et latus* (ſcil. *torquere*), *interim objurgare* (ſcil. *latus*)? Quanquam vel voci *ſimul* diffido, velut natae e ductibus vocis *vultus*. Unde autem littera S in Turic.? Neque enim potuit eſſe *vultus*. Illud imprimis tenendum, *objurgare* hoc loco eſſe *ferire* (cf. Graev. ad Flor. 1, 1, 8. et intpp. ad Petron. 34.), et referendum ad *latus*, accuſativum. cf. 2, 12, 10. 11, 3, 123. *quaeque Perſius.* Guelf. *quae* P. male. *demorſos — ungues.* Turic. Flor. *demorſus — unguis*, niſi quod Turic. *jurguis*, et a ſec. m. *jurgiis.* *ſoli ſumus.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ſolis.*

22. *potentiſſimum.* Turic. Flor. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) *potiſſimum* cum Voſſ. 2. (Goth. non notavimus) et edd. ante Baſil. *in dictando perit.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. 2. Baſil. Reliqui *quod d. p.* niſi quod Guelf. *q. d. comperit* et marg. Baſil. *q. d. conpetit* (err. Burm.). *Atqui.* Hoc dedi ex conjectura. Libri enim omnes *atque*, multi tamen poſt maximam diſtinctionem.

decere negat, eorum ſimilia qui uno modo praeſente faciat, furioſum paene judicat 1, 2, 31; utrumque tamen recte et congruenter.

Perſius — cum leviter dicendi genus. Sat. 1, 106. Cave autem cum Geſnero praeferas *leniter.* Eſt genus dicendi negligentia corruptum, in quo ſumma eſt *levitas*, rerum pondere carens, nulla *lenitas.* cf. §. 17. „in „rebus — *levitas.*“

22. *ut ſemel — dicam.* cf. 10, 1, 17. 11, 1, 66.

Digitized by Google

liberum arbitris locum, et quam altiſſimum ſilentium ſcribentibus maxime convenire nemo dubitaverit. Non tamen protinus audiendi, qui credunt, aptiſſima in hoc nemora ſilvasque; quod illa coeli libertas, locorum amoenitas, ſublimem animum, et beatiorem ſpiritum parent. Mihi certe jucundus hic magis, quam ſtudiorum hortator, videtur eſſe feceſſus. Namque illa, quae ipſa delectant,

coeli libertas. Flor. (a pr. m.) *cicilii liberatis.*

locorum. Sic Turic. Flor. Reliqui *locorumque.*

parent. Goth. *parant*, ſed et modo *quid* pro *quod* (ubi Camp. *qui*) cum interrogatione in clauſula. Schelius ad Dial. de Oratt. c. 12. conjicit *pariant*, noſtrum recte tuente Burm. qui ponit loca Ovidii Art. 1, 237. Remed. 805.

23. *certe jucundus.* Flor. inſerit *vim demoni*, Alm. *videmoni.* cf. §. 16. Bene mecum agitur, quod nihil ejusmodi habet Turic. meus. Sed vel nunc aegerrimo animo bonam copiam hic ejuro. *quae ipſa.* Sic Turic. Flor. Guelf. Omittit *ipſa* Camp. Reliqui *i. q.* Blanditur ſane alter ordo, ſed noſter cum difficilior videatur, deſerere eum non ſum auſus. Interpretor: „haec cum per ſe, nullis litterarum „lenociniis, voluptatem faciant.“ Vulgata jejunior.

delectant. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *delectent* cum Ald. male: ut et *advocent* (cf. not. exeg.) cum edd. poſterr. ante

aptiſſima — nemora ſilvasque. Locum, in ipſa harum deliciarum reprehenſione, mirifice comtum nitidumque, vix legas ſine recordatione eorum quae Plinius, noſtri diſcipulus, in diverſam ſententiam; et adhibuit Geſnerus; Epiſt. 1, 6. 9, 36, 6.; ſed et alterius, quem ego Tacitum eſſe adhuc teneo, qui in Dial. de Oratt. c. 9. extr. et 12. ſuaviſſimam habet ſtudendi in agris commendationem. Eo reſpexit, ut monitum eſt, Plinius ipſe 9, 10, 2. Ut illic *nemora et luci*, ita et hic uno variato vocabulo. *Beatiorem* autem *ſpiritum*, pro quo *laetiorem* reponere auſus eſt Obrechtus, rectiſſime defendit Burmannus, allegans locum noſtri 10, 1, 109. Nec aliud *dives vena* Horatii.

23. *quae ipſa.* vid. not. crit.

Digitized by Google

neceſſe eſt avocent ab intentione operis deſtinati. Neque enim ſe bona fide in multa ſimul intendere animus totum poteſt: et, quocun-
956 que reſpexit, deſinit intueri, quod propoſitum erat. Quare ſilvarum amoenitas, et praeter- 24
labentia flumina, et inſpirantes ramis arborum aurae, volucrumque cantus, et ipſa late circumſpiciendi libertas, ad ſe trahunt: ut mihi remittere potius voluptas iſta videatur cogitationem, quam intendere. Demoſthenes 25
melius, qui ſe in locum, ex quo nulla exaudiri vox, et ex quo nihil proſpici poſſet,

Ald. Sed Voſſ. 1. (a m. pr.) *amovent.* *reſpexit.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Bad. acc. Baſil. Reliquae *reſpexerit.* Parum recte. cf. 9, 4, 96.

24. *inſpirantes — volucrumque.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *i. rami* (hoc et Guelf. cum Voſſ. 1. 3.) *a. arme* (Flor. tamen *ae*) *volucrum.* Turic. a ſec. m. *i. rami a. volucrum*, et ſic Camp. niſi quod *ramis.* *vol. iſta.* Camp. *v. ipſa* cum Goth. *voluptatis iſta* Flor. *quam.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

25. *nulla exaudiri.* Turic. *n. extuidire*, a ſec. m. *nullam exaudire*, et ſic Camp. qui et *vocem.* Flor. (a pr. m.) *nulla exaudire.* Goth. *n. audire.* Obr. modo *a quo* pro *ex quo.*

et ex quo. Turic. (a pr. m.) Flor. *eſt et quo.* Guelf. *et e quo.* Goth. (tac. Geſn.) *et ex qua.* Jenſ. (tac. Geſn.) *poterat*

avocent. Vomanus in Anthol. Burm. III, 51. „Oblectat hortus, avocat, paſcit, „tenet;" quam ſcripturam ibi Burmannus e codd. repoſuit et noſtro quoque loco firmavit; nam *advocat* illic etiam vulgatum erat.

bona fide. i. e. plane, prorſus. (*da vero* Forcell. ex noſtro loco.) Cf. Declam. Qu. 12, 1. ibique Burm. item Senec. patr. Controv. l. 5. praef. Duk. ad Flor. 2, 1. Geſn. Theſ. v. Bonus p. 625. Interdum reſpondet Graeco ἀτεχνῶς, non quidem hic, ſed illo declamm. loco. Minus recte hic Badius interpretatur *ſedulo et diligenter.*

25. *Demoſthenes melius, qui ſe — recondebat.* cf. 11, 3, 54.

Digitized by Google

recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideoque lucubrantes, silentium noctis, et clausum cubiculum, et lumen unum velut
26 tectos maxime teneat. Sed cum in omni studiorum genere, tum in hoc praecipue bona valetudo, quaeque eam maxime praestat,

et ex quo cum edd. ante Bad. nisi quod Aldus mox *potest* pro *posset;* utrumque recte improbante Badio, qui omissis nostris *nihilque* cum edd. ante Obr. exc. Basil. acc. Roll. Sed Obr. mox *potèrat* pro *posset.* *recondebat.* Jens. *recumbebat* cum edd. posterr. ante Ald. qui *recipiebat.*

mentem cogerent. Turic. inserit *occuli,* sequente tamen mox *oculi.*

Ideoque. Camp. *Ideo.* Placet. *clausum.* Goth. (tac. Gesn.) *clusum* cum Vall. Bad. cf. 9, 4, 102.

velut tectos. Turic. Flor. *et volud rectos.* In illo inter *et* et *velut* suprascriptum *vel.* Guelf. Camp. *v. rectos* cum Alm. Voss. 1. 2. Goth. Bern. et edd. ante Leid. acc. Gibs. Interpretatur Badius: „velut recta in rem unam intentos, in „eam videlicet quam proposuerint." Tentat Burm. *vel etiam lectus,* multos testatus qui de Romanis in lecto studentibus prodiderint. Huic respondent Capper. ac Gesnerus, modestius hic et eruditius. Apparet, quam exigua sit, qua hi nituntur, receptae auctoritas. Mihi juxta ac Burmanno „nec *tectos* nec *rectos* satis placet." Quare enim „*velut* „tectos"? Num in *cubiculo clauso* non sunt *tecti?* Inprimis autem attendendum censeo *et* illud praemissum in vetustissimis. Latet aliquid, ni fallor, in isto *rectos,* quem nominativum suspicor Graecae alicujus vocis. Ad Plinium quoque 9, 36, 2. vulgatam nostram tuetur Gesnerus.

Plutarch. in Vit. Demosth. c. 7. ἐκ τούτου κατάγειον μὲν οἰκοδομῆσαι μελετητήριον, ὃ δὴ διεσώζετο καὶ καθ' ἡμᾶς. Enarrantur ibidem et reliquae viri exercitationes, de quibus conferendus etiam Libanius in vita Demosth. (p. 4. ed. Demosth. Reisk.)

lumen unum. Ablegat Burmannus ad Bynkershoekii Observ. Juris Rom. 1, 14. ex hoc loco ostendentes, quid sit *lumen unicum* apud Ulpianum.

velut tectos, vid. not. crit.

Digitized by Google

frugalitas, neceſſaria eſt: cum tempora ab ipſa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data, in acerrimum laborem convertimus. Cui tamen non plus irrogandum eſt,
937 quam quod ſomno ſupererit, haud deerit. Obſtat enim diligentiae ſcribendi etiam fati- 27
gatio: et abunde, ſi vacet, lucis ſpatia ſufficiunt: occupatos in noctem neceſſitas agit. Eſt tamen lucubratio, quoties ad eam integri

26. *frugalitas.* Alm. *fragilitas*, ſolus. *ab ipſa.* Turic. Flor. *ipſa cum ipſa.* Hic ab altera manu *ipſa ab ipſa.* *data.* Camp. *datam.* *haud deerit.* Turic. Guelf. Camp. *aut d.* cum Goth. Voſſ. 1. 2. et edd. ante Gryph. exc. Bad. qui noſtrum, quod repoſitum inveniebat in Vall. Nulla hic varietas notatur, neque in Flor. neque Alm. ut hos duumviros (cf. §. 22.) ſponſores habere videamur optimae emendationis. Fuit cum alteram ſcripturam ſic interpretarer: tempus quod aut nimium impenditur ſomno, aut natura ipſa eidem ſubtrahitur, cum inſomnes ſumus caſu aut valetudine (cf. 10, 6, 1. *intermiſſus ſomnus*). Sed hoc parum conveniret ſequentibus. Nec perſpicua oratio, ſi hoc voluit. Nimium auſus Regius, recidens ille noſtra; quem ſolus expreſſit Aldus. Modo pro *ſupererit* Palat. *ſuperarit*, quod praefert Gebhardus (Crepp. 3, 18.), ſine cauſa.

26. *frugalitas.* Cave ad noſtram hodie rationem circumſcribas vocis poteſtatem, et de ſola cibi et potus temperantia intelligas. cf. 1, 6, 17. 11, 3, 19. ubi noli ad *facilem ciborum digeſtionem* aſtringere vocabulum. 12, 1, 8. Sunt *boni mores.*

cum — convertimus. Displicet et indicativi ſtructura, et cumulatum *cum.* Malim reponi *quo*, ut referatur ad *ſtudiorum genus.*

quam quod ſomno — deerit. Ad *cui* intellige *labori;* ne forte neutrum accipias, de toto negotio in genere pronunciatum. Quod *ſupereſt* ſomno, illud intelligitur tempus, quod nimium a pleriſque ſomno concedi ſolet; *deeſt* autem, quidquid corpori reficiendo parum eſt.

27. *ſi vacet — occupatos.* Attende oppoſita, grate variata ſtructura.

Digitized by Google

ac refecti venimus, optimum ſecreti genus.
28 Sed ſilentium et ſeceſſus, et undique liber animus, ut ſunt maxime optanda, ita non ſemper poſſunt contingere: ideoque non ſtatim, ſi quid obſtrepet, abjiciendi codices erunt, et deplorandus dies: verum incommodis repugnandum, et hic faciendus uſus, ut omnia, quae impedient, vincat intentio. quam ſi tota mente in opus ipſum direxeris, nihil eorum, quae oculis vel auribus incur-
29 ſant, ad animum perveniet. An vero frequenter etiam fortuita hoc cogitatio praeſtat, ut obvios non videamus, et itinere deerremus: non conſequemur idem, ſi et voluerimus?

28. *ut ſant.* Turic. (a ſec. m.) Camp. *quae ſ.* *ita non.* Turic. Flor. Camp. *n. i.* male. *impedient.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. exc. Bad. Reliqui *impediunt.* Ex Alm. Voſſ. 1. afferunt *impediant.*

29. *An vero.* Turic. (a ſec. m.) *At v.* Ald. Baſil. Gryph. (1536.) *An non,* ſuadente Regio. Sed poſt *vero* inſerunt *ſi* Gryph. (1544.) Steph. *frequenter etiam.* Turic. (a ſec. m.) *ſ. et e.* Camp. *ſ. ac e.* cf. 5, 2, 3. *fortuita.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *fortuitu.* *hoc cogitatio.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. *haec c.* cum edd. ante Bad. male. *itinere deerremus.* Turic. Flor. *ita erremus* cum Alm. A ſec. manu Turic. *ita errremus.* Guelf. *ita ne e.* cum Voſſ. 3. Bern. niſi quod hi juncta

28. *codices.* Plane pro *codicillis, pugillaribus,* cf. §. 32. quales ſunt apud Plinium l. c. inſtrumenta laboris extemporalis.

faciendus uſus. Simili modo hic *facere* dicitur, ut in *viribus faciendis* §. 3. *faciendae forma* 10, 6, 3.

29. *An vero — non conſequemur.* cf. 6, 2, 30. item Cic. pro Rabirio perd. c. 5. „An vero ſervos noſtros — „nos neque — neque — „neque."

Digitized by Google

Non eſt indulgendum cauſis deſidiae. Nam ſi non niſi refecti, non niſi hilares, non niſi omnibus aliis curis vacantes, ſtudendum exiſtimaverimus, ſemper erit, propter quod nobis ignoſcamus. Quare in turba, itinere, 30 conviviis etiam faciat ſibi cogitatio ipſa ſecretum. Quid alioqui fiet, cum in medio foro, tot circumſtantibus judiciis, jurgiis, fortuitis etiam clamoribus, erit ſubito continua ora- 938 tione dicendum, ſi particulas, quas ceris mandamus, niſi in ſolitudine reperire non poſſu-

voce. *non niſi hilares.* Turic. *nonniſi nihil apres,* a ſec. manu *nonniſi nihilo preſſi.* Flor. (a pr. m.) *non niſi nihil aps.* Ipſa haec omittunt Voſſ. 1. 3. non Guelf. qui mox non habet *omnibus,* ut nec Baſil. Gryph. (1536.), cum viciſſim *aliis* deſideret Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald.

exiſtimaverimus. Guelf. *exiſtimarimus* cum Alm. *exiſtimavimus* ex Voſſ. 1. affertur. *erit.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt.

30. *Quare in.* Turic. (a ſec. m.) Camp. inſerunt *ſi.*

itinere. Turic. *itur eſſe,* a ſec. m. *itur et.* Flor. (a pr. m.) *intuere.* Voſſ. 1. *itineri.* Voſſ. 3. *itinerum.* *conviviis etiam.* Jenſ. inſerit *vel concione* cum edd. poſterr. ante Burm. exc. Bad. Stoer. Chouet. Leid. male voces reducente Gibſono, ſuorum Codd. ſecuro. Neque enim ullus MS. haec (err. Geſn.) neque Camp. Badius quidem rectiſſime „hoc" inquit „ab aliquo imperito e margine in contextum „intruſum opinor. Nam ſi *in concione* auctor poſuiſſet, in- „cepte intuliſſet: *Quid alioqui fiet, cum in medio foro* etc. cum „in concione longe plus ſtrepitus ſit quam in foro: in foro „enim ad judices modo ſit oratio, in concione ad univerſum „populum." *ſibi.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ibi.*

alioqui. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *aliquid.*

judiciis, jurgiis. Flor. (a pr. m.) *judiois, jurgis.* Ex Alm. affertur *virgis.* *mandamus.* Turic. (a ſec. m.)

30. *continua oratione — particulas.* Lucubrando enim et meditando nonniſi particulae orationum et disjecti ſenſus effinguntur.

Digitized by Google

mus? Propter quae idem ille tantus amator ſecreti Demoſthenes, in litore, in quod ſe maximo cum ſono fluctus illideret, meditans, conſueſcebat concionum fremitus non ex-
31 paveſcere. Illa quoque minora (ſed nihil in ſtudiis parvum eſt) non ſunt transeunda, ſcribi optime ceris, in quibus facillima eſt ratio delendi: niſi forte viſus infirmior mem-

mandemus. *quae idem.* Turic. *quidem*, a ſec. m. *quod quidem*, et ſic Camp. *in quod.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *i. quo* cum Goth. Voſſ. 1. 2. Vall. et Jenſ. Tarv. Baſil. *ſe.* Camp. omittit cum Goth. Vall. *maximo.* Guelf. *maxime.* *illideret.* Goth. *illiderentur*, ſed e Voſſ. 2. *illideretur*, et ſic Vall. Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. acc. Bad. *illuderet* Voſſ. 3. an cum *ſe*, non doceor: vide 5, 14, 34. ablegante Burm.

31. *parvum.* Turic. Flor. Camp. *parum* cum Alm. Hic quidem maximae auctoritatis libros ſequendos eſſe non putavi. Neque enim probatus vocis *parum* ſignificatus, de quo vide 10, 1, 130. 3, 1, 5. 1, 1, 18., noſtro loco congruit, et plerumque in ſimilibus ei, quae hic promitur, ſententiis *parvi* nomine utitur auctor, velut 1, 1, 8. 21. 1, 5. 7. 1, 6, 20. 1, 7, 33. Comparatur quoque *parvum*, non *parum*, recte *minoribus.* Quanquam dicat aliquis, *parvum* ſane eſſe in ſtudiis, nihil autem quod *nimis parvum* ſit i. e. *parum.*

Demoſthenes, in litore. Διὰ δὲ τοῦτο (τὸ συκατάπληκτον εἶναι) Φασὶν αὐτὸν ἄνεμον ῥαγδαῖον τηροῦντα καὶ πνευμένην σφοδρῶς τὴν θάλατταν, παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα, λίγειν καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δήμου καταβοάς. Libanius in vita Dem. „— ex me — qui „in Phalericum etiam deſcen„derim: quo in loco ad „fluctum ajunt declamare ſo„litum Demoſthenem, ut fre„mitum aſſueſceret voce vin„cere.“ Cic. de Fin. 5, 2.

31. *parvum.* vide not. crit. *ſcribi — ceris.* Neceſſarium videtur, quod in ſolo Flor. a ſec. manu invectum video, ut praemittatur praepoſitio: *in ceris.* Niſi forte vitavit inſuavem iterationem „*in* „ceris *in* quibus“, facili ad ſubaudiendum particulae adjectione.

Digitized by Google

branarum potius usum exiget: quae ut juvant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, et cogitationis impetum frangunt. Relinquendae autem in 32 utrolibet genere contra erunt vacuae tabellae, in quibus libera adjicienti sit excursio. Nam interim pigritiam emendandi anguſtiae faciunt; aut certe novorum interpositionem priora confundant. Ne latas quidem

Sed hoc proprie reddes *quod non eſt ſatis*, neque id huc facere quisquam putabit. cf. 12, 2, 4.

exiget. Turic. (a ſec. m.) Camp. *exigat.*

juvant. Turic. *vigant*, a ſec. m. *vigeant.* Flor. (a pr. m.) *figant.* Alm. *jugant.* *ita.* Guelf. omittit.

crebra — calami, morantur. Turic. Flor. *crebro relationi quod* (Flor. a ſec. m. *quoad*) *inguitur* (Turic. a ſec. m. *jungitur*, Flor. *intinguntur*) *calami repetitione m.* cum Alm., niſi quod *quoad* ſolum refertur, et, quos Philander memorat, aliis, ex quibus tamen *relationis quoad intinguntur.* Guelf. *crebro relationi q. i. c. m.* Voſſ. 1. 3. *crebro relationi quod i. c. m.* cum Jenſ. Tarv. *crebrae r. q. i. c. m.* Ald. *crebro r. q. i. c. m.* Baſil. Burmannus, *relatione* vocabuli *repetitione* gloſſam ratus, haec conjectat: *crebra, quoad tinguitur, calami repetitione.* Significatus, qualis hic, *relationis* plane phyſicus, ſi ita loqui licet, ferendus quidem non videtur, medelam tamen loco non reperio.

32. *contra erunt vacuae.* Turic. Flor. *c. e. vel quae*, ille a ſec. m. *vel* ſolum, hic noſtrum. Guelf. *c. eum v.* cum Goth. Voſſ. 1. 2. Bern. Vall. Jenſ. Tarv. Reliqui omittunt interjectum, ſuadente etiam Regio. Sed Badius *vacuae* ſolum habet. *adjicienti ſit.* Flor. *ſit adjicienda ſint.* Ex Alm. *adjicienda ſunt.* Guelf. *adjicienda ſ.* cum Voſſ. 1. Bern. *adjiciendi ſ.* Camp. cum Goth. et edd. ante Stoer. acc. Obr. Cur non corrigebat Regius ut 4, 5, 6? Turic. quin noſtrum ipſum det, non dubito. *interpoſitionem.* Sic Turic. a pr. m. cum Alm. Reliqui *interpoſitione.* *confundant.*

crebra — calami, morantur. vide not. crit.

32. *confundant.* Conjunctivus recte ponitur, cum de-

Digitized by Google

ultra modum esse ceras velim, expertus juvenem studiosum alioqui praelongos habuisse sermones, quia illos numero versuum metiebatur, idque vitium, quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis codici-
33 bus esse sublatum. Debet vacare etiam locus, in quo notentur, quae scribentibus solent extra ordinem, id est, ex aliis, quam qui sunt 959
in manibus loci, occurrere. Irrumpent enim optimi nonnunquam sensus, quos neque inserere oportet, neque differre tutum est: quia interim elabuntur, interim memoriae suae

Sic Turic. Flor. Guelf. cum Goth. Voss. 1. 2. 3. Jens. Tarv. Basil. *confunduntur* Locat. cum posterr. edd. ante Ald. acc. Bad. Reliqui *confundunt.* *ultra modum.* Camp. *admodum.* *praelongos habuisse.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *p. alius* cum Alm. Ille a sec. manu *post longos alios.* *quia — versuum.* Turic. (hic a sec. m. *numeris*) Flor. (hic a pr. m.) *qui illis numeros usum.* Camp. *quod i. numeris v.* *admonitione.* Camp. *ammonitione.* *potuerat.* Flor. (a pr. m.) *potuerant.*

33. *id est, ex.* Turic. *idem et.* a sec. m. *item et,* et sic Camp. *quam qui.* Goth. (tac. Gesn.) *quanquam.* *in manibus.* Guelf. Jens. (tac. Gesn.) *immanibus* cum Tarv. *loci.* Camp. *locis* cum Goth. et edd. ante Basil. *Irrumpent.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.). Reliqui *Irrumpunt.* *tutum.* Guelf. *tantum.* *interim elabuntur, interim.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) omittunt cum Alm. *sui.* Turic. Flor. Camp. *suae* cum reli-

monstretur, quod fieri possit alio quodam eveniente; nec similis ratio in *faciunt*, ubi adjicitur *interim.* „*confusus* „stilus" est 1, 1, 28.

alioqui. cf. §. 15. Neque enim video, quomodo praelongorum sermonum consuetudo parum studiosum arguat; nisi forte imparatus qui ad orandum accedat verbosus sit, idque fuerit expectandum a desidia raro aut nunquam studentis. Et haec fortasse rectior ratio. Ad *habuisse* male retuleris adverbium.

Digitized by Google

intentos, ab alia inventione declinant: ideoque optime ſunt in depoſito.

IV. Sequitur *emendatio*, pars ſtudiorum longe utiliſſima. Neque enim ſine cauſa creditum eſt, ſtilum non minus agere, cum delet. Hujus autem operis eſt, *adjicere*, *detrahere*, *mutare*. Sed facilius in iis ſimpliciusque judicium, quae replenda vel dejicienda ſunt: premere vero tumentia, humilia extollere, luxuriantia aſtringere, inordinata digerere,

quis, exceptis Guelf. Goth. Voſſ. 1. 2. 5. Jenſ. et edd. poſterr. ante Baſil. tum Gryph. (1544.) Steph. Rollin. Geſn. (refertur et Alm.; cf. §. 26.), qui omnes tuentur eruditiſſimam ſcripturam.

1. *iis.* Sic Turic. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Baſil. Reliqui *his.* *dejicienda.* Guelf. *adjicienda.* *aſtringere.* Sic Camp. cum edd. ante Burm. (exc. Gryph. Roll.) Reliqui *adſtringere.* Solus Obr. *ſtringere.* Male, cf. 2, 2, 4. Alterum eſt brevitatis, ut 4, 1, 128. *inordinata digerere.* Turic. Flor. (a pr. manu) omittunt cum Alm. Pro altero Guelf. *dirigere* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Bad. et aliquot Burm. fruſtra defendente Badio, Burmanno ſaltem ferente. Cf. 11, 1, 6. Burm. mo-

1. *ſtilum — delet.* Cum „luxuriem illam, quae in „ſumma ubertate ineſt, de„paſcitur.“ (Cic. de Or. 2, 23.) Fateor autem, pro illo quod modo eſt *creditum* malle me *traditum.* cf. 1, 10, 17. Quanquam utraque ſcriptura aliquod dictum vel praeceptum a veteribus memoriae proditum deſiderat; quod equidem demonſtrare non poſſum.

replenda — dejicienda. Exquiſitius variata verba pro *adjiciendo* et *detrahendo.* Illius commoda in Lexicis afferuntur exempla Digeſt. 42, 1, 4. „lege *repletur* quod ſen„tentiae *deeſt*“ et Ovid. Her. 10, 57. „— quod voci „*deerat* plangore *replebam*“. Hujus, rarioris item ſignificatus, mentionem habet Erneſtus in Clave Cic.

Digitized by Google

ſoluta componere, exultantia coërcere, duplicis
2 operae. Nam et damnanda ſunt, quae placuerant; et invenienda, quae fugerant. Nec dubium eſt, optimum eſſe emendandi genus, ſi ſcripta in aliquod tempus repoſuntur, ut ad ea poſt intervallum, velut nova atque aliena, redeamus, ne nobis ſcripta noſtra,
3 tanquam recentes fetus, blandiantur. Sed neque hoc contingere ſemper poteſt, praeſertim oratori, cui ſaepius ſcribere ad praeſentes uſus neceſſe eſt: et emendatio finem habeat. Sunt enim qui ad omnia ſcripta, tanquam vitioſa, redeant, et quaſi nihil fas ſit rectum 94o
eſſe, quod primum eſt, melius exiſtiment, quidquid eſt aliud, idque faciant, quoties

nente. Mox *reſoluta* Turic. Flor. (a pr. m.) Camp. Sed hoc adhaereſcebat ex omiſſis illis et antecedente quoque.

2. *placuerant.* Turic. Camp. Tarv. *placuerunt.* Placet, et tum ad hunc modum reſingendum *fugerunt*, quod non facit Tarv. Mox *et inv.* — *dub. eſt* Turic. Flor. (a pr. m.) Camp. omittunt. *eſſe.* Turic. (a ſec. m.) Camp. *eſt.*

reponuntur. Sic Turic. Flor. (a pr. m.) Camp. Reliqui *reponantur.* *tanquam.* Turic. Flor. (a pr. m.) *quam.* Ille a ſec. m. *quaſi*, et ſic Camp. cum edd. ante Baſil.

3. *et emendatio.* Sic Turic. Flor. (a ſec. m.) Reliqui inſerunt *ipſa.* Quanquam Turic. *mendatio.* *habeat.* Sic Camp. *habent* Turic. Reliqui *habet.* *vitioſa.*

ſoluta — exultantia. cf. 10, 2, 16. Apparet haec pertinere ad numeros. Sed ipſa *inordinata* quoque eodem referenda ſuſpicor, vid. 9, 4, 25 — 32, quoniam de *diſpoſitione*, quam ſane intelligere poteras, nunc non agit noſter, ſed de ſola elocutione.

2. *placuerant.* vid. not. crit.

tanquam recentes fetus. Pſeudo-Turnebus recte remittit ad Epiſt. ad Tryph. 2.

3. *melius exiſtiment.* Remittit Geſnerus ad 10, 1, 115.

Digitized by Google

librum in manus resumserunt, similes medicis etiam integra secantibus. Accidit itaque, ut cicatricosa sint, et exanguia, et cura peiora. Sit ergo aliquando, quod placeat, aut certe 4 quod sufficiat: ut opus poliat lima, non exterat. Temporis quoque esse debet modus. Nam quod Cinnae Zmyrnam novem annis accepimus scriptam, et Panegyricum Isocratis,

Guelf. *vitia* cum Voss. 1. *manus.* Guelf. *manibus* cum Voss. 1. 2. (an 3?) Jens. et edd. posterr. ante Bad.

resumserunt. Sic Turic. (a pr. m.) Flor. Guelf. cum Jens. et edd. posterr. ante Bad. acc. Basil. Reliqui *resumserint,*

4. *ergo.* Sic Turic. Flor. cum Jens. et edd. posterr. ante Ald. acc. Bad. Reliqui *igitur.* *opus — exterat.* Turic. *pus spolliati* (a sec. manu simplex L) *ima exterat.* Flor. (a pr. m.) *o. p. ima exterat.* *Cinnae — scriptam, et.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. Pro *Panegyricum* autem nihil habent nisi *cum.* *Zmyrnam.* Sic

cura pejora. „Non absi„milis est locus ille Plinii 35, „10." [p. Hard. 695.] „no„cere saepe nimiam diligen„tiam." Passerat. „De Tibe„rio hoc notat Sueton. cap. „70. *illum ex tempore prae„stantiorem habitum quam a „cura.*" Burm.

4. *poliat — non exterat.* „Plin. lib. 5. epist. 11. *Ita„que opus non jam splendescit „lima, sed atteritur.*" Pithoeus. „vide et Plin. lib. 9. Ep. 35." Alm.

Cinnae Zmyrnam novem annis. C. Helvius Cinna historiam Zmyrnae vel Myrrhae (cf. 9, 2, 64.) brevi sed obscurissimo carmine exposuit, cui velut defosso thesauro novem annis incubuisse dicitur. Notum est Epigramma Catulli: *Zmyrna mei Cinnae nonam post denique messem, Quam coepta est, nonamque edita post hiemem,* cet. vide Burm. ad Anthol. 2, Ep. 250. et F. A. Wolfium ad Sueton. Gramm. c. 18. Inde Horatii illud ad Pis. 388. Affert huc Gesnerus, non intempestive quidem, jocum in carmen de virgine Aurelianensi conjectum non, ut ille putat, a Menagio, sed a Mommorio, supplicum libellorum magistro: *Illa Capellani dudum expectata puella Longo post tandem tempore prodit anus.* Cinnae Zmyrnam a Gedoyno

Digitized by Google

qui parciſſime, decem annis dicunt elaboratum, ad oratorem nihil pertinet: cujus nullum erit, ſi tam tardum fuerit, auxilium.

V. Proximum eſt, ut dicamus, *quae praecipue ſcribenda* ſint. Hoc exuberantis quidem eſt operis, ut explicemus,

Goth. (tac. Geſn.) niſi quod per I. Reliqui *Smyrnam.* cf. 9, 2, 64. item VV. DD. ad Tac. Annal. 4, 56.

qui parciſſime. Turic. *q. partiſſimum*, a ſec. m. *parciſſimum.* Goth. (tac. Geſn.) Camp. *quam p. tam.* Goth. (tac. Geſn.) omittit.

1. *ſcribenda ſint.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *ſ. ſunt* cum edd. ante Bad. Modo *eſt* omittit Flor. a pr. m. Inſcriptionem autem nullam habent neque hic, neque in proximo capite, Turic. Flor. Camp. Sed Guelf. et Goth. *Quae ſcribenda ſint* (rell. *ſunt* ante Baſil.) *praecipue* cum edd. ante Geſn. exc. Obr. *Hoc.* Turic. *Haec* cum Jenſ. Tarv. *hec* Camp. cum Goth. Voſſ. 2. cf. 8, 6, 2. *exuberantis.* Turic. *experantibus id.* a ſec. manu *exſuperantibus id.* Flor. (a pr. m.) *ex imperantibus id*, cum Guelf. Voſſ. 1. 3. (niſi quod in his tribus *id* non comparet) Jenſ. (err. Geſn.) Tarv. *Id* tamen et Goth. habet.

quidem eſt operis. Turic. *qua idem oporis* (an fuit *laboris?*), a ſec. m. *quia idem operis.* Flor. (a pr. m.) *qua id operis.* In hoc inciſo *quidem* alieno eſt loco, ſi refertur ad *Hoc*, et facilius applicetur ei, quod in plerisque vett. antecedit, *id.* Tum reponat aliquis *Haec exuperantis*, ubi tamen neque *Haec* placuerit, neque vulgarius verbum ſuccedens exquiſitiori *exuberantis.* An igitur *Hic* erit probandum prae *Hoc?* Libentius tamen, quoniam *eſt* exulat e vetuſtiſſimis, modo transpoſitionibus indulgeri poſſit, haec eruam: *Hoc quidem exuberantis ſit operis.* cf. 10, 1, 38. item hic §. 19. et 5, 1, 3. *Sit* corruptum in *id.* Ille autem ablativus *imperantibus* natus ex male divulſo *ex.* Similis uſus τοῦ *ſit* pro *fuerit* 7, 9, 5. *explicemus.* Turic.

fabulam ſcenicam acceptam recte notat Capper.

qui parciſſime. Alii enim quindecim annos aſſignant, ut Plutarchus narrat in vita Iſocratis.

1. *Hoc — eſt operis.* vid. nott. critt.

Digitized by Google

quae sint materiae: quae prima aut secunda, aut deinceps tractanda sint: nam id factum est etiam primo libro, quo puerorum, et secundo, quo robustiorum studiis ordinem dedimus: sed, de quo nunc agitur, unde copia ac facilitas maxime veniat. Vertere Graeca in Latinum a
941 veteres nostri oratores optimum judicabant. Id se L. Crassus in illis Ciceronis de Oratore

exoplice in eis, a sec. m. *exempli cui in eis*. Flor. (a pr. m.) *explicem eis*. *quae sint*. Turic. (a sec. manu) Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *q. sunt* cum Voss. 2. Ald. *et secundo*. Flor. inserit *in*. *quo robustiorum*. Sic Turic. *quo jam robustiorum* Guelf. *quo robustiorum* Flor. (a pr. m.) Alm. Reliqui *quo jam robustiorum*. Nostrum conjecit Francius. cf. 2, 2, 14. *facilitas*. Turic. (a sec. m.) Goth. (tac. Gesn.) Camp. Basil. *facultas*. cf. 2, 2, 11. 4, 17. 10, 1, 59. Pro *ac* dant *et* Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. posterr. ante Gryph.

2. *judicarant*. Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. *Id se*. Turic. Camp. *ipse*. *Oratore*. Turic. (quanquam per compendium) Flor. (hic a pr. m.) *oratoriis*. Ille a sec. m. *oratore id se*. Camp. post vocem nostram inserit

primo libro — secundo. 1. cap. 9. 2. capp. 4. 10.

sed, de quo nunc agitur. Commodum *hoc* pro *quo* legendum suadet Gesnerus. Fortasse lenius *eo*. Recepta scriptura impeditam habet structuram, si ex illo *explicemus* repetitur *explicandum esse*.

2. *Crassus — Cicero*. Prius vide de Or. 1, 54. Alterum demonstrare non contingit. Neque enim nisi in genere commendatam Graecarum litterarum exercitationem memini me reperire in scriptis Ciceronianis, velut initio libb. de Officiis, de Finibus, eaque parte Bruti, ubi de studiorum suorum ratione exponit. Suspicor et hanc *frequentissime de vertendo Graeca praecipientis Ciceronis* mentionem esse ab illa toties nobis animadversa securitate Quintiliani, qui libros cummaxime laudatos neque memoria tenuerit neque inspexerit. Sed suam inopiam hic testari interpretes debebant.

Digitized by Google

libris dicit factitaſſe. Id Cicero ſua ipſe perſona frequentiſſime praecipit: quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere translatos. Id Meſſalae placuit: multaeque ſunt ab eo ſcriptae ad hunc modum orationes: adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis ſubtilitate contenderet. Et manifeſta eſt exercitationis hujusce ratio. Nam et rerum copia Graeci auctores abundant, et plurimum artis in eloquentiam intulerunt: et hos transferentibus, verbis uti optimis licet: omnibus enim

maximum. *Id Cicero.* Camp. *Idcirco.* *Id Meſſalae.* Turic. *in M.* Obr. *Idem M.* Jenſ. *Marco i. M.* cum edd. ante Baſil. exc. Camp. *Id* Flor. (a pr. m.) omittit.

Romanis — contenderet. Turic. *romanus* (a pr. manu *romana*) — *contendere.*

3. *hujusce.* Turic. (a ſec. m.) *hujus eſſet.* Voſſ. i. 3.

Platonis — translatos. Platonis quidem Timaeum et Protagoram, Xenophontis autem Oeconomicum. Ruhnkenius in praefatione Rutilio Lupo praemiſſa p. 18. lacunam arguit in hoc loco, quanquam nemini animadverſam, quia non potuerit non eſſe memor Qu. verſarum a Cicerone orationum Aeſchinis et Demoſthenis de cauſa Cteſiphontis, cui operi praepoſita de optimo genere oratorum disputatio reliqua facta eſt.

illa Hyperidis — ſubtilitate. cf. 10, 1, 77. ubi citatis ſcriptorum locis apparet, ſubtilitatem magis quam robur laudari in Hyperide. Quae hic notatur in Romano ſermone talium Venerum inopia, eam ſupra quoque ſignificavit noſter 10, 1, 100.

3. *omnibus — noſtris.* „In interpretatione Graecis quidquid verborum bonorum adhibeamus noſtrum eſt, nemo occupavit, libere utimur; at in altero exercitationis genere, quo aliorum vel poetarum vel oratorum, Romanorum quidem, ſenſus aliis Latinis conamur reddere, difficultatem res habet, cum optima jam occupata ſint.“ Gesnerus.

Digitized by Google

utimur noſtris. Figuras vero, quibus maxime ornatur oratio, multas ac varias excogitandi etiam neceſſitas quaedam eſt: quia plerumque a Graecis Romana diſſentiunt. Sed et illa ex 4
Latinis converſio multum et ipſa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo ſolo genere exercitationis dicitur uſus eſſe Sulpicius. Nam et ſublimis ſpiritus attollere orationem poteſt: et verba, poëtica libertate audaciora, non praeſumunt eadem proprie dicendi facultatem. Sed et

hujus eſſe. *excogitandi etiam neceſſitas.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

4. *et illa* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *etiam i.* cum Voſſ. 2. et edd. poſterr. ante Baſil. *dicitur uſus eſſe.* Turic. *ducitur eſt.* Flor. (a pr. m.) *ducitur eſſe.* Alm. *dicitur eſſe.*

et ſublimis. Turic. *eſt ſ.* Flor. (a pr. m.) *e ſ.*

audaciora. Turic. Flor. *audatiore,* a pr. m. ille *auditiore,* hic *auditiore.* Guelf. *audacior* cum Voſſ. 3. *non praeſumunt.* Sic Turic. Flor. cum Alm. Baſil. Burm. Geſn. Bip. *nec p.* Obr. Reliqui MSS. et excuſi ante Locat. *et p.* et Camp. quidem *praeſumit.* Mox omnes *praeſumunt* ſolum, quo redit Capper, hinc alieniſſima effutiens in nota. Gedoynus quoque e prava ſcriptura meras nugas eliciens defungitur.

eadem. Turic. Flor. Guelf. *eandem* cum libris, ut videtur, omnibus exc. Camp. (nam hic expreſſe noſtrum) Obr. Burm. Geſn. Bip. Noſtrum ſuaſit Rollinus. *proprie.* Jenſ.

Figuras vero — excogitandi. Quae hic ſignificantur *figurae*, ſunt illae verborum primum, deinde etiam grammaticae potius quam rhetoricae, quoniam id ſpectatur, quod Romani et Graeci ſermonis diverſitas facere vertentem cogit. cf. 1, 1, 13. 4, 2, 118.

4. *non praeſumunt — facultatem.* Nihil difficultatis in loco, modo memineris *praeſumere* eſſe *in anteceſſum auferre*, cujus ſignificationis teſtem Geſnerus recte citat locum 11, 1/ 27. Sed eodem faciunt levi differentia, quibus utitur Burmannus, 2, 4, 7. 1, 10, 27, 8. 6, 63. cf. nos ad 1, 1, 20.

Digitized by Google

ipſis ſententiis adjicere licet oratorium robur, et omiſſa ſupplere, effuſa ſubſtringere. Neque ego paraphraſim eſſe interpretationem tantum volo, ſed circa eosdem ſenſus certamen atque 942
aemulationem. Ideoque ab illis diſſentio, qui vertere orationes Latinas vetant, quia, optimis occupatis, quidquid aliter dixerimus, neceſſe ſit eſſe deterius. Nam neque ſemper eſt deſperandum, aliquid illis, quae dicta ſunt, melius

omittit cum poſterr. edd. ante Ald. *ſupplere, effuſa.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. cum Alm. Reliqui inſerunt *et.* Pro *effuſa* Guelf. *admiſſa.* Bern. autem omittit *ſupplere effuſa.*

5. *paraphraſim.* Sic Turic. Flor. (niſi quod *pha,* quod a ſec. m. emendat Flor.) cum Locat. Ven. Ruſc. *paraphraſin* Goth. (tac. Geſn.) et ſic ſec. Turic. manus. *per yfraſim* Camp. *periphraſim* (err. Geſn.) Jenſ. Tarv. Reliqui graecis litt.

eſſe. Turic. Flor. (hic a pr. manu) omittunt.

volo. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *vero,* ſed per compendium ℣.

vertere orationes. Guelf. *veteres oratores.*

Latinas. Turic. *latina.*

vetant. Turic. Flor. (hic a pr. manu) omittunt cum Alm. *vetent* Camp.

optimis occupatis. Turic. *optimus o.,* a ſec. m. *optimis occupati.*

neceſſe ſit eſſe deterius. Turic. *neceſſet ſed erius.* a ſec. m. *neceſſe ſit ſed erius.* Flor. (a pr. m.) *n. ſ. deterius.*

ſemper eſt deſperandum. Turic. *ſed per*

oratorium robur. cf. 2, 4, 2. „tanto *robuſtior,* quanto ve„rior." Poeticae enim fictioni inanem quendam tumorem tribuit.

ſubſtringere. „Neſcio an „haec legerit Tertullianus, „certe ſimili modo hoc verbo „utitur *de Oratione* c. 1. de „brevitate orationis domini„cae *quantum — ſubſtringitur „verbis, tantum diffunditur „ſenſibus.*" Burmannus. Elegantiſſimum hujus verbi uſum habet et Ovidianus ille *ſubſtricta gerens — ilia Ladon* Metam. 3, 216. *aſtricta ilia* noſter 8, 3, 10.

5. *paraphraſim — interpretationem.* Facile apparet attendenti, prius eſſe ſubjectum, alterum attributum; ne forte quis propter vim oppoſitionis attributum priore loco poſitum putet.

ab illis diſſentio. Aliquid

Digitized by Google

poſſe reperiri: neque adeo jejunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici, niſi ſemel, non poſſit. Niſi forte 6
hiſtrionum multa circa voces easdem variare geſtus poteſt, orandi minor vis, ut dicatur aliquid, poſt quod in eadem materia nihil dicendum ſit. Sed eſto, neque melius, quod invenimus, eſſe, neque par: eſt certe proximus locus. An vero ipſi non bis ac ſaepius 7

illud d. a ſec. m. *ſic per illud d.* Flor. (a pr. m.) *ſed per illud eſt d.* Alm. *ſemper illud d.* Obr. *ſemper eſt ſperandum* et modo *et* pro *neque.* *niſi.* Turic. *non.*

non poſſit. Camp. omittit *non.*

6. *Niſi forte.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. *multa circa voces easdem.* Turic. *muta c. vetes eadem.* Flor. (a pr. m.) *muta c. veteres eadem.* Guelf. quoque *muta.* Baſil. in marg. *mutus.* *poſt.* Goth. *praeter* cum Voſſ. 2. et edd. a Jenſ. inde ante Baſil. acc. Gryphio.

Sed. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

eſſe. Sie Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Alm. Vall. et edd. ante Gryph. exc. Ald. Reliqui *ſit*, corrigente Regio; ſed eadem noſtrae ſtructura eſt apud Horatium Epiſtt. 1, 1, 81. *Eſto — teneri.* *par.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *pars.* *proximus locus.* Guelf. *proximis locis.* Camp. *proximis l.* cum Bad. Gryph. Stoer. Chouet. Rollin. Capper. Sed MSS. reliqui noſtrum.

7. *An vero ipſi non bis.* Flor. Guelf. *A. v. i. nobis* cum Voſſ. 1. 3. *an non ipſi nos* Goth. cum Voſſ. 2. (err. Burm.); addat an omittat Goth. *bis*, parum attendi. *A. v. i. nos* ſine *bis* Camp. *An non ipſi nobis* Jenſ. (err. Geſn.) Tarv. *An non ipſi nos bis* Loc. Ven. Ruſc. Bad. Gryph. Rollin. *An vero*

eorum, quos hic improbat noſter, opinionis ſimile demonſtrat Pſeudo-Turnebus apud Cic. de Or. 1, 34 initio.

6. *hiſtrionum — geſtus.* „Satis conſtat, contendere „eum“ [Ciceronem] „cum „ipſo hiſtrione ſolitum, utrum „ille ſaepius eandem ſententiam variis geſtibus efficeret, „an ipſe per eloquentiae copiam ſermone diverſo pronunciaret.“ Macrobius Saturn. 2, 10.

Digitized by Google

de eadem re dicimus, et quidem continuas nonnunquam ſententias? Niſi forte contendere nobiscum poſſumus, cum aliis non poſſumus. Nam ſi uno genere bene diceretur, fas erat exiſtimari praecluſam nobis a prioribus viam. Nunc vero innumerabiles ſunt
8 modi, plurimaeque eodem viae ducunt. Sua brevitati gratia, ſua copiae; alia translatis virtus, alia propriis. Hoc oratio recta, illud figura declinata commendat. Ipſa denique utiliſſima eſt exercitationi difficultas. Quid?

ipſi nos bis Ald. *contendere.* Turic. *ad intendĕre*, a ſec. manu *ad id intendere.* Flor. (a pr. m.) *intendere.* Poſitus voculae *non* mirus eſt in noſtra ſcriptura, ubi duobus verbis divellitur ab *An* ſuo. Mox *Niſi forte*, exquiſitior figura loquendi ingrate recurrit poſt paucos verſus. Quanquam cf. 10, 1, 23. An hic potius quam ſupra §. 6. omitti debebant haec duo vocabula et ſic ſcribi tota ſententia: *An vero ipſi nos bis ac ſaepius — ſententias, ac contendere nobiscum poſſumus, cum aliis non poſſumus?* cf. 10, 3, 29.

cum aliis non poſſumus. Turic. Flor. (a pr. m.) omittunt cum Alm. Voſſ. 1. 3. *uno genere.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. Hic noſtris *duntaxat* ſubjungit, Regio ſuadente; reliqui inſerunt *tantum.* *diceretur.* Guelf. *dicetur* cum Goth. Voſſ. 3. Jenſ. et edd. poſterr. ante Leid. exc. Baſil.

erat. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *erit* cum edd. poſterioribus ante Leid. exc. Baſil. *viam. Nunc.* Flor. (a ſec. m.) Camp. inſerunt *in dicendo* cum Goth. Voſſ. 2. (ut videtur) et edd. ante Stoer. exc. Baſil. acc. Gibſ. Obr. Pro *nunc vero* Alm. *numero.*

8. *Sua brevitati gratia, ſua copiae; alia.* Jenſ. *ſive brevitatis g. ſive c. a.* cum edd. poſterr. ante Bad. Sed Turic. *ſ. b. gratiam ut alia*, a ſec. m. *gratia*, retento an omiſſo *ut* neſcio. Flor. prima manus penitus abraſa, et *ſua copiae* repoſitum. Alm. haec duo verba omittit. Guelf. *ſ. brevitate*

Digitized by Google

quod auctores maximi ſic diligentius cognoſcuntur? Non enim ſcripta lectione ſecura transcurrimus: ſed tractamus ſingula, et
943 neceſſario introſpicimus, et, quantum virtutis habeant, vel hoc ipſo cognoſcimus, quod imitari non poſſumus. Nec aliena tantum 9
transferre, ſed etiam noſtra pluribus modis tractare proderit: ut ex induſtria ſumamus ſententias quasdam, easque verſemus quam numeroſiſſime, velut eadem cera aliae atque aliae formae duci ſolent. Plurimum autem 10
parari facultatis exiſtimo ex ſimpliciſſima quaque materia. Nam in illa multiplici *perſonarum*, *cauſarum*, *temporum*, *locorum*, *dicto-*

g. ſ. copia cum Voſſ. 1. 3. *auctores.* Camp. *oratores.* *cognoſcuntur.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *cognoſcantur* cum Alm. *ipſo.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *ipſi.* *poſſumus.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *poſſimus.* a ſec. m. Turic. modo *imitare.*

9. *pluribus.* Goth. Jenſ. *plurimis* cum edd. poſterr. ante Ald. acc. Bad.; omittit *modis* Obr. per errorem. *aliae atque aliae formae — ſolent.* Turic. *in alia alias quae forma — ſolent*, a ſec. m. *ſolet.* Flor. *in alias quae formae — ſ.*, a ſec. m. *aliae aliaeque f. — ſ.* Guelf. *alia aliaeque f. — ſ.* Alm. *in alia aliasque formas — ſ.* Camp. *in alias atque alias formas — ſolet.*

10. *parari.* Turic. *parare* cum Voſſ. 1. 3. *paratae* Guelf. *Nam in.* Turic. Flor. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. Tarv. omittunt *in* cum Voſſ. 1. 2. *N. in ulla* Voſſ. 3. *cauſarum.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. Viciſſim *dictorum* abeſt a Voſſ. 3.

9. *numeroſiſſime.* cf. 8 Pro. 2. de eloc. §. 296. p. 8chn. 115. *eadem cera — duci.* cf. 10, 3, 17. Eandem cerae ſingenti habilis imaginem demonſtrant VV. DD. apud Demetrium Plin. 7, 9, 11. Cic. de Or. 3, 45. §. 177.

10. *cauſarum.* cf. not. erit.

Digitized by Google

rum, factorum diverſitate facile deliteſcet infirmitas, tot ſe undique rebus, ex quibus aliquam apprehendas, offerentibus. Illud virtutis indicium eſt, fundere, quae natura contracta ſunt, augere parva, varietatem ſimilibus, voluptatem expoſitis dare, et bene dicere multa de paucis. In hoc optime facient infinitae quaeſtiones, quas vocari θέσεις diximus, quibus Cicero jam princeps in re publica

Paria deſiderantur tria, ſed ego *rerum* fuiſſe ſuſpicor pro *cauſarum*, et illud quidem facillime excidebat.

deliteſcet. Goth. (err. Geſn.) *delireſcet* cum Vall. Bad. male hoc probante. *ſe undique.* Turic. *ſecundi.* Flor. (a pr. m.) *ſecundique.* *ex quibus.* Turic. Flor. *et quibus*, ille a ſec. m. *e q.*, hic noſtrum. *aliquam apprehendas.* Turic. Flor. Guelf. *aliquem a.* (Guelf. *depr.*) cum Alm. *offerentibus.* Turic. *offertium.*

11. *virtutis.* Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *virtutum* cum Voſſ. 3. *parva.* Turic. Flor. *parte.* Ille a ſec. m. *parca*, hic noſtrum. Alm. *partes.*

voluptatem. Alm. *voluntatem.* Nil tale mei. cf. 10, 4, 33. *infinitae.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *infinitas.*

θέσεις. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. *theſis* cum edd. ante Ald. ſed Bad. *Theſeis.* *re publica.* Turic. *rebus.*

11. *fundere — contracta.* Contrarium eſt illi §. 4. *effuſa ſubſtringere.* Sic et Cic. de Finib. 3, 15. *fundi — et — dilatari*, ubi poſito a Daviſio Senecae loco „*latius* virtus „*funditur*" et aliquoties Plin. Iliſt. N. *fundi in latitudinem.* Noſter 8, 3, 10. Novatum dicendi genus, quod is, qui dilatat aliquam rem, dicitur *fundere* eandem.

expoſitis. cf. 2, 5, 19. Latioris illius ſignificationis illud quoque Senecae Epiſt. 55. p. Bip. 159. „Frontem — „— tantum novi, et *expoſita* „quae oſtendit etiam transeuntibus."

θέσεις. cf. 2, 1, 9. Recte demonſtrant Cic. ad Att. 9, 4. „Ne me totum aegritudini „dedam, ſumſi mihi quasdam „tanquam θέσεις" cet. cf. ep. 9. „θέσεις meas commentari non „deſino." Monet Geſnerus,

Digitized by Google

exerceri ſolebat. His confinis eſt deſtructio 12
et confirmatio ſententiarum. Nam cum ſit
ſententia decretum quoddam atque prae-
ceptum; quod de re, idem de judicio rei
quaeri poteſt. Tum loci communes, quos
etiam ſcriptos ab oratoribus ſcimus. Nam
qui haec recta tantum, et in nullos flexus
944 recedentia copioſe tractaverit, utique in illis
plures excurſus recipientibus magis abunda-
bit, eritque in omnes cauſas paratus. Omnes 13

12. *deſtructio.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *reſtructio.* Ille a ſec. m. *reſtrictio,* et ſic Camp. cum Bodl. Andreana ed.

quoddam. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

de re. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *de reo* cum Voſſ. 2. Vall. et edd. poſterr. ante Baſil. item compluribus apud Burm.

idem. Jenſ. (tac. Geſn.) *id eſt* cum edd. poſterr. ante Ald.

judicio rei quaeri poteſt. Turic. Flor. (hic a pr. m., ſed *quae*) *judicio que p.* Ille a ſec. m. *j. quoque p.* *flexus recedentia.* Turic. *f. al* (cf. 10, 1, 118.) *recentia,* a ſec. m. *f. alios recedentia,* et ſic Camp. Sed Flor. (a pr. m.) *f. recentia.* Guelf. *f. recidentia.* *copioſe.* Turic. *compioſe.* Guelf. *compoſitione* cum marg. Baſil. et Vidov. *excurſus.* Turic. Flor. *recurſus* cum Alm. *omnes cauſas paratus.* Turic. *omnis cauſa ſcratas,* a ſec. manu *omni c. ſcr.* Palatinus Gebhardi *o. c. ſeratas.* Flor. (a pr. m.) *o. c. eratas,* a ſec. m. *o. c. gratus,* et ſic Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Obr.

Paradoxa eſſe ejusdem generis, quae et ipſa maturus jam et honoribus defunctus Cicero tractavit.

12. *deſtructio et confirmatio ſententiarum.* Transfertur ad ſententias et decreta ab hominibus propoſita id quod uſurpari proprie ſolebat de rebus narratis. Narrationum enim proprie eſt ἀνασκευὴ καὶ κατασκευή. Geſnerus ad eos, quos indicavimus 2, 4, 18. addit Theonem in progymnn. p. Camerar. 64. ſeqq. In ſententia, quae eſt de re judicium, fieri poteſt idem quod in facto narrato, quod eſt res ipſa. Idem, qui hoc monet, Geſnerus ablegat ad 8, 3, 21. ut *deſtruere* oſtendatur eſſe *refutare.*

loci communes, quos — ſcriptos. cf. 2, 4, 27. 4, 2, 117.

Digitized by Google

enim generalibus quaestionibus constant. Nam quid interest, *Cornelius Tribunus plebis quod codicem legerit*, reus sit: an quaeramus, *Violeturne majestas, si magistratus rogationem suam populo ipse recitaverit? Milo Clodium rectene occiderit*, veniat in judicium: an, *Oporteatne insidiatorem interfici, vel pernicioſum reipublicae civem, etiamsi non insidietur? Cato Marciam honeſtene tradiderit Hortensio:* an, *Conveniatne res talis bono viro?* De personis judicatur, sed de rebus contendi-
14 tur. Declamationes vero, quales in scholis rhetorum dicuntur, si modo sunt ad veritatem accommodatae, et orationibus similes, non tantum dum adolescit profectus, sunt utilis-

acc. Rollin. exc. Jens. Tary. quae *Graechus*. E Gebhardi emendatione nostrum. Modo *habundavit* Flor.

13. *quaestionibus*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt eum Alm. *constat* Turic. *Tribunus plebis*. Turic. *r. pl.* *si magistratus rogationem*. Turic. *immajestas r.* a sec. m. *quod r.* Camp. *si r.* Flor. (a pr. m.) *si magistratus* omittit. *recitaverit*. Turic. *recitavit*. *judicium: an.* Guelf. Jens. (tac. Gesn.) omittunt *an* cum Voss. 5. et edd. posterr. ante Ald. acc. Badio, qui proscribendum falso judicat. Mox pro *ne* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *nec*.

non insidietur. Turic. Flor. inserunt *nisi*.

honeſtene — Hortensio. Flor. *honeſteque — hortentia*. (hoc a pr. m.). *res talis*. Flor. (a pr. m.) *re talis*.

14. *dicuntur*. Turic. Flor. *dicentur*. *similes*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *simillibus*. *adoleſcit profectus*. Turic. Flor. (hic a pr. m. sed *ado*) *adoleſcent im-*

13. *Cornelius — codicem legerit*. cf. 4, 4, 8. Cornelianarum fragmentum adhuc neglectum legitur apud Aquilam Romanum p. Ruhnk. 156. *Cato Marciam*. cf. 5, 5, 11. Capperonnerius Catoni hoc exprobrantes demonstrat Tertullianum *Apologetic.* 39. et Augustinum *de bono coniugii*

Digitized by Google

simae, quae inventionem et dispositionem pariter exercent, sed etiam cum est consummatus, ac jam in foro clarus. Alitur enim atque enitescit, velut pabulo laetiore, facundia, et assidua contentionum asperitate fatigata renovatur. Quapropter historiae non- 15
nunquam ubertas in aliqua exercendi stili parte ponenda, et dialogorum libertate gestiendum. Ne carmine quidem ludere contrarium fuerit: sicut athletae, remissa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate, otio et jucundioribus epulis reficiuntur. Ideoque mihi videtur 16

ventus. Ille a sec. m. *adulescet juventus,* et sic (nisi quod *o*) Camp. cum Alm. Bodl. Andr. (sed hi praesens *adolescit*).

et dispositionem. Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. omittunt *et,* male. *consummatus.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *consummatis,* ille etiam *claris* a sec. m.

Alitur. Turic. *aliter.* *enitescit.* Goth. (tac. Gesn.) *nitescit* cum Voss. 2.

15. *epulis.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *et ullis,* cum Alm. Ille a sec. m. *eduliis,* et sic Bodl. Palatin. Gebh. Vox quidem non est rejicula.

18. et lib. *de fide et operibus* 7. item mentionem facti habentem Strabonem lib. 11. p. 515.

14. *pariter exercent* i. e. simul cum elocutione, cujus proprie est in stilo exercitatio.

15. *ciborum — certa necessitate.* Redditur prosse Graeca victus athletici appellatio, ἀναγκοφαγία, de qua vide Salmas. ad Tertullian. de Pallio p. 261. 2. item citatos in ἀναγκοφαγεῖν apud Hesych. et Valcken. in Diatriba p. 79. 80. Eodem redit illa §. 17. *sagina.* cf. et Cic. pro Sextio 36. Tacit. Histor. 2, 88. Nostr. 11, 3, 26. 12, 10, 41. Declam. 9, 5. p. 173. Apparet in gladiatore, qui comparatur declamanti, esse obesitatem, in milite, qui dicenti in foro, robur nervis astrictum.

Digitized by Google

M. Tullius tantum intuliſſe eloquentiae lumen, quod in hos quoque ſtudiorum feceſſus excurrit. Nam ſi nobis ſola materia fuerit ex litibus, neceſſe eſt, deteratur fulgor, et dureſcat articulus, et ipſe ille mucro ingenii 17 quotidiana pugna retundatur. Sed quemadmodum forenſibus certaminibus exercitatos, et quaſi militantes reficit ac reparat haec velut ſagina dicendi: ſic adoleſcentes non debent nimium in falſa rerum imagine detineri, et inanibus ſimulacris, usque adeo, ut difficile ab his digreſſos ſit aſſuefacere, ne ab illa, in qua prope conſenuerint, umbra, vera discrimina, velut quendam ſolem, reformident. 945

16. *deteratur.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *deteretur.* Guelf. *deterreatur.* *quotidiana pugna.* Turic. Flor. (hic duplici *T*) *cotidiano alia p.* Ille a ſec. m. *cotidiani a. p.* hic noſtrum. Ex Alm. *Quotidio alia p.* Etiam Camp. per *co.*

17. *exercitatos.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *excitatos* cum Alm. *et quaſi.* Turic. *et quas,* a ſec. m. *equos.* *ſic adoleſcentes — nimium in falſa.* Turic. *recaleſcentes f.* Flor. (a pr. m.) *ſecalescentes f.* cum Alm. Sed Camp. *in* omittit. *difficile.* Turic. Flor. *difficilius* cum Alm. *difficilis* Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. 3. et edd. ante Gryph. exc. Bad. cujus, quamquam tacentis, noſtra ſcriptura videtur eſſe emendatio. An fuit antiquitus *difficile iis digreſſos?* *digreſſos.* Turic. (a pr. m.) Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *digreſſus* cum Voſſ. 2. 3. et edd. ante Gryph. exc. Bad. Mox Baſil. *aſſuefieri* ex conjectura Philandri. *conſenuerint.* Flor.

16. *dureſcat articulus.* Recte comparant *mollem articulum* 2, 12, 2.

17. *umbra — ſolem.* Notiſſimae ſimilitudines, velut 12, 10, 15. et apud Ciceronem, ubi vide Erneſtum in Clave.

Digitized by Google

Quod accidiſſe etiam Porcio Latroni, qui pri- 18
mus clari nominis profeſſor fuit, traditur: ut
cum ei, ſummam in ſcholis opinionem obti-
nenti, cauſa in foro eſſet oranda, impenſe
petierit, uti ſubſellia in baſilicam transferren-
tur. Ita illi coelum novum fuit, ut omnis
ejus eloquentia contineri tecto ac parietibus
videretur. Quare juvenis, qui rationem in- 19
veniendi eloquendique a praeceptoribus dili-
genter acceperit: quod non eſt infiniti operis,
ſi docere ſciant et velint: exercitationem quo-
que modicam fuerit conſecutus, oratorem ſibi

confuerint, a ſec. m. *confuerunt*. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *conſueverunt*. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *conſueverint*.

18. *etiam Porcio*. Turic. Flor. inſerunt *in*. An fuit *M?* *profeſſor*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *profeſſus*. Item Flor. (a pr. m.) *numinis*. *traditur: ut*. Turic. *traditus autem*. *ut — ejus*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm.

19. *infiniti*. Turic. Flor. Guelf. Camp. *finiti* cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Jenſ. Tarv. cf. 10, 1, 38. *velint*. Turic. (a ſec. m. ſed ab eadem et *ſciat*, et id quoque Camp.) Camp. *velut*. Guelf. *vel in*. Jenſ. *vel* cum edd. ante Baſil. quae omittit cum reliquis ante Obr. acc. Rollin. Noſtrum

18. *Porcio Latroni*. cf. 9, 2, 91. In *baſilica* cf. 12, 5, 6. et Lexica. M. Seneca in praef. lib. 4. Controv. „narratur, — „declamatoriae virtutis Latro- „nem Porcium unicum exem- „plum, cum pro reo in Hiſpa- „nia Ruſtico Porcio propin- „quo ſuo diceret, usque eo „eſſe confuſum, ut a ſoloe- „ciſmo inciperet, nec ante „potuiſſe confirmari, tectum „ac parietes deſiderantem, „quam impetravit, ut judi- „cium ex foro in baſilicam „transferretur. Usque eo „ingenia in ſcholaſticis exer- „citationibus delicate nutriun- „tur, ut clamorem, ſilentium, „riſum, coelum denique pati „neſciant.“ Vide his utentem Wolfium in praef. ad edit. Marcellianae p. 23.

19. *et velint*. cf. 2, 3, 5.

Digitized by Google

aliquem, quod apud majores fieri ſolebat, deligat, quem ſequatur, quem imitetur; judiciis interſit quam plurimis, et ſit certaminis, cui deſtinatur, frequens ſpectator. Tum cauſas vel easdem, quas agi audierit, ſtilo et ipſe componat, vel etiam alias, veras modo, et utrinque tractet, et, quod in gladiatoribus fieri videmus, decretoriis exerceatur, ut feciſſe Brutum diximus pro Milone. Melius hoc, quam reſcribere veteribus orationibus, ut fecit

et Flor. Alm. Goth. Voſſ. 2. *ſpectator. Tum cauſas.* Turic. Flor. *ſpectatorem cauſis.* Ille a ſec. m. *ſpectator in cauſis,* hic noſtrum.

20. *vel etiam alias.* Turic. Flor. *ſed v. e. alias vel alias.* Hic noviſſima duo vocabula tollit ſec. m. *utrinque.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *utrumque* cum Goth. et edd. ante Gryph. *decretoriis.* Turic. *al — delectoris* (cf. §. 12. ſed quid ibi ſit lineolae interjectae non exputo), Flor. *de lectoris* cum Alm. (ubi tamen hoc eſſe narratur pro varia lectione) a ſec. m. *de rhetoricis,* cum Tarv. Ald. Bad. *de rhetoriis* Guelf. cum Jenſ. (tac. Geſn.) Loc. Ven. Ruſc. *retiariis* Baſil. cum margine Cod. Vall. *vel directoriis* Camp. *de rectoriis* Vall. a pr. m. *in derectoriis* Voſſ. 1. 3. Bern. (ſed hic fortaſſe ſine *in*). *in rebus actis* Gryph. Stoer. Chouet. Leid. Gibſ. Rollin. *dextris et laevis* Obr. Noſtrum tuentur Vall. (a ſec. m.) Voſſ. 2. Goth. et ſuo ingenio Nic. Faber ad Senecam. *orationibus.* Camp. *actionibus.* cf. 4, 1, 32.

946

quod — fieri ſolebat. cf. notam noſtram ad 6 Pro. 3. p. 426. item 12, 11, 3.

20. *quas agi audierit* i. e. quibus agendis interfuerit.

decretoriis. cf. 6, 4, 6. Noſter quidem locus an ſolo adjectivo defungi poſſit, recte dubitabitur; et ſuſpicor praemittendum *armis* (cf. not. crit.). Rem magnopere illuſtrat Seneca pater praef. lib. 4. Controv. „Gladiatores gra„vioribus armis diſcunt „quam pugnant.“ Sic Caligula (Sueton. 54.) „Battuebat „*pugnatoriis*“ (ea ſunt *decretoria*) „armis.“

Brutum diximus. cf. 10, 1, 23.

Digitized by Google

Ceſtius contra Ciceronis actionem habitam pro eodem, cum alteram partem ſatis noſſe non poſſet ex ſola defenſione. Citius autem 21
idoneus erit juvenis, quem praeceptor coëgerit in declamando quam ſimillimum eſſe veritati, et per totas ire materias: quarum nunc facillima, ut maxime favorabilia decerpunt. Obſtant huic, quod ſecundo loco poſui, fere turba diſcipulorum, et conſuetudo claſſium

Ceſtius. Sic Flor. cum Baſil. *tertius* Guelf. *Sextius* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. (cf. §. 11.) et edd. poſterr. ante Baſil. Reliqui *Seſtius.* Noſtrum probant Burmannus, Geſnerus, Wolfius. Viciſſim M. Senecae (in praef. lib. 2. Controvv.) obtruſus *Ceſtius* pro *Sextio*, monentibus Fabro, Schotto et ad noſtrum locum Burmanno. *ſatis.* Turic. Flor. *ſitis* cum Alm. Ille a ſec. m. *litis*, et ſic Camp. cum Ald. et marg. Bad. Gryph. item aliquot apud Burm. Hic noſtrum.

21. *autem idoneus.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. *a. ſi i.* Guelf. cum Voſſ. 1. 2. Goth. Jenſ. Tarv. Reliqui *a. ſic i.* *totas ire.* Turic. *tota ſcire*, a ſec. m. *totas ſcire*, et ſic a pr. m. Flor. *ut maxime.* Sic Turic. Flor. cum Alm. Ille a ſec. m. *aut m.* et ſic Camp. Reliqui *et m.* *Obſtant.* Sic Turic. Flor. Guelf. Reliqui *obſtat.* *loco.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Alm. Ioann. Reliqui *libro.* cf. 1, 10, 18.

fere turba diſcipulorum. Turic. Flor. *feretur d.* Ille a ſec. m. *fremitus populorum.* Hic noſtrum, ut et Guelf. cum Goth.

Ceſtius. Homo fuit Graecae originis, rhetoricen factitans Romae, qui, id ipſum quod hic in Miloniana cauſa feciſſe narratur, ſolebat *reſcribere* Orationibus Ciceronis. Teſtis eſt Seneca pater p. Bip. 399, a quo et refertur *in Milonem recitans.* Eandem Caligulae fuiſſe temeritatem prodit Suetonius c. 53, recte monente Capper. cf. Wolfius in praef. quatuor orationibus, a Marclando notatis, adjecta p. 20. item nos in disputatione de Marcelliana p. 34.

21. *quod ſecundo loco poſui*, i. e. „per totas ire „materias.“ cf. 7, 2, 9. „quod „tertio loco poſui.“ 9, 2, 6. *primo l. poſuimus.*

conſuetudo — aeſtimantium.

Digitized by Google

laborem, extemporalemque fortunam media quaedam, et neſcio an uſus frequentiſſimi. Nam ſcribere nec ubique, nec ſemper poſſumus: cogitationi temporis ac loci plurimum eſt. Haec paucis admodum horis magnas etiam cauſas complectitur. Haec, quoties intermiſſus eſt ſomnus, ipſis noctis tenebris adjuvatur. Haec inter medios rerum actus aliquid invenit vacui, nec otium patitur.
2 Neque vero rerum ordinem modo, quod ipſum ſatis erat, intra ſe ipſa disponit, ſed verba etiam copulat, totamque ita contexit orationem, ut ei nihil praeter manum deſit. Nam memoriae quoque plerumque inhaeret

cum *ipſa.* *uſus frequentiſſimi.* Turic. *unus frequentiſſime vim*, a ſec. m. *unius frequentiſſimi vim.* Flor. *unus frequentiſſimi vim*, in quo manus ſec. mutat *uſus.* Camp. *uſus frequentiſſimus* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. (ſed hic obſcure.)

nec ubique. Flor. Guelf. *non ubique* cum Voſſ. 1.

cogitationi. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *cogitatio.*

admodum horis. Turic. Flor. inſerunt *eſt*, idem mox inter *intermiſſus ſomnus* omittit Camp. *vacui — patitur.* Turic. Flor. *v. n. experientium* cum Alm. Ille a ſec. m. *v. n. experientiam*, hic noſtrum. Guelf. *vacuum otium p.* cum Voſſ. 1. 3. Bern. *vacuum o. non p.* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. *v. n. o. pariter* Camp. Suſpicor fuiſſe *v. n. patitur otium.* cf. 7, 2, 14.

2. *rerum.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *eum.*

copulat, totamque. Turic. *compula tamque*, a ſec. m. conjunctim. Flor. (a pr. m.) Camp. *copulatamque.* Sed ille a ſec. (praeter repoſitam noſtram) poſt *contexit* inſerit *plerumque.* *Nam.* Turic. Camp. *namque.* Flor. *nam et.* Turic. et *memoria.* *quoque.* Guelf. omittit.

media quaedam. cf. 11, 2, 3. 2. *praeter manum* i. e. praeter ſtilum.

Digitized by Google

fidelius, quod nulla ſcribendi ſecuritate laxatur. Sed ne ad hanc quidem vim cogitandi perveniri poteſt aut ſubito, aut cito. Nam primum facienda multo ſtilo forma eſt, 5
948 quae nos etiam cogitantes ſequatur: tum aſſumendus uſus paulatim, ut pauca primum complectamur animo, quae reddi fideliter poſſint: mox per incrementa tam modica, ut onerari ſe labor ille non ſentiat, augenda vis, et exercitatione multa continenda eſt, quae quidem maxima ex parte memoria conſtat: ideoque aliqua mihi in illum locum diffe-

fidelius, quod. Turic. Flor. *f. que* diremtim, ſed Guelf. *fideliusque.* Goth. *f. quae* cum Alm. Voſſ. 2. *inhaerent f. quae n. f. ſ. laxantur* Camp. quod placet. Omittit Guelf. *ſcribendi.*

3. *multo ſtilo.* Turic. poſterius, Camp. cum Goth. et Vall. prius omittit. *etiam cogitantes.* Jenſ. *incogitantes* cum edd. poſterr. ante Ald. qui *nec cogitantes.*

tam modica — labor. Turic. *tam odit autonetari l.,* a ſec. m. *t. edita ut on.* reliqua non adduntur a conſerente. Flor. (a pr. m.) *tam odit aut onerari l. vis.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Reliqui *uſu.*

3. *augenda vis — quae — memoria conſtat.* Significatur *vis* animi longam quoque orationem ſine ſcriptione complectentis; eaque *augenda* eſt (ut vitulum ferre aſſueſcendo mox taurum ferat, cf. 1, 9, 5.) *et exercitatione continenda* (cf. de tali hujus verbi uſu dicta ad inſcr. noſtri libri et Burm. ad Petron. 2.), poſtquam *forma* comparata fuit plurima ſcribendo. Sed illa „inſcripta complectendi „vis" quid magnopere eſt niſi memoria? Itaque *in illum locum* (lib. 11. cap. 2.) differendus ex magna parte ejus tractatus. cf. ejus cap. §. 41. ubi Milonis Crotoniatae ſimilitudine etiam Geſnerus utitur in nota.

Digitized by Google

4 renda ſunt. Eo tamen pervenit, ut is, cui non refragetur ingenium, acri ſtudio adjutus tantum conſequatur, ut ei tam quae cogitarit, quam quae ſcripſerit atque edidicerit, in dicendo fidem ſervent. Cicero certe Graeco-

4. *ingenium.* Turic. Flor. omittunt cum Alm. Alter a ſec. m. reponit *ingenio.* *ut ei tam.* Turic. Flor. *ut ei etiam.* Guelf. *ut etiam* cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Reliqui *ut ea etiam.* Noſtrum e conjectura. *quam quae.* Sic Turic.; a pr. manu *quamque.* Voſſ. 1. 3. *quoque.* Reliqui *quaeque,* niſi quod Obr. *aeque ac quae,* probatus, non compilatus, ut criminatur Burm., Rollino; et ſic Bip.

edidicerit. Turic. Flor. *ederint.* Ille a ſec. m. *ediderit,* et ſic Guelf. Camp. Hic, noſtrum. Vulgatam horum *ut — ſervent* ita refingi jubet Geſnerus: *ut eandem q. c. quam quae ſ. a. e. i. d. f. ſ.* magis ille conſulens auribus quam Obrechtus. Pro *atque* modo *an* Goth. mire!

4. *Eo tamen pervenit, ut — tantum conſequatur, ut.* Niſi negligentiorem toties experti eſſemus noſtrum in vocabulis iisdem geminandis (cf. 10, 5, 7.), magis fortaſſe offenderemur duplici hoc *ut*; quod ſilo, ut ait ille, depaſcendum fuiſſe videbitur. Quare enim non ita ordinavit orationem, ut defungeretur uno *ut* cum ſuo conjunctivo? Aliena tamen fuerit κρίσις, quae prius *ut,* itemque haec, *tantum conſequatur,* expungenda ſuadeat, ut talis ſtructura contingat. Conſtitui autem debet, quod ſit ſubjectum in verbo *pervenit.* Recte Geſnerus ſimilem formulam demonſtrat 10, 7, 19. In harum locutionum neutra impersonale verbum *pervenire* agnoſces, vel ſubaudies *res,* quo expreſſo opus erat, velut 6, 3, 51. Erit igitur noſtro quidem loco *vis* illa e prioribus huc vocanda, in altero *facilitas extemporalis.* Ita ſimul apparet, quare verboſior fieri maluerit Qu. quam omittere mentionem ipſius, quam nunc tractabat, virtutis oratoriae. Haec quousque pervenire poſſet, oſtendere volebat, non quid homini ſtudioſo accideret; quanquam res eodem redire poteſt videri. Verum ſic ad exemplum tantum recidebat id, cui dignitas praecepti quaerebatur.

Cicero — Metrodorum Sce-

Digitized by Google

rum Metrodorum Scepſium et Empylum Rhodium, noſtrorumque Hortenſium tradidit,

Scepſium. Turic. Flor. (hic a ſec. m. noſtrum) *Scerſium.* Camp. *Scepcium.* Voſſ. 1. *Eſcepſium.* Voſſ. 3. Bern. *Eſceptium.* Jenſ. *Epheſium* cum edd. poſterr. ante Ald. Hic *Septium.* Vall. *Sceptium* cum edd. rell. ante Capper. exc. Baſil. Noſtro addicere videntur Guelf. Goth. Infra 11, 2, 26. Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *Sceptius* cum Ald. Sed Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *Septius:* ibi noſtram afferit Regius, et eſt jam in Locat. *Empylum.* Sic Turic. Flor. (niſi quod minuscula E) cum Vall. Bern. *empilium* Guelf. *Empilum* Voſſ. 1. *Empillum* Voſſ. 3. *Emphylum* Goth. cum marg. Bad. *Emphilum* Voſſ. 2. cum marg. Vall. *Euripilum* Camp. *Emphillum* Jenſ. Tarv. *Eriphilum* Loc. Ven. Ruſc. Reliqui *Eriphylum.* Hunc non apud Ciceronem ſolum, qui ejus memor dicitur a noſtro in vulgatis, ſed apud omnes omnino ſcriptores fruſtra quaeri teſtantur VV. DD. quod non debebat praetermitti ab editore Bibliothecae Fabricianae Vol. 6. p. 129. Apparet autem aliquid auſum Camp. reſingendo nomine ad 11, 2, 15. in quo ipſo vitioſo, exigua eſt librorum meorum varietas. Sed ille Lariſſaeus eſt, noſter Rhodius. Nomen, quale poſui, vel reliqui potius ex vetuſtiſſimis, etſi alias ignotum, memoratur tamen a Plutarcho in Bruto (initio), diciturque ita audiiſſe rhetor quidam familiaris Bruti, ab ipſo aliquoties in epiſtolis appellatus, cujus ſuperſit exiguus quidem nec contemnendus de Caeſaris caede libellus, inſcriptus Brutus. Patria rhetoris a Plutarcho non proditur. Sed debebat ejus nomen adjici catalogo illi Fabriciano. Schneiderus ſane (ap. Wezel. ad Cic. Brut. 88.) *Charmadam* ex Cic. de Or. 2, 88. et altero noſtri 11, 2, 26. loco, reſtituendum hic pro illo Eriphylo cenſet; ſed mihi hoc non perſuadet, cum propter ductuum diverſitatem, tum propter patriam; Charmadas enim Athenienſis videtur, quanquam expreſſum hoc apud neminem invenio. Quintiliano aliquem hic errorem imputare religio mihi quidem non fuerit. Verum hominem aliquem, Empyli nomine, qui memoria imprimis polleret, inter veteres celebratum omnino negare non ſuſtineo; cum vel Brutianus ille poſſit intelligi. Ille alter 11, 2, 15. *Eurypylus Lariſſaeus*, ut protinus confeſſione hac ignorantiae defungar, etiam minus, quis et qualis

pſium et Empylum Rhodium. cf. not. crit.

Digitized by Google

quae cogitaverant, ad verbum in agendo retu-
6 liſſe. Sed ſi forte aliquis inter dicendum effulſerit extemporalis color, non ſuperſtitioſe

eſſet, indagari potuit. Longe enim ſane abeſt quod Petrus Gerardus Dukerus (libro infra memorando) demonſtrat apud Diogenem Laërtium mentionem fieri *Eurylochi*, ſceptici (lib. 9, 68.), item *Eurylochi Lariſſaei* (2, 25.), hominis Socratis aetate potentis et divitis, qui Libanio (Decl. 29.) ſit Caryſtius (mendoſe tamen, ut recte monet Menagius): et ipſe hoc agnoſcit Dukerus. Quod autem ad Ariſtot. Polit. (in Addendis p. 491.) Schneiderus *Eurypylum* ex Aleuadarum familia (in quo quidem eſt patriae cum noſtro communio) oſtendit apud Herodotum 9, 58, item *Eurypylum* ſcriptorem apud Athenaeum 11. p. 508., ut et plures *Eurypylos* et *Eurypylen* in bibliotheca Apollodori, hoc, inquam, ſemina ſaltem quaedam habet inveniendae fortaſſe aliquando probabilis de hoc noſtro conjecturae. Nihil praeterea apud VV. DD. reperi, nec ipſe quidquam erui.

5. *aliquis*. Turic. Flor. (hic a ſec. m.) *aliqui* cum Voſſ. 1. 3. Burm. inde efficit *alicui;* ſed pronomine indiget *color*.

effulſerit. Guelf. *obfulxerit*. Goth. *effluxerit* cum Vall. Voſſ. 2. marg. Colb. Cf. Burm. ad Declam. 9, 7. ubi *offulſit* reſtituit e Codd., et Drakenb. ad Sil. 13, 114. (Cum ſubito dextrum offulſit conatibus omen) ubi itidem pro *effulſit* alterum illud e MS. repoſitum. Quod quo minus hic quoque placeat, obſtare videtur *inter dicendum*. Litteram X huic vocabulo infulciri ſolitam vide apud Drakenb. ad Liv. 21, 62, 4. *color*. Turic. *cohors* cum Alm.

5. *effulſerit extemporalis color*. Quem Obrechtus hic ſubſtituere veſit, *calor*, probatus Burmanno et Geſnero, leniſſima reponatur mutatione. Et in extemporalitate eſt ſane *calor;* cujusmodi aliquid e ſequenti capite §. 12. huc advocat Burm. „ſi *calor* „ac ſpiritus — ſucceſſum *ex*„*temporalem*.“ Opponitur *calor* diligentiae 10, 3, 18. Ipſi cogitationi idem ille *calor* tribuitur 8 Pro. 27. 10, 3, 6. Sed *effulgendi* verbum *calori* parum convenit, qui non ſpectatur, verum ſentitur. *Color* autem, quem technico illo tantum ſignificatu accipere nimis fortaſſe aſſuevimus, de quo vide 4, 2, 88. acc. 10, 1, 116., hic fuerit *ſplendor, nitor*. Alius *extemporalitatis* color, alius

Digitized by Google

cogitatis demum est inhaerendum. Neque enim tantum habent curae, ut non sit dandus et fortunae locus, cum saepe etiam scriptis ea, quae subito nata sunt, inserantur. Ideoque totum hoc exercitationis genus ita instituendum est, ut et digredi ex eo, et regredi in id facile possimus. Nam ut primum est, domo 6
afferre paratam dicendi copiam, et certam: ita refutare temporis munera longe stultissimum est. Quare *cogitatio* in hoc praeparetur,

(non Flor. cf. 10, 5, 20.) Fuisse *colos* suspicatur Burm., non ego. An *aliqui — effulserint extemporales colores?* Sed hoc displicuerit. *regredi.* Sic Turic. (a sec. m.) Camp. cum Palat. Gebh. A pr. ille cum Flor. *redi*, qui a sec. m. *redire*, et sic reliqui.

6. *ut primum.* Turic. *et primo.* *domo.* Turic. Flor. (sed in hoc recentioris hoc manus esse narratur, quae veterem scripturam eraserit) Guelf. *domum.* *refutare.* Turic. Flor. *res futuri* cum Alm. Alter a sec. m. *refutari*, et sic Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 1. 2. et edd. posterr. ante Ald. Sed Camp. *futari.* *munera.* Turic. omittit. *stultissimum.* Turic. (a sec. m.) *stultissima.*

extemporalis; ille speciem dat ex tempore fusae orationis, hic ex ipso rei praesentis instinctu oboritur. Proprie usurpantes *colorem* rhetores simulationem magis significant, quam ornatum; latiore usu *color* tribuetur singulis in dicendo locis, qui exquisitiore cultu nitescunt, quaedam velut orandi munditiae. Ita Cicero Pompejum, conferens eum tabulae magni cujusdam pictoris, „omnibus a se pictum et „politum artis *coloribus*" ait (ad Att. 2, 21.). Sunt quales λήκυθοι (ib. 1, 14.). Mox noster 10, 7, 7. „scriptorum „*colorem*" quem „subito effusa reddant" significat quidem speciem, sed ornatam eandem et splendore aliquo renidentem. Laudatum in extemporalibus, non quidem Gallionem, sed Cassium Severum, suaque praeparata longe antecedentem, apud Senecam patrem (praef. lib. Exc. Controvv. 3.) demonstrat Gesnerus.

6. *refutare.* Valde huic verbi potestati congruit locus Ciceronis pro Rabir. Post. 16.

Digitized by Google

ut nos fortuna decipere non possit, adjuvare 949
possit. Id autem fiet memoriae viribus, ut illa, quae complexi animo sumus, fluant secura, non sollicitos et respicientes, et una ipsa suspensos recordationis, non sinant providere: alioqui vel extemporalem temeritatem malo, quam male cohaerentem cogitationem. 7 Pejus enim quaeritur retrorsus, quia dum illa desideramus, ab aliis avertimur: et ex memoria potius repetimus, quam ex materia. Plura sunt autem, si utrumque quaerendum

adjuvare possit. Guelf. omittit, solito errore.

ut illa. Camp. *u. ea* cum Goth. et edd. ante Ald. acc. Bad. Gryph. *complexi.* Turic. *compleri.*

sumus. Turic. (a sec. m.) *sumimus.* Camp. *simus* cum Goth. et edd. ante Basil. *secura.* Goth. omittit.

non sollic. Turic. (a sec. m.) *nec s.* Jens. *ne s.* cum edd. posterr. ante Leid. exc. Basil. acc. Roll. Capper.

sollicitos et. Turic. Flor. *sollicito sic.* Ille a sec. m. *sollicitos sic*, hic nostrum.

7. *dum illa.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *cum i.* cf. 11, 3, 48. *repetimus.* Flor. (a pr. m.) *respectibus.* Voss. 3. Obr. *res petimus.* *si utrumque.* Turic. Flor. *strictius utrumque.* Ille a sec. m. *sed strictius u.* hic nostrum. Camp. *si strictius u.* cum edd. ante Bad. Aliquid turbare dicitur Alm. Emendat Burm. *si utrum rectius*, Gesn. *si utcunque*, ut sit *utcunque* „quovis modo, omnino"; appellatis locis 11, 2, 24. 11, 3, 101. Ego tali sententiae

„quam bonitatem non modo „non aspernari ac *refutare*, „sed complecti etiam et „augere debetis;" et conjungit eundem cum nostro Gesnerus in Thesauro. Cf. et Salm. ad Capitolin. in Ant. Pio 5. p. 257. Incidit hoc plane in Franco-Gallorum *refuser*, ut et alio quodam *frustrandi* significatu. vide mox *renunciabit.*

7. *si utrumque.* Cf. not. crit.

Digitized by Google

eſt, quae inveniri poſſunt, quam quae inventa ſunt.

VII. Maximus vero ſtudiorum fructus eſt, et velut praemium quoddam ampliſſimum longi laboris, *ex tempore dicendi facultas:* quam qui non erit conſecutus, mea quidem ſententia civilibus officiis renunciabit, et ſolam ſcribendi facultatem potius ad alia opera convertet. Vix enim bonae fidei viro convenit auxilium in publicum polliceri, quod in praeſentiſſimis quibusque periculis deſit: ut monſtrare

neceſſarium cenſeo *utique*, non *utcunque*, in quo, ſi *ſtrutius* illud nihil in receſſu habere judicetur, equidem acquieſcam.

1. Turic. inſcriptionem hanc habet *Quemadmodum extemporalis facilitas pateretur.* Guelf. Goth. *Q. e. facultas paretur et contineatur* cum reliquis ante Geſn. exc. Obr. Nihil ejusmodi in Flor. Camp. *et velut.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. omittunt *et. praemium quoddam ampliſſimum.* Turic. *primus quidam plius* (poſtremae vocis primis duabus litteris ſuperponitur *v littera*). Flor. Guelf. *primus quid amplius* cum Voſſ. 1. 3. Bern. Omittit *ampliſſimum* Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. (ſed ex hoc expuncta dicitur vox *amplius*) Gryph. Sed *amplius* pro ſuperlativo reliquae edd. ante Stoer. *Praemium* et *primum* confundi a librariis docet hic Burm. cf. 3, 11, 28.

bonae fidei. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *bona fide.* Poſtremus et *Nec* pro *Vix* cum Ald. et marg. Vidov.

quod in. Turic. Flor. omittunt. Ille a ſec. m. *quod* ſolum, et ſic Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Baſil.

ut monſtrare. Turic. Flor. Guelf. Camp. *intrare* cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Vall. Bern. Iohann. Alm. et edd. ante

1. *renunciabit.* cf. dicta ad 1, 2, 20. p. 45.

ut monſtrare. cf. not. erit.

Digitized by Google

portum, ad quem navis accedere, nisi 95
a lenibus ventis vecta, non possit. Siquidem
innumerabiles accidunt subitae necessita-
tes, vel apud magistratus, vel repraesen-

Ald. acc. Basil. Aldus quidem et Cervić. *monstrare* de conjectura Regii, Badius ut propius veteres ductus reposuit *indicare*, quod habent reliqui, addito a Gryph. inde *ut*. Quod Bad. longius esse putabat ab antiqua scriptura *monstrare*, id proxime ad eam accedit, testibus diplomatum tabulis; nec verbi potestas ipsa tam apta est in *indicando* quam in *monstrando*. Sed inserendo *ut* post *desit* non poterant defungi, qui restitutum cuperent locum.

portum, ad quem navis. Turic. Flor. *p. at ad* (cf. 10, 5, 20.) *intra possum n.* Hic a sec. m. nostrum, ille pro *intrare p. — n.* reliquis omnibus deletis haec; *intra portum navis.* Quae quidem scriptura eo me deducit, ut Qu. ipsius manum hanc fuisse putem: *ut intrare portum navis nisi l. v. v. n. p.* Implicatur similitudo ipsi orationi et per inperatum adnectitur rei, cui illustrandae inservit. Sic modo 10, 4, 4. *ut opus poliat lima* et 9, 2, 78. *ut — eludant*, ubi non debebam nullam agnoscere comparationem. Subito oborta comparatio est et infra §. 23. item 10, 3, 7. *flatus, danda veld.* et 10, 1, 4. *athleta.* 10, 3, 10. *ferocientes equos.* 12 Pro. 23. *nec adhuc a littore.* 12, 7, 4. *portum.* Praeterea frequentissimum est nostro subjungere sententias per *ut* inductas, de quo genere egi in disputatione de Marcelliana p. 61 — 65. Illa profecto in Turic. et Flor. prima manus nihil nisi criticam continebat animadversionem: „*intrare portum* at alii" (vel potius *alii* solum) „*intra portum.*" Mox cum obscuratum esset verbum *intrare*, altero indigere se senserunt librarii, qui inseruerunt *accedere*, quod nunc sane est in ipsis vetustissimis.

nisi lenibus ventis vecta, non possit. Turic. *non l. ventibus v. n. p.*, a sec. m. *non l. ventis vectari p.* Camp. *nisi l. v. vecta p.*

2. *accidunt.* Turic. Flor. Camp. *accedunt.* *apud magistratus, vel.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum

vecta. Malim *acta.* Navem enim *ventis vectam* postis, puto, relinquemus. cf. §. 23.

2. *apud magistratus.* Alioties noster ostendit causas apud magistratus oratas extraordinario judicio, volut 3, 10, 1. 4, 1, 72. 5, 13, 6.

Digitized by Google

tatis judiciis continuo agendi. Quarum si qua, non dico cuicunque innocentium civium, sed amicorum ac propinquorum alicui evenerit, stabitne mutus, et salutarem petentibus vocem, statim, si non succurratur, perituris, moras et secessum et silentium quaeret, dum illa verba fabricentur, et memoriae insidant, et vox ac latus praeparetur? Quae vero patitur hoc ratio, ut quisquam sit orator imparatus ad casus? Quid, cum adversario respon-

Alm. Est homoeoteleuton, ut supra 10, 6, 6. et hic §. 24. *judiciis.* Flor. *judicis,* a sec. m. *judicibus.* *cuicunque.* Turic. *quicumque.* *statim.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *statimque* cum Goth. Voss. 1. 2. et edd. ante Stoer. *quaeret.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *quaerat.* *fabricentur.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *fabricantur.* Jens. Tarv. *fabricetur.* cf. 9, 3, 6.

3. *vero.* Turic. Flor. (hic a sec. m.) *mora* cum Alm. *ratio.* Turic. Flor. Guelf. *oratio* cum Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Sed Turic. a sec. m. *orto.* Goth. (tac. Gesn.) omittit *patitur* cum Voss. 2. *imparatus ad casus.* Turic. Flor. Guelf. *aliquando mittere casus* cum Goth. Voss. 1. 2. 3. Alm. Bern. *aliquando mitteretur c.* Jens. Tarv. Nostra quidem in ipso Camp. sed reposita haud dubie a corrigente. Burmannus tentat: *qui aliquando mutiret ad casus,* verbum *mutiendi* errori locum dedisse tenens, etiamsi aliter ordinata fuerit structura. Mihi tale quid succurrit: *ut quisquam nesciat orator aliqua committere casui.* Dativum quidem illum alibi vix reperio. Neque tamen *casu* scribere ausim, antiquo more. *casus? Quid.* Camp. inserit *Aut.*

repraesentata judicia, sunt maturata ante diem.

petentibus — perituris. Dum petunt ii, qui, nisi succurratur, statim perituri sunt.

illa verba. i. e. illa tam egregia, quibus superbit. Sic §. 8. „velocitas *illa,*“ etiam quodammodo §. 10. „brevia „*illa*“ et §. 32. „*illa* elabo„rata“; ut non indigeamus mutatione, quam ad Dial. de Oratt. c. 9. suadet Schelius. „*illic* verba.“

3. *ut quisquam — ad casus.* cf. not. crit.

Digitized by Google

dum erit, fiet? Nam ſaepe ea, quae opinati ſumus, et contra quae ſcripſimus, fallunt, ac tota ſubito cauſa mutatur; atque ut gubernatori ad incurſus tempeſtatum, ſic agenti ad
4 varietatem cauſarum ratio mutanda eſt. Quid porro multus ſtilus, et aſſidua lectio, et longa ſtudiorum aetas facit, ſi manet eadem, quae fuit incipientibus, difficultas? Periiſſe profecto confitendum eſt praeteritum laborem, cui ſemper idem laborandum eſt. Neque ego hoc ago, ut ex tempore dicere malit, ſed ut poſſit. Id autem maxime hoc modo conſe-
5 quemur. Nota ſit primum dicendi via. Neque enim prius contingere curſus poteſt, quam ſcierimus, quo ſit et qua perveniendum. Nec ſatis eſt, non ignorare, quae ſunt cauſarum judicialium partes, aut quaeſtionum ordinem recte disponere: quanquam iſta ſint 95
praecipua: ſed quid quoque loco primum

ut gub. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt *ut.*

ad varietatem. Turic. Flor. (hic tamen retinet accuſativum) *aut varietate.*

4. *multus.* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *multis.*

aſſidua. Flor. (a pr. m.) *ad ſua* cum Alm.

ſtudiorum. Guelf. *ſtudio* cum Voſſ. 1. 2. 3. Goth. cf. 10, 1, 44. 11, 3, 50. *idem.* Turic. omittit cum Voſſ. 3. *dicere malit.* Flor. (a pr. m.) *diceremus alit.* Bern. *dicerem aliter.* *conſequemur.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) Camp. *conſequimur.*

5. *dicendi.* Turic. Flor. *ai* (cf. §. 1.) *aliquendi* cum Alm. (ſed hic omiſſo *ai*). Ille a ſec. manu *alloquendi,* hic noſtrum. Camp. *eloquendi.* *cauſarum.* Turic. Flor. (hic a pr. manu) omittunt. *quanquam — ſint.* Sic

4. *longa — aetas.* Cf. 1, 8, 8.

Digitized by Google

sit ac secundum, et deinceps: quae ita sunt natura copulata, ut mutari aut intervelli sine confusione non possint. Quisquis autem via 6
dicet, ducetur ante omnia rerum ipsa serie, velut duce: propter quod homines etiam modice exercitati, facillime tenorem in narrationibus servant. Deinde, quid quoque loco quaerant, scient, nec circumspectabunt; nec offerentibus se aliunde sensibus turbabuntur, nec confundent ex diversis orationem, velut salientes huc illuc, nec

Turic. Flor. Reliqui *q. — sunt.* *sit ac sec.* Turic. *sed ad s.*, a sec. m. nostrum cum Voss. 1. 3. Sed Flor. *si ad s.*, a sec. m. *sit quid s.* et sic reliqui exc. Guelf. qui *s. atque s.* et Camp. qui *s. quidque s.* *et deinceps.* Sic Turic. Flor. Reliqui *ac d.* *confusione.* Guelf. *confessione.* cf. 4, 2, 47.

6. *via dicet, ducetur.* Sic Flor. *vi adicet ducet, ducetur* Turic. *vi adiciet d.* a sec. m. *adducet d.* Guelf. *viamque discet d.* Camp. *viam discet d.* Goth. Voss. 2. Vall. Bad. Basil. *viam ducet d.* Voss. 3. *via ducetur d.* Jens. cum edd. poster. ante Ald. (err. Burm.). Reliqui *viam qua ingrediendum sit discet d.* quod in quibus exemplaribus is qui hoc testatur Regius invenerit, equidem non reperio, ut ipsius glossam putem. *circumspectabunt.* Turic. Flor. *rum sp.* Ille a sec. m. *iterum s.*, hic nostrum. *confundent ex.* Turic. Flor. inserunt *sed.* *velut salientes huc illuc.* Turic. Flor. *valet salientibus hic illud*, ille a sec. m.

5. *mutari aut intervelli.* „Cf. 12, 9, 17." Gesnerus.

6. *via dicet* i. e. ordine et ratione utetur in dicendo. cf. 2, 17, 41. 4, 5, 3. 7, 10, 5. 7, 2, 56. Cic. Orat. 53. initio. Quanquam nullo horum quidem locorum adeo praecise usurpatur haec locutio. Sed referebat hic breviorem esse, ut in re modo diligenter explicata, quid esset „dicendi „via."

ante omnia — Deinde. cf. 5, 13, 6. Insolens tamen, quod post *quisquis* secundo loco pluralem usurpat; sed intervenerant isti *homines*, ad quos deflexit oratio.

Digitized by Google

7 usquam inſiſtentes. Poſtremo habebunt modum et finem, qui eſſe citra diviſionem nullus poteſt. Expletis pro facultate omnibus, quae propoſuerint, perveniſſe ſe ad ultimum ſentient. Et haec quidem *ex arte*, illa vero *ex ſtudio*: ut copiam ſermonis optimi, quemadmodum praeceptum eſt, comparemus; multo ac fideli ſtilo ſic formetur oratio, ut ſcriptorum colorem, etiam quae ſubito effuſa ſunt, reddant; ut cum multa 8 ſcripſerimus, etiam multa dicamus. Nam

velut ſal. (neſcio dativumne an accuſ.) *hinc in illud*, hic, *velut ſalientes hinc illuc.* *usquam.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *unquam.* Goth. omittit *nec usquam.*

7. *Expletis pro facultate.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt *pro.* *omnibus — perveniſſe ſe ad.* Turic. *o. propoſuiſſe ad.* Flor. *o. propoſuiſſem ad*, a ſec. m. noſtrum, niſi quod *propoſuerunt.* *ſentient.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ſentiunt.* *ex arte.* Turic. *et arta.*

etiam quae. Goth. (err. Geſn.) *e. ea q.* cum Voſſ. 2. Jenſ. et edd. poſterr. ante Baſil. *effuſa ſunt.* Flor. (a pr. m.) *effulſa ſ.* Guelf. *e. ſint.* *etiam multa.* Turic.

inſiſtentes. cf. not. crit. ad 9, 4, 18.

7. *Expletis — ſentient.* Scabra haec eſt oratio ex copulae defectu. Inſeram *enim* poſt *expl.* Sed in eo quoque haereo, quod additur *quae propoſuerint*, in quo magis eorum eſt ſignificatio, quae cum auditoribus communicaverint orantes, quam quae ipſi intra ſe taciti diſpoſuerint (cf. lib. 4. cap. 4.). Hasce difficultates vitaris legendo *omnibus perveniſſe ſe.* Quod ſi audacius videatur, ſcribe *o. propoſitis perveniſſe ſe.* In participio enim illa, quam dixi, poteſtas minus ineſt. (cf. ad 3, 8, 42. p. 584. ſed et hic not. crit.)

quemadmodum praeceptum eſt. „Ab initio inde hujus „libri.“ Geſnerus.

comparemus; multo. Inſerendum cenſeo *ut*, quod concinnitas poſtulat; nec geminationem moror protinus recurrentis alia poteſtate *ut.* (cf. 10, 6, 4.)

etiam multa. cf. not. crit.

Digitized by Google

consuetudo et *exercitatio* facilitatem maxime parit, quae si paululum intermissa fuerit, non velocitas illa modo tardatur, sed ipsum os quoque concurrit. Quanquam enim opus est naturali quadam mobilitate animi, ut, dum

etiamque multa, a sec. m. *etiam quam m.* Camp. *etiam et m.* Jens. *etiam qui m.* cum edd. ante Ald. In *quam* hoc *qui* depravari a quibusdam narrat Regius; inter interpretandum in auditoriis, suspicor; neque enim in libris reperio excusis. Badius hoc ipsum fortasse in codice sublatum a Valla existimat, cum sententiam suam tueri voluerit; vide Elegg. Vall. 1, 17. p. 55. seqq. Dubitari nequit, quin *quam multum*, absterso jam et evanescente exclamationis forma, in potestatem intentionis abierit apud scriptores, velut est Cic. Verr. 3, 88. *Fecerunt alii alia quam multa.* Plin. H. N. 14, 21. p. Hard. 728. *quam multis peremtis.* vide Lexica. Itaque sane hic illud ipsum *quam* a Qu. profectum suspicor.

8. *non veloc.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt *non* cum Goth. 2. *sed.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 1. 2. 3. Vall. Alm. et edd. ante Bad. Ex hujus quidem conjectura reliqui (praeter Basil.) nostrae voculae subjiciunt *et* νάρκημα, mira levitate. Idem et ἄγημα (cf. Steph. Thes. Vol. 1. p. 7 et 91.) hariolatus erat et αἷμα. Graecum nomen ullum aut lacunam inserendo relictam cave credas inveniri in ullo librorum, quos negligentiores hic critici tacent. *os quoque concurrit.* Turic. Flor. *atque c.* cum Alm. Alter a sec. m. *coit atque c.* et sic Guelf. Voss. 3. cum reliquis omnibus. Nostrum primi recepimus ex verissima Gesneri conjectura, qui et ipse in textu ponere debebat. Turic. a sec. m. *eque c.* Quod autem idem *concurret* habet, verius puto, sed supra scribendum *tardabitur.* Lochmanni conjecturae nihil hic proficiunt, suadentis „sed *ipsa*" [velocitas] „coit atque concurrit," vel „sed *ut hoc* ipsum „coit atque concurrit." *Quanquam.* Turic. *qui*, a sec. m. *quid.* *animi, ut.* Turic. Flor. (hic a pr. m.)

8. *os quoque concurrit.* Quid apud Romanos sit *os concurrens*, Lexica docent in voce *concurrendi.* De tempore hujus verbi consule not. crit.

Digitized by Google

proxima dicimus, ſtruere ulteriora poſſimus, ſemperque noſtram vocem proviſa et formata
9 cogitatio excipiat: vix tamen aut natura, aut ratio in tam multiplex officium diducere animum queat, ut inventioni, diſpoſitioni, elocutioni, ordini rerum verborumque, tum iis, quae dicit, quae ſubjuncturus eſt, quae ultra ſpectanda ſunt, adhibita vocis, pronun-952
ciationis, geſtus obſervatione, una ſufficiat.
10 Longe enim praecedat oportet intentio, ac prae ſe res agat: quantumque dicendo conſumitur, tantum ex ultimo prorogetur: ut donec perveniamus ad finem, non minus pro-

omittunt *ut* cum Voſſ. 3. *ſ. ulteriora poſſimus.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *in ora ſ. poſſumus.* Guelf. *u. ſ. poſſumus.*

9. *diſpoſitioni.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *diſpoſitio.* Mox *elocutioni* omittit Guelf. cum Voſſ. 1. 3.

iis, quae dicit. Turic. *isque didit*, a ſec. m. *is qui dicit.* Flor. (a pr. m.) *iis quae edidit.* *adhibita vocis.* Turic. *adhibatſ v.* a ſec. m. *adhibeat et v.* *geſtus obſervatione, una.* Turic. *guſtus in geſtu obſervationum in una.* a ſec. m. *in* deletur et praecedenti voci *pron.* applicatur *que* enclitica. Flor. *geſtus in geſtu obſervatione in una.* Guelf. *g. obſervationem in luna*, cum Voſſ. 1, 3. in ultimis duobus. Camp. *g. obſervationem una.*

10. *oportet.* Guelf. omittit cum Voſſ. 3.

ut donec. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. Mox pro *perveniamus* Guelf. *perveniat.* *non minus* —

10. *praecedat — intentio.* Sit intentio ultra id quod cummaxime pronunciant. Ejusmodi eſt illa, in qua haerebam, *antecedens memoria* 1, 1, 25. ut plane verum reddiderit Gedoynus: ſed cf. 11, 2, 3.

prorogetur i. e. repraeſentetur, poteſtate ad ſolutionem pecuniarum pertinente, de qua vide Lexica. Et idem *praerogare.*

Digitized by Google

ſpectu procedamus, quam gradu, ſi non interſiſtentes offenſantesque brevia illa atque conciſa ſingultantium modo ejecturi ſumus. Eſt igitur uſus quidam irrationalis, quem 11
Graeci ἄλογον τριβήν vocant, qua manus in ſcribendo decurrit, qua oculi totos ſimul in lectione verſus, flexusque eorum et transitus intuentur, et ante ſequentia vident, quam priora dixerunt. Quo conſtant miracula illa in ſcenis pilariorum ac ventilatorum, ut ea,

procedamus. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *id unus — procedimus.* *gradu — offenſantesque.* Turic. *gradus interſicientes offenſansque.* In Flor. *ſi non* ſunt recentioris manus.

atque conciſa. Turic. inſerit iterum *illa.* Camp. *a. conſcia.*

ſingultantium. Turic. *ſingultatium,* a ſec. m. *ſigillatim.*

ejecturi. Turic. *elucturi* cum Alm. a ſec. m. *elicturi.* Flor. *electuri* (cf. 10, 5, 20.). Burm. ſuadet *eructaturi,* appellato Heinſio ad Ov. Metam. 14, 211. Nos, *eluctaturi.* De voce et verbis hoc Tacit. Annal. 4, 31. Stat. Achill. 1, 125. *Ejicere* enim vix eſt *ſingultantium,* ſed nimis properum. *ſumus* pro reliquorum *ſimus* dedimus e Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Stoer.

11. *uſus quidam.* Turic. *vivi q.* Camp. *via quaedam.*

irrationalis. Turic. (hic *in.*) Flor. Guelf. *irrationabilis* cum Goth. Voſſ. 2. 3. Alm. et edd. poſt Camp. ante Stoer. acc. Gibſ. Obr. Roll. (non Leid.). cf. 2, 16, 16.

qua — qua. Sic Turic. (niſi quod ſec. loco a pr. m. *quam*) Flor. Guelf. Camp. cum Voſſ. 1. 2. 3. Bern. (hic tamen in priore non memoratur) Jenſ. Tarv. Ald. Baſil. Reliqui *quo — quo.* *flexusque.* Turic. Camp. *fluxusque.* *dixerunt.* Turic. (a ſec. m.) *dixerint.*

ventilatorum. Flor. (a pr. m.) Guelf. *ventulatorum* cum

ejecturi. cf. not. crit.

11. ἄλογον τριβήν. cf. 2, 15, 23.

qua manus in ſcribendo, Appoſite demonſtrat Geſnerus locum Ciceronis de Or. 2, 30. §. 130.

pilariorum ac ventilatorum. Illos reſpondere praeſtigiatoribus quos hodie ſcyphorum

Digitized by Google

quae emiserint, ultro venire in manus credas,
12 et qua jubentur decurrere. Sed hic usus ita proderit, si ea, de qua locuti sumus, ars antecesserit, ut ipsum illud, quod in se rationem non habet, in ratione versetur. Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui disposite, ornate, copiose dicit, sed tumul-
15 tuari. nec fortuiti sermonis contextum

Voss. 1. 2. (An 3?) Bern. *emiserint.* Guelf. *miserint.* *jubentur.* Turic. *juventur.* Alm. *juventus.* cf. §. 10.

12. *si ea, de qua locuti.* Turic. *alia si eum tota loca l.* a sec. m. nihil reponitur nisi *ad alia.* Flor. *alia si ea tota loca locutis.* a sec. m. *si ea tota de qua l.* Goth. (tac. Gesn.) *s. de ea q. l.* *illud — in ratione.* Turic. *i. non habet in oratione.* Flor. item a pr. m. nisi quod *ratione.* Camp. omittit *in se.* *Nam mihi ne d.* Turic. Flor. (a pr. m.) *n. m. d.* cum Alm. Sed Turic. a sec. manu, *non m. d.*

sed tumultuari. Sic Turic. Guelf. Ille a sec. m. *s. tumultuati.* Flor. Alm. Voss. 1. Jens. Tarv. *s. tumultuarii.* Sed Goth. (tac. Gesn.) Camp. *nec tumultuarii* cum Voss. 2.

vel perarum lusores appellamus, Lexica docent et quidem ex hoc modo loco, itemque unius inscriptionis auctoritate apud Fabrettum. Plures enim ne apud Forcellinum quidem testes invenio, sedulum alioqui lapidum litteratorum exploratorem. Mos plane nusquam praeterea reperimus hac quidem potestate, nisi forte huc pertinet, quem Gesnerus excitat in Thesauro, Prudentii versus Perist. 14, 78. „Tu ven„tilator urbis", ubi commode agnoscas praestigiatorem, imponentem vulgo; possis tamen et eum, qui ignem ventilet. Accedit proxime ad Fabii notationem Suidas in voce ψηφολόγοι, qui οἱ ψηφολόγοι ait: τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως τῶν ψήφων ἀπατῶντες συναρπάζουσιν. Hujusmodi artificum mentionem apud veteres persequitur, quem indicat Burm., Casaubonus ad Athen. 1, 16. p. 19. B. et magis quidem perfunctorie ad Theophr. περὶ ἀπονοίας p. (Fisch.) 85. Cave ad *miracula* referas genitivum *pilariorum* cet., qui pendet a *scenis;* sicut et Alciphron 3, 20. ait se εἰς τὸ θέατρον adductum, cum venisset ad praestigiatorem.

Digitized by Google

mirabor unquam, quem jurgantibus etiam mulierculis ſuperfluere video: cum eo quod,
953 ſi calor ac ſpiritus tulit, frequenter accidit, ut ſucceſſum extemporalem conſequi cura non poſſit. Deum tunc affuiſſe, cum id 14
eveniſſet, veteres oratores, ut Cicero ait, dictitabant. Sed ratio manifeſta eſt. Nam

Reliqui *Sed nec tumultuarii*, revellentes ab antegreſſis, quae diremtio eſt in ipſo Guelf.

13. *video: cum eo quod.* Sic Voſſ. 2. Goth. (niſi quod ex hoc *video cum cum e. q.* affertur, quod quidem ego non praeſtiterim) Jenſ. Tarv. cum edd. ante Bad. *cum eo quod* (omiſſo *video*) Turic. Flor. Guelf. *video quod* Camp. cum Vall. Bodl. Andr. Obr. *quod* ſolum Voſſ. 1, 3. Reliqui *video quem.* *frequenter accidit.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. et edd. ante Bad. acc. Baſil. Reliqui inſerunt *enim*, cujus auctorem appellare Vallenſem videtur Bad. ſed per errorem haud dubie.

14. *tunc.* Turic. *tamen.* *id eveniſſet.* Turic. *inter.* Flor. (a pr. m.) *interim.* Alm. *id eveniſſet em mt*, unde Burmannus eruit *cum maxime*, cujus gloſſa fuerit *cum id eveniſſet.* Voſſ. 3. *id eveniſſe.* *ait, dictitabant.* Sic Camp. ex conjectura profecto, cf. 5, 13, 19. Sed quae ſola ſani quidquam coloris habeat. Guelf. *dictitabant* ſolum. *dictabant* Voſſ. 1. 3. *ajebant* ſolum Goth. cum Voſſ. 2. Reliqui (Flor. ſane a pr. m. *d. agebant*) *dicit ajebant*, in quo ipſo latere puto *dictitabant.* Neque tamen eo acquieſcendum, quaſi Cicero ipſe *veteribus* annumeretur iſtis *oratoribus*, ubi opus erat ſcribere *velut*, non *ut.* Locum quidem Ciceronis, in quo legatur hujusmodi vel ipſius vel veterum ab ipſo memoratorum ſententia, oſtendere non eſt in promtu. Quod enim demonſtrant de Orat. 1, 46. §. 202. quicunque inſpexerit, alia omnia inveniet. cf. 3, 1, 8. Gongruet aliquis eorum, ſi repertus fuerit, locorum, ubi quae ſumma cum elo-

13. *cum eo quod — frequenter accidit.* Eſt ſtructura, qualem vidimus 2, 4, 30. Sequentia autem *ut ſucceſſus — non poſſit* ita intellige: „ut ſucceſſus orationis ex„temporalis vincat ſucceſſum „curae et meditationis."

14. *ut Cicero ait, dictitabant.* cf. not. crit.

Digitized by Google

bene concepti affectus et recentes rerum imagines continuo impetu feruntur, quae nonnunquam mora ſtili refrigeſcunt, et dilatae non revertuntur. Utique vero cum infelix illa verborum cavillatio acceſſit, et curſus ad ſingula veſtigia reſtitit, non poteſt ferri contorta vis, ſed, ut optime vocum ſingularum cedat electio, non continua, ſed compoſita eſt. Quare capiendae ſunt illae, de quibus dixi, rerum imagines, quas vocari φαντασίας indicavimus, omniaque, de quibus dicturi erimus, *perſonae*, *quaeſtiones*, *ſpes*, *metus*, habenda in oculis, in affectus recipienda. Pectus eſt enim, quod diſertos facit, et vis mentis. Ideoque imperitis quoque, ſi modo ſunt aliquo affectu concitati, verba non

quentia per extemporalem impetum fuſa ſint, divinitus dicta perhibentur. *affectus et.* Turic. *adfectet.* a ſec. m. (reficto etiam modo *concepto*) *affectu ad. quae nonnunquam mora.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. *reſtitit.* Obr. *reſiſtit.* Placet. cf. 10, 3, 19.

ferri. Turic. Flor. (ſed hic a ſec. m. *ad ferri.* cf. 5. item 10, 1, 109.) Guelf. *fieri* cum Alm. *ſurti* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald.

15. *Quare capiendae.* Turic. (a pr. m.) *ſi qua re capienda. indicavimus.* Camp. *diximus* cum Bodl. Andr.

affectus. Guelf. *affectibus.* Turic. *adfectis.*

ſunt aliquo. Turic. *ſint alio quo.* Flor. *ſint a.*

dilatae non revertuntur. cf. 10, 3. extr.

infelix illa — cavillatio. cf. 10, 3, 10.

reſtitit. cf. not. crit.

ferri contorta vis. Imitatur Ciceronem in eo qui ſupra poſitus eſt, loco 9, 4, 55. Eſt enim *contortus* in laude. *Ferendi* verbum vide etiam ad 9, 4, 18.

15. *de quibus dixi.* cf. 8, 3, 64. Item 11, 3, 62. 12, 10, 6. demonſtrante Geſnero.

Digitized by Google

deſunt. Tum intendendus animus, non in 16
aliquam rem unam, ſed in plures ſimul con-
§54 tinuas: ut, ſi per aliquam rectam viam mit-
tamus oculos, ſimul omnia, quae ſunt in ea
circaque, intuemur, non ultimum tantum
videmus, ſed usque ad ultimum. Ad dicen-
dum etiam pudor ſtimulos habet et dicendo-
rum expectata laus: mirumque videri poteſt,
quod, cum ſtilus ſecreto gaudeat, atque omnes
arbitros reformidet, extemporalis actio audi-
torum frequentia, ut miles congeſtu ſignorum,

deſunt. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ſunt.*
16. *Tum intendendus.* Guelf. *tamen i.* cum Jenſ. Tarv. *non in aliquam.* Flor. (a pr. m.) omittit *in.*
plures. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm
continuas: ut, ſi per. Turic. *continua ſunt ſuper.* Flor. (a pr. m.) *continuas ſi ſuper.* Ex Alm. *ſuper* pro *ſi per.*
ſunt in ea circaque. Flor. *quae fiunt quae ſemper i. e. circa quae,* a ſec. m. *quae fiunt in ea circa quae.*
intuemur, non. Turic. Flor. (hic a pr. m.) inſerunt *omnis* cum Alm. *tantum.* Goth. (tac. Geſn.) *tamen.*
Ad dicendum. Sic Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Colbert. Sed Turic. Flor. *addiſcendum.* Flor. (a ſec. m.) anteponit *addit.* Reliqui *Addit ad d.* Mox pro *ſtimulos* Turic. (a ſec. m.) *ſtimulus.* *habet.* Sic Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Colb. et edd. ante Gryph. Sed Turic. Flor. (hic a pr. m.) haec omnia *habet — laus* omittunt cum Alm. Voſſ. 1. 3. Reliqui *addit.* *mirumque.* Turic. *marumque,* et a ſec. m. *amarumque.* Guelf. *utrumque* cum Voſſ. 1. 3. Jenſ. Tarv. Sed Bern. *mirum utrumque.* Mox pro *ſtilus* Flor. (a pr. m.) *ſtimulos.* *arbitros.* Flor. (a pr. m.) Camp. *arbores.* *congeſtu.* Flor. Camp. *concentu* cum Andr. Ald. Baſil. Gryph. (1536.). *contentus* Alm. (cf. §. 14.) *cum geſtu* Voſſ. 1. Valde obnoxium permutationi vocabulum (cf. 10, 3, 17.), nec eſt quod averſemur *concentum ſignorum,* quae toties apud Livium aliosque ſcriptores *canere* dicuntur. Sed, id quod recte monet

16. *congeſtu ſignorum.* cf. not. crit.

Digitized by Google

17 excitatur. Namque et difficiliorem cogitationem exprimit et expellit dicendi neceſſitas, et ſecundos impetus auget placendi cupido. Adeo praemium omnia ſpectant, ut eloquentia quoque, quanquam plurimum habeat in ſe voluptatis, maxime tamen praeſenti fructu 18 laudis opinionisque ducatur. Nec quisquam

Badius, aliena hinc fuerit commemoratio eorum, quae auditum feriunt, non oculos. Signa ſua ſinguli habent manipuli (cf. Duker. ad Liv. 33, 9, 8. it. Lipſ. de militia 2, 8. p. 86.); quo plura ergo ſigna, eo frequentior militum concurſus. Burmanno tamen *militem* hic accipienti de duce exercitum alloquente, cujusmodi exhibitos ſane in nummis recte ille demonſtrat apud Spanhemium de U. e. P. N. Diſſert. 9. circumſtantibus ſignis, nequaquam accedo. Nimium jacet ſimilitudo oratori petita ab oratore et ipſo, quanquam militari.

17. *difficiliorem cogitationem.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) inſerunt *eſſe.* *expellit.* Turic. *explevit.* Flor. (a pr. m.) *explebit.* In Alm. turbari aliquid narratur. *expolit* Gryphii (1544.) margo, Stoer. Chouet. Leid. recte improbatum Gibſono. *praemium.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *pretium* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Bern. et edd. ante Ald. acc. Baſil. Correxit Regius, rectiſſime et laudabiliter iſta aetate. cf. quem demonſtrat Burm. Gronovium Obſerv. 2, 25. item Drakenb. ad Liv. 26, 40, 15. et Bentl. ad Terent. Andr. 2, 1, 20. *ſpectant.* Camp. *expectant* cum Voſſ. 2. Vall. Goth. et edd. ante Baſil. *habeat,* Flor. (a pr. m.) omittit.

17. *expellit.* Auget hoc et intendit id quod praeceſſerat *exprimendi* verbum, et in utroque eſt vehementiae et niſus, per quem aliquid eluctamur, ſignificatio. Sic erant 10, 3, 6. „*expulſuri* „tela.“ Reſpondent ei contra „*ſecundi* impetus.“

ut — ducatur. Malim *et — ducitur*, ut ſint haec epiphonematis loco, non juſtae et a reliquis diremtae ſententiae, quae abrupte nimis inducitur. cf. Drakenb. ad Liv. 2, 43, 10. Locus Virgilii ſimilis eſt Georg. 3, 112. *Tantus amor laudis, tantae victoriae curae!* cf. noſtr. 1, 12, 7. De *opinione* vide 2, 12, 5.

Digitized by Google

tantum fidat ingenio, ut id ſibi ſperet incipienti ſtatim poſſe contingere; ſed, ſicut in cogitatione praecipimus, ita facilitatem extemporalem a parvis initiis paulatim perducemus ad ſummam: quae neque perfici, neque contineri, niſi uſu, poteſt. Ceterum pervenire 19
eo debet, ut cogitatio non utique melior ſit ea, ſed tutior; cum hanc felicitatem non proſa
955 modo multi ſint conſecuti, ſed etiam carmine, ut Antipater Sidonius, et Licinius Archias: credendum enim Ciceroni eſt: non quia noſtris quoque temporibus non et fecerint quidam hoc, et faciant. quod tamen non ipſum tam probabile puto, (neque enim habet aut uſum res, aut neceſſitatem) quam exhor-

18. *incipienti ſtatim* Camp. omittit. Mox Flor. *poſſit.* *praecipimus.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Voſſ. 1. (An 2?) et edd. ante Ald. Reliqui *praecepimus.* Modo pro *ſicut* Turic. *ſic.* *facilitatem extemporalem.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. Reliqui inſerunt *quoque.*

19. *tutior.* Turic. *utior,* a ſec. m. *utilior,* et ſic Flor. cum Baſil. Gryph. (1536.). *felicitatem.* Turic. Flor. Camp. *facilitatem* cum Bodl. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. acc. Obr. cf. 5, 7, 17. *non proſa — etiam carmine.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Alm. et edd. ante Ald. Reliqui *in* bis inſerunt. *enim.* Turic. Flor. *ergo.* *non ipſum.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Reliqui *i. n.* Mox, Regio jubente, Guelf. Jenſ. Tarv. omittunt *tam.*

puto. Goth. *credo* cum Voſſ. 2. Colb. cf. 10, 1, 98. *habet aut uſum res, aut neceſſitatem.* Turic. *h. viſum tamen*

18. *in cogitatione.* 10, 6, 3.

19. *Antipater — Archias.* „De illo Cic. de Orat. 3, 50. „de hoc pro ipſo c. 8.“ Geſnerus.

non quia. „Poteram aequa„les memorare, ſed malo Ci„ceronis auctoritate uti, cui „fidem negare nemo audebit.“ Geſnerus.

Digitized by Google

tandis in hanc ſpem, qui foro praeparantur,
20 utile exemplum. Neque vero tantam eſſe unquam fiduciam facilitatis velim, ut non breve ſaltem tempus, quod nusquam fere deerit, ad ea, quae dicturi ſimus, diſpicienda ſumamus; quod quidem in judiciis ac foro datur ſemper. Neque enim quisquam eſt,
21 qui cauſam, quam non didicerit, agat. Declamatores quosdam perverſa ducit ambitio, ut expoſita controverſia protinus dicere velint: quin etiam, quod eſt imprimis frivolum

eſt tamen habet aut n. Flor. (a pr. manu) *h. habet viſum eſt tam tamen habet aut n.* a ſec. m. *tam* anteponit ſenſui. Camp. *h. tam aut u. r. a. n.* *ſpem.* Turic. Flor. ſubjiciunt *at* (cf. 14.) *ſpeciem.* Camp. *ſpeciem.*

20. *tantam — ſaltem tempus.* Turic. Flor. *tantas eum brevem* (Flor. *breve*) *ſaltem qui foro tempus.* Ex Alm. *tantam breve ſaltem t.* (cf. §. 16.) Guelf. *t. e. u. fiducia ut n. b. ſ. t.* Voſſ. 1. 3. *e. u. tanta fiducia ſ. u. n. b. ſ. t.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *e. u. t. ſ. — t.* per transpoſitionem, itemque omittunt *velim* cum Voſſ. 2. Tarv. et edd. poſterr. ante Ald. qui et ipſe cum Bad. eodem modo transponit. Bern. *tanta e. u. ſ. ſ. ut n. b. ſ. t.* Camp. *tanta cuiquam eſſe debet fiducia ſ. u. n. b. ſ. t.* (cf. §. 14.) cum Andr. niſi quod hic *cuique.* Inſeruit Regius *velim*, vere, ut videtur; nam hoc cum abiiſſet in *vel*, evanuit. *nusquam.* Camp. *nunquam* cum Goth. *ſimus.* Sic Turic. Flor. Reliqui *ſumus.* *diſpicienda ſumamus.* Turic. *deſpicientia ſummus.* Guelf. *deſpicienda ſ.* cum Voſſ. 3. *quod quidem.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. Trajiciendo hic peccatum a librariis ſuſpicor. Verus ordo erat hic: *ſaltem tempus ad ea, quae dicturi ſimus, diſpicienda ſumamus: quod nusquam fere deerit, in judiciis ac foro datur ſemper.* *non.* Flor. (a pr. m.) omittit. Camp. *nec.*

21. *ducit.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum

20. *quod quidem.* cf. not. crit.

Digitized by Google

ac ſcenicum, verbum petant, quo incipiant. Sed tam contumelioſos in ſe ridet invicem eloquentia: et qui ſtultis videri eruditi volunt, ſtulti eruditis judicantur. Si qua 22
tamen fortuna tam ſubitam fecerit agendi neceſſitatem, mobiliore quodam opus erit ingenio, et vis omnis intendenda rebus, et in praeſentia remittendum aliquid ex cura verborum, ſi conſequi utrumque non dabitur.
956 Tum et tardior pronunciatio moras habet, et ſuſpenſa ac velut dubitans oratio: ut tamen deliberare, non haeſitare, videamur. Hoc, 23
dum egredimur e portu, ſi nos nondum aptatis ſatis armamentis aget ventus: deinde

Alm. *diſcet* Guelf. cum Voſſ. 1. 3. Bern. *ac ſcenicum, verbum.* Flor. (a pr. m.) *at enim controverſio.*
contumelioſos in ſe ridet. Flor. *c. irridet*, a ſec. m. inſerit *in ſe.* *volunt.* Camp. *velint* cum Goth.
judicantur. Sic Flor. cum Baſil. Reliqui *videntur.* cf. 9, 4, 107. Ceteroqui multa hic turbat Flor. qui ſic: *et qui ſtulti* (a ſec. m. *ſtultis*) *videri eruditis res eruditis* (poſtrema duo tolluntur a m. ſec.) *volunt ſtultis* (ſec. m. *ſtulsi*) *eruditis judicantur.* In *judicando* cf. 11, 1, 66.
22. *mobiliore.* Flor. *meliore.* *et vis.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt. *et in praeſentia.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ne i. p.* *ſi conſequi.* Flor. *ſi non ſequi.* Guelf. *ſi* ſolum cum Bern. et edd. Steph. Rognii, Gryph. (1544.) Stoer. Chouet. Leid. Reliqui *ſi ſequi.* Noſtrum ex conjectura. *non dabitur.* Flor. (a pr. m.) omittit *non.* *non haeſitare.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt *non.*
23. *aptatis.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *optatis.*
ventus. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ventis.*

21. *qui ſtultis — judicantur.* Egregia eſt oppoſitionis proprietas in hisce *videri volunt — judicantur.*
22. *in praeſentia.* cf. dicta 9, 4, 109.
23. *Hoc, dum egredimur e portu.* cf. 6, 4, 10. Minus

Digitized by Google

paulatim ſimul euntes aptabimus vela, et disponemus rudentes, et impleri ſinus optabimus. Id potius, quam ſe inani verborum torrenti dare, quaſi tempeſtatibus, quo volent, 24 auferendum. Sed non minore ſtudio continetur haec facultas, quam paratur. Ars enim ſemel percepta, non labitur: ſtilus quoque intermiſſione paululum admodum de celeri-

aptabimus — disponemus. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *aptarimus — disponimus.* *potius.* Turic. Flor. Guelf. *protinus* cum Voſſ. 1. 2. 3. (non Goth. cf. 10, 3, 18.) *inani.* Goth. *mari* cum Voſſ. 2. *quo volent.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *qui v.* cum Voſſ. 1. 3. Vall. (ſed Voſſ. 2. non memoratur) et edd. ante Bad. Sed mox Camp. Ald. *auferentur.*

24. *percepta.* Flor. (a ſec. m.) Guelf. *praecepta* cum Goth. Voſſ. 2. Stoer. Chouet. Leid. *non labitur.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *n. capitur* cum Goth. Voſſ. 2. Born. Vall. et edd. ante Bad. ſec. ſed Baſil. *n. rapitur.* Obr. *mora l.* Unde ſit noſtrum, nondum reperio. Neque enim Voſſ. 1. 3., qui tacentur, vindices credo hujus ſcripturae. *capitur* dici poſſe eo intellectu, quo *captos oculis, mente, membris* uſurpemus, ſi quis defendat, cum auctoritate carere recte monet Geſnerus. *paululum.* Sic Turic. Flor.

apte huc advocat Gallaeus loca Virgiliana Georg. 2, 312. 552. 3. In hac egregia quidem ſimilitudine, inſignem tamen naevum agnoſco incuriam illam, qua in idem verbum *aptandi* noſter relabitur. cf. §. 7.

24. *Ars — non labitur.* Maxime accedit huic *labendi* ſignificatui, quod miniſtrat Porcellinus ex Virgilio Ecl. 1, 64. ubi *labatur* Servius reddit „reſpuatur vel *oblivioni* „*tradatur.*" In genere quidem, quidquid in animo non eſt firmum aut rectum, *labare* et mox *labi* dicitur, in quo eſt *errandi* poteſtas. Velut Ovid. Faſt. 1, 190. „Pars mihi de „feſto ne *labet* ulla tuo." Eſt etiam *labi* evaneſcere, ut apud Stat. Theb. 4, 645. Alius eſt generis et longe expeditius Plin. Epiſt. 2, 3, 4. „ne „verbo quidem *labitur.*" Ceterum gradus eſſe in hisce unicuique facile apparet; ars firmiſſime durat, ſtilus ipſe non multum damni accipit a de-

Digitized by Google

957 tate deperdit: promtum hoc, et in expedito positum, exercitatione sola continetur. Hac uti sic optimum est, ut quotidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum simus judicio atque opinione solliciti: rarum est enim, ut satis se quisque vereatur. Vel soli tamen dicamus potius, quam omnino non dicamus. Est illa exercitatio cogitandi, totas- 25

Camp. *paulum* Guelf. Goth. Jenſ. cum reliquis omnibus exc. Geſn. Bip. qui per errorem *paulo*. cf. 11, 3, 63.

deperdit. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *perdit* cum edd. ante Gryph. Sed Vall. noſtrum. *promtum*. Guelf. *in promptu*. *in expedito poſitum*. Guelf. *inexpeditum p.* Flor. (a pr. m.) *i. e. portum*. Camp. *inexpedito portu*.

atque opinione. Sic Camp. Ald. Reliqui *ac o.* cf. 5, 2, 3. Pro altero Goth. (err. Geſn.) *optime*. *enim*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt. *quisque*. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 3. Bern. et edd. ante Gryph. exc. Bad. Reliqui *quisquam*, jubente Regio. *ſoli tamen*. Guelf. *ſolita mendicamus* (prava conjunctione). Flor. *ſolita enim*. Colb. *ſolitae tamen*. Goth. *ſolita* cum Vall. et edd. ante Ald. exc. Camp.

dicamus — omnino non. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. (a quo tamen *potius* abeſſe non narratur.) Camp. mox *dicamus* ignorat. Goth. (err. Geſn.) *d. p. q. non animo* cum Voſſ. 2. Reliqui omnes *non omnino*, quod primi, ſuadente jam Geſnero, transpoſuimus.

25. *Eſt illa*. Flor. *et alia*. Guelf. Camp. *Eſt alia* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. acc. Gibſ. Obr. Roll.

fectu exercitationis; promtum hoc ex tempore dicendi artificium ſolo uſu tenetur.

rarum — ut — ſe quisque. cf. dicta ad 4, 1, 46. ſed et 10, 2, 6.

25. *Eſt illa*. Inſerendum cenſeo *et*. Structuram vide ad 9, 3, 20. item 1, 7, 10. 9, 4, 97. Cave autem hic aliam quandam ab adhuc memoratis *cogitandi* exercitationem agnoſcas; eſt et ipſa *ex tempore dicendi*, ſed quae *cogitando* fiat. cf. Plin. Epiſt. 9, 36, 2.

Digitized by Google

que materias vel ſilentio (dum tamen quaſi dicat intra ſe ipſum) perſequendi, quae nullo non et tempore et loco, quando non aliud agimus, explicari poteſt: et eſt in parte utilior, 26 quam haec proxima. Diligentius enim componitur, quam illa, in qua contextum dicendi

(Capper. idem volebat, ſed operae non paruerunt.) Noſtram dat et Turic. *intra ſe ipſum.* Flor. (a pr. m.) Camp. omittunt *ſe* cum Vall. Locat. Ven. Ruſc. *contra ipſum* Guelf. cum Voſſ. 1. 3. Jenſ. Tarv. *et tempore.* Flor. Guelf. *eſt t.* cum Voſſ. 1. 3. Jenſ. Tarv. *et* omittunt Locat. et poſterr. ante Gryph. *ex t.* Camp. cum Goth. Voſſ. 2. *et loco.* Flor. (a pr. m.) omittit *et* (cum Voſſ. 2. non Goth. cf. §. 23.). *te l.* Guelf. cum Voſſ. 1. 3. *locoque* Camp. cum Ald. Baſil. *re l.* Jenſ. cum poſterr. ante Ald. *quando.* Turic. Flor. (hic quidem a ſec. m. noſtrum, ſed praemiſſo *vel*) Guelf. *quomodo* cum Voſſ. 1. 3. Bern. *explicari.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *explicare. utilior.* Turic. Flor. Guelf. *utilitatis* cum Alm. Bern. Sed Voſſ. 1. 3. *poteſtate utilitatis* pro *parte u.*

26. *componitur.* Flor. (a pr. m.) *componuntur.*

dicat intra ſe. Malis ſane e communi formula *dicas intra te;* ſed reſpondet, quod ſupra erat §. 23. „quam *ſe* „dare" pro „quam *te.*" cf. et illum tertiae perſonae uſum, de quo egimus ad 2, 15, 12. item 12, 7, 6.

explicari. Ineſt etymi vis, ut quaſi tota aliqua res nullis vel temporis vel ſpatii anguſtiis coartata expromi poſſit. cf. 10, 1, 121.

26. *Diligentius — componitur.* Cum *exercitatio* ipſa dicitur *componi*, intelligendus eſt animus ejus, qui ſe exercet. Is enim accuratius ſeveriusque ad prudentem rerum dicendarum delectum *componitur* et temperatur; cum contra, ſimulatque eloqui verba coepimus, ſi vel ſoli ſimus, tamen interrumpere illum curſum et quaerendo ſaniora interim obmutescere reformidemus, leviora potius et putida infercientes. Mox *rurſus* proprie dicitur pro *contra, exadverſo:* vide Serv. ad Virg. Georg. 3, 158.

Digitized by Google

intermittere veremur. Rurſus in alia plus prior confert, vocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis, qui et ipſe, ut dixi, excitat oratorem, et jactatione manus, pedis ſupploſione, ſicut cauda leones facere dicuntur, hortatur. Studendum vero ſemper, et ubique. Neque enim fere tam eſt ullus dies 27 occupatus, ut nihil lucrativae, ut Cicero Brutum facere tradit, operae ad ſcribendum,

veremur. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *deberemus* cum Alm.

in alia plus prior. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum marg. Baſil. *i. a. prior plus* Goth. cum Voſſ. 2. 3. Vall. et edd. ante Ald. qui (err. Burm.) *illa alia pr. pl.* Voſſ. 1. *in illa pr. pl.* Mox cum Badio reliqui *illa pr. pl.*

firmitatem — facilitatem. Camp. *firmitate — facilitate* cum Goth. Voſſ. 2. Alm. (nihil tale Flor. cf. §. 16.) et edd. ante Leid. exc. Baſil. acc. Roll. Sed poſt Camp. et *motu* pro *motum.* Inde, pro ea, quam inveniebat, ceterorum conſtitutione, belle Geſnerus *firmitati — facilitati, motu* (i. e. *motui*). *qui et ipſe.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *quae et ipſae.* Camp. *quae et ipſa. excitat.* Turic. Camp. *excitant.* Flor. (a pr. m.) *exertant.* Gebh. (Crepp. 3. 18.) e Palatino affert et commendat *exſertat,* recte improbatus Burmanno, homo ſine judicio ingenioſus. cf. 10, 1, 7.

oratorem. Turic. *oratore.* Guelf. *orationem.*

27. *ullus dies occupatus.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ullis occupatis.* Ab Alm. nonniſi *dies* abeſſe narratur.

lucrativae — operae. Sic Guelf. Camp. cum Goth. Vall.

in alia — vocis firmitatem. Haec inunda eſt ſtruendi ratio, ut accuſativi illi, *firmitatem, facilitatem, motum,* epexegeſi inſerviant, pendeantque a praepoſitione *in.*

ut dixi. 10, 3, 21. Fruſtra Geſnerus reſpicit ad 1, 2, 31.

dicuntur, hortatur. Inſuavis ſoni iteratio. An praeſtabit ſcribere *dicunt?*

Studendum — ubique. Almelovenus et Capperonnerius indicant locum ſanctiſſimi philoſophi de Legg. libro 7. aſſiduum nec intermiſſum nocte dieque ſtudium commendantem ingenuorum et a reliquis laboribus vacantium p. Steph. 807. d. e.

27. *lucrativae — operae.* Primum, ubi hoc tradat Cicero,

Digitized by Google

aut legendum, aut dicendum rapi aliquo momento temporis possit. Siquidem C. Carbo

et edd. ante Ald. acc. Basil. eaque posterr. ante Roll. *lucra vel ut — opera* Turic. (sed hic et *tradi* pro *tradit*). *lucretur vel ut — opera* Flor. Reliqui, quorum primus Andreas Alerienſis (1470.), *lucri vel, ut* — (quanquam Ald. *lucri velut* ineptiſſime), *operae*. Post *lucri* omittunt *vel* Gryph. (1536.) Vidov. *aut legendum*. Sic Turic. Flor. *vel ad l.* Goth. (tac. Geſn.) Camp. Omittit haec Guelf. Reliqui *a. ad l.* niſi quod mox ante *dic.* quoque *ad* inſerit Rollin. Harl. *momento*. Flor. (a pr. m.) *moden.* Camp. *modo*.

non eſt in comperto. Demonſtrant quidem VV. DD. locum Oratoris cap. 10. §. 34. „Jam „quantum illud eſt, quod „in maximis occupationibus „nunquam intermittis ſtudia „doctrinae! ſemper aut ipſe „ſcribis aliquid, aut me vocas „ad ſcribendum," ſed ipſi non acquieſcunt. Quanquam fateor mihi hoc ſufficere, qui perfuſoriam illam ſcriptorum loca commemorandi rationem in noſtro toties agnoverim. Deinde *lucrativum* hujus aevi vocabulum eſſe negant, nedum ut eo Cicero uſus ſit (nam et hoc cavet Burmannus) in ipſo, qui reſpicitur, loco. Ciceroni ſane nihil tale obtrudemus; ſed nec neceſſe eſt ipſa ejus verba poſuiſſe noſtrum. Vox ſane iſta nec vetuſtiſſimis libris defenditur, neque apud alios quam juris civilis auctores legitur. Attamen ſtructura, qualis eſt in vulgata, aptiſſime decurrit nec quidquam habet peregrini coloris; cum illa aliorum *lucri vel — operae*, plane non ſit ferenda. Neque ego hujus aetatis ſcriptores abhorrere video a fingendis talibus adjectivis. cf. dicta ad 3, 3, 9. *Lucrum* imprimis eſt, quod inſperatum commodis noſtris acquiritur. Itaque *operam lucrativam* a Qu. dici potuiſſe cenſeo quidquid operae injunctis et neceſſariis laboribus negotiisque velut ſurriperetur et dilectis ſtudiis accederet. Simili modo *ſubſeciva temporum* uſurpavit 1, 12, 13.

C. Carbo etiam in tabernaculo. Hoc ipſum de tabernaculo apud nullum alium invenio auctorem; ſed Carbonis induſtriam in exercitationibus commemorat Cicero Brut. c. 27. (ubi vide Wezelium) et de Orat. 1, 34. Hoc, eloquentiſſimo ſui temporis patrono, percellendo primum inclaruit magnus orator L. Licinius Craſſus, unius tum et viginti annorum ado-

Digitized by Google

etiam in tabernaculo ſolebat hac uti exercitatione dicendi. Ne id quidem tacendum, quod 28
eidem Ciceroni placet, nullum noſtrum usquam negligentem eſſe ſermonem: quidquid loquemur ubicunque, ſit pro ſua ſcilicet portione perfectum. Scribendum certe nunquam eſt magis, quam cum multa dicemus ex tempore. Ita enim ſervabitur pondus, et innatans illa verborum facilitas in altum

28. *tacendum, quod.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Reliqui inſerunt *eſt.* *eidem.* Turic. Camp. *idem.* *loquemur.* Turic. Flor. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *loquimur* cum Voſſ. 2. *loqueremur* Voſſ. 3. Mox Camp. inſerit *vel.* *ſit.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ſint.* *ſcilicet* Camp. *ſit,* *perfectum.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *perfecte* cum Alm. *innatans.* Turic. *ina trans.* Flor.

lescens. Sed eundem bellicas res geſſiſſe non reperio, ut in tabernaculo meditari potuerit, et vereor quam maxime, ne quid hic turbaverit noſter permutatis inter ſe Cn. Papirio Carbone ter conſule, Cinnae amico, Sullae adverſario, qui multis rebus geſtis, turpi ſupplicio interemtus eſt a Pompejo, et C. Papirio Carbone, tribuno plebis, mox conſule, Gracchanarum turbarum ſocio. Accedat igitur hoc reliquis ejus erroribus, cf. 10, 1, 66. Pſeudo-Turnebus non male huc advocat Brutum in tentorio nocte ante pugnam Pharſalicam Polybii hiſtorias excerpentem, quod narrat Plutarchus.

28. *Ciceroni placet.* Fruſtra quaeſivi, quod reliqui ſecuri transcurrerunt, ubi hoc eſſet apud Ciceronem. Qui locus dum appareat, ignorabimus, quantum ex ipſo ſumſerit noſter, quid de ſuo addiderit. Id quod hic deeſſe videtur *debere* poſt vel ante *eſſe*, minus neceſſario deſideratur, quia praecedit *placet*. Ad *loquemur* autem nequaquam incidendum eſt, ne *ubicunque* dirimtum inde pendeat et vacillet.

innatans illa verborum facilitas. cf. 7, 1, 44. Advocant huc VV. DD. Colum. 4, 8, qui ruſticorum illud artificium amputandi ſummas radices vitium tangit, de eoque praecipit. cf. et I. H. Voſſium ad Georg. lib. 2. p. Comment. 594. *Ablaqueationis* eſt voca-

Digitized by Google

reducetur: ſicut ruſtici proximas vitis radices amputant, quae illam in ſummum ſolum ducant, ut inferiores penitus deſcendendo
29 firmentur. Ac neſcio an utrumque, cum cura et ſtudio fecerimus, invicem profit, ut ſcribendo dicamus diligentius, dicendo ſcribamus facilius. Scribendum ergo, quoties licebit; ſi id non dabitur, cogitandum: ab utroque excluſi, debent tamen anniti, ut

Camp. *intrans* cum Goth. Voſſ. 2. Andr. Ald. Bad. utraque Baſil. et aliquot Gibſ. et Burm. *jura trans* Guelf. *una trans* Voſſ. 2. 3. *trans in* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. *vibrans* Gryph. (1544.) cum aliquot Burm. Meorum primus Stoerfii habet noſtram, veriſſimam illam; quanquam unde ſumtam juxta cum Burm. ignoro. *reducetur*. Turic. *reducemur* (cf. 10, 2, 24.) Guelf. *reducatur* cum Voſſ. 1. 2. Goth. Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. *proximas — amputant*. Turic. *proximus vitiis a.* Flor. (a pr. m.) *proximis vitibus a.* Et Alm. omittere *radices* narratur. Guelf. *p. vires r. ara patent.* Conjunctivum *amputent* etiam Jenſ. Tarv.

ducant. Turic. *dicunt*. Flor. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *ducunt*. *ut — firmentur*. Turic. Flor. (hic a pr. m. ſed et ab ea in fine *formantur*) *et i. p. diſcendi formantor*. Guelf. *u. inferiore p. d. f.*

29. *an*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ac ſi*. Camp. *an ſi*. *dicamus diligentius, dicendo*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *dic. dilig.* Goth. (tac. Geſn.) *d. diligentius*.

excluſi. Guelf. *excluſu*. Optabat Burm. *excluſus*, ſed fruſtra. *anniti*. Turic. Flor. Guelf. *inicere* cum Bern. (ex quo *injicere*). *vincere* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. Sed Alm. *micere*. Vall. *initero*. Camp. *inniti* cum Goth. (err. Geſn.) Voſſ. 2. (cf. 6, 2, 7.) Ald. Bad. utr. *anniti* vel *adniti* Baſil. et reliqui. Suadet Badius *id agere*. Ego antiquum illud *vinoere* reponerem, ſi aliud ejus exemplum ad manus eſſet pro *efficiendo* uſurpati, ut vice verſa *efficere* ſaepiſſime eſt pro *vincendo* ſive *probando*. Nunc reliqui vulgatum, etſi longa correctionum ſerie e veſtigiis antiquae ſcripturae deri-

bulum. *Innatare* autem comparant Graeco ἐπιπολάζειν.

29. *anniti*. v. Not. Crit.

Digitized by Google

neque deprehensus orator, neque litigator destitutus esse videatur. Plerumque autem multa 30
agentibus accidit, ut maxime necessaria, et utique initia scribant, cetera, quae domo afferunt, cogitatione complectantur, subitis ex tempore occurrant. Quod feciſſe M. Tullium commentariis ipsius apparet. Sed feruntur aliorum quoque, et inventi forte, ut eos
959 dicturus quisque compoſuerat, et in libros digesti; ut causarum quae sunt actae a Ser. Sulpicio: cujus tres orationes exstant; sed ii, de quibus loquor, commentarii ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriam posteri-

Varum. *neque deprehensus.* Turic. Flor. inserunt *al* (cf. §. 19.). *destitutus.* Turic. *destinatus.*

30. *complectantur.* Turic. *complectuntur*, et viciſſim *afferant* Jens. Tarv. *commentariis ipsius.* Guelf. *c. suis.* Goth. *suis c.* cum Voſſ. 2. Colb. *commentari si per suis* Voſſ. 1. qui et *appareret.* *et inventi forte.* Turic. *et tumenti f.* Flor. (a pr. m.) *et tumenti fore.* Camp. *e. i. quoque f.* *dicturus.* Turic. *dicturis.* *sunt actae a.* Turic. *s. al acta eai* Flor. *s. al actae a* (cf. §. 29.) Guelf. *s. apte a.* *orationes.* Turic. *oratores.* *ii.* Sic Goth. (tac. Geln.) Camp. Ald. *iis* Turic. Flor. Reliqui *hi.* *loquor.* Turic. Flor. (hic a sec. m. *loqeor*)

30. *commentariis ipsius.* Vide dicta ad 4, 1, 69. It. Sigon. aut Andr. Patric. ad Cic. fragm. Or. pro Gabin. *in libros digesti.* In verbo *digerendi* cf. *regerere* ad 5, 6, 59. *causarum — tres orationes.* Cum non plures tribus orationes prodierint Ser. Sulpicii, aliquam multas tamen egit causas? quarum cum forte modo servati videri possint commentarii, tamen curam paene posteritati scribentis ostendunt. De ipso cf. 10, 1, 116.

Digitized by Google

31 tatis videantur esse compositi. Nam Ciceronis ad praesens modo tempus aptatos libertus Tiro contraxit: quos non ideo excuso, quia non probem, sed ut sint magis admirabiles. In hoc genere prorsus recipio hanc brevem annotationem, libellosque, qui vel manu teneantur, et ad quos interim respicere
32 fas sit. Illud, quod Laenas praecipit, displicet mihi, quae scripserimus, in summas, sive commentarios et capita, conferre.

locis cum Alm. Vocem omittit Voss. 3. *videantur esse.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Stoer. exc. Bad. qui omittit *esse.* Reliqui *s. v.*

31. *Nam.* Guelf. *Jam* cum Voss. 3. *ideo.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *in eo* cum Alm. Ald. *libellosque — teneantur.* Turic., *libellusque — teneatur,* *vel.* Flor. omittit cum Ald. *fas sit.* Flor. (a pr. m.) *faxit,* (vide 2, 20, 9.) Guelf. *dixit* cum Voss. 3.

32. *Laenas.* Guelf. *laudas* cum Bern. *praecipit.* Turic. *praecepit,* sed et mox *displicit.* *mihi, quae.* Turic. Flor. Guelf. Camp. inferunt *ne in his* cum Bodl. Alm. Goth. Voss. 2. (horum uterque *nec*) 1. (hic *hoc ne in his*) 3. Bern. et edd. ante Bad. (post Camp. quidem *iis*). *ea* solum inserit Obr. *scripserimus, in.* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. inferunt *vel* cum Voss. 2. et edd. ante Bad. Sed Flor. Obr. *velut.* *summas, sive commentarios.* Turic. *summas commentarium.* Flor. (a pr. m.) *s. sive c.* Guelf. *s. in commentarium* cum Voss. 1. 3. Badius multum sibi licere ratus eam, quae hodie obtinet, invexit scripturam. Nimis leviter ille, cum de loco desperasset Regius. Equidem sic eam restitui posse arbitror: *mihi, vel in iis quae scripserimus velut in summas commentarium et capita conferre.* Hyperbaton quod est in accusativo *commentarium*

31. *qui vel manu teneantur,* „Id quoque permittam, ut „ipsa manu teneat orator „ejusmodi libellos et subinde „inspiciat." Fateor tamen displicere mihi *vel* illud. cf. not. crit.

32. *Laenas.* cf. 3, 1, 21. *quae scripserimus — conferre.* cf. not. crit.

Digitized by Google

facit enim discendi negligentiam haec ipsa fiducia, et lacerat ac deformat orationem. Ego autem ne scribendum quidem puto, quod simus memoria persecuturi. Nam id quoque accidit, ut revocet nos cogitatio ad illa elaborata, nec sinat prae-

locum dedit erroribus. Neque enim cuiquam credam, *commentarios* esse posse pro synonymo *summarum* et *capitum*. „Conferre" autem „commentarium in summas et capita" nihilo aut paulo durius dictum censeo quam „conferre ea „quae scripserimus in summas et capita". Alias quidem „conferre aliquid in libros" perhibentur, velut Prooem. tor. op. §. 25. 3, 3, 10. 8 Pro. 1. Erit igitur hic *conferre* idem quod *digerere*. cf. §. 30. „*Vel* in iis" interpretor, quia convenientius magisque probandum erat, eorum quae cogitaramus modo, non autem scripseramus, commentarium condere in capita et summas digestum. *enim discendi.* Sic Turic. Flor. Camp. *ediscendi* Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. Ioann. Reliqui inserunt *et*. *quod simus.* Sic Guelf. Camp. (nisi quod hic *scimus*) cum edd. ante Capper. exc. Ald. Colin. Sed Turic. *non simus*. Flor. (a pr. m.) *quae simus*. Alm. *n simus* (cf. §. 26.). Reliqui inserunt *non*, quorum et Goth. (tac. Gesn.) qui et *sumus*. *Quod* et *non* sibi invicem officientia vide §. 12. *nec* modo pro *ne* Turic. Flor. *persecuturi*. Sic Flor. (a pr. quidem m. *persecutura*) Guelf. cum Jens. (tac. Gesn.) et edd. posterr. ante Bad., item a Stoer. inde ante Obr. *persecuturia* Turic. Reliqui *prosecuturi*. *id quoque*. Sic Turic. Flor. Camp.

lacerat ac deformat. „Cum „enim quaedam eorum quae „scripta sunt in commentariis „amplioribus, memoriae ad„huc obversentur, quaedam „exciderint, quaedam ex parte „tantum se offendant, emer„gantque: hinc tenorem ora„tionis multum interpellari, „ac dissimilitudinem quan„dam oriri necesse est, quin „illa *concurrentis oris* vitia „exsistere, de quibus 11, 3, „121." Gesnerus.

quod simus — persecuturi. „Ubi satis fidere possumus „memoriae, ne scribendum „quidem esse censeo." Talia sunt 10, 6, 2. *memoriae — laxatur*. item ibid. §. 4. de Hortensio aliisque. Igitur indigere locum negatione

Digitized by Google

55 ſentem fortunam experiri. Sic anceps inter utrumque animus aeſtuat, cum et ſcripta perdidit, et non quaerit nova. Sed de memoria deſtinatus eſt libro proximo locus, nec huic parti ſubjungendus, quia ſunt alia prius nobis dicenda.

cum Alm. *hoc q.* Goth. (tae. Geſn.) cum Voſſ. 2. Colb. Vall. Ald. Bad. Baſil. Reliqui *hic q.*

55. *perdidit.* Flor. (a ſec. m.) *perdit* cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. et edd. poſterr. ante Stoer. *locus.* Turic. Flor. (a pr. m.) omittunt cum Alm. *dicenda.* Turic. Flor. Camp. ſubjiciunt *de his* (Turic. *deis*, Camp. *de iis*) *quae ſunt* cum Voſſ. 1. 3. Alm. (hic *de is*). Sed Goth. (tae. Geſn.) Guelf. *de his* modo. Paulo ante Turic. *fuli pius* pro *ſunt alia prius.*

non puto, quam inſernat poſt *quod.* Et hanc fidelitatem memoriae ſignificari credo verbo *perſequendi*, non *proſequendi.* Alioqui ſane edifci vult quae ſcripta ſint ab oratoribus, velut, quod refert Capper. 11, 2, 2. 44.

ARGUMENTUM LIBRI XI.

Apte dicendum esse. Cap. 1 — 3. *in diversis causarum generibus* — 6. *in singulis orationis partibus* — 8. *quid deceat, ante omnia spectandum* — 12. *non revera diversum hoc ab utili* — 15. *imprimis dedecet jactatio eloquentiae* — 17. *an Ciceronis hoc vitium fuerit.* — 25. *concedendam tamen nonnunquam fiduciam.* — 27. *suam auctoritatem oratori vel non vel parce esse interponendam.* — 29. *alia morum vitia.* — 31. *ipsa eloquentiae genera pro personis diversa* — 39. *neque pro personis oratorum tantum, sed eorum etiam pro quibus et de quibus dicunt.* — 45. *sed interesse etiam, apud quem dicamus* — 46. *habendam rationem temporis et loci* — 49. *conditionis causarum* — 57. *eorum contra quos dicimus* — 68. *quomodo interdum cavendum, ne offendas eos contra quos dicere cogeris* — 75. *quomodo judex captandus.* — 78. *quomodo tractanda in aliis ea, quorum nos ipsi nobis conscii* — 84. *quomodo res pudendae* — 85. *ratio minuendae invidiae.* — 92. *Diversissima dicendi genera merito laudari* — *Cap.* 2. *Memoria excolenda.* — 4. *causa et natura memoriae* — 11. *Simonides artis memoriae auctor* — 18. *ejus artis ratio* — 24. *ejusdem tamen in ediscendis iis, quae sunt orationis, nullus usus* — 27. *Simplicior ediscendi ratio.* — 40. *Omnium maxime confert exercitatio.* — 44. *An ad verbum sit ediscendum.* — 50. *Celebria memoriae exempla.* — C. 3. *Pronunciatio sive Actio.* — 10. *an rudis actio sufficiat.* — 12. *Naturae vitia.* — 14. *Vocis vir-*

Digitized by Google

tutes et vitia — 19. *cura vocis* — 24. *exercitatio* — 33. *pronuntiatio dilucida* — 35. *distincta* — 40. *ornata* — 43. *aequalis eadem et varia.* — 53. *Spiritus ratio.* — 57. *Cantandi vitium.* — 61. *Pronuntiatio apta.* — 65. *Gestus ratio* — 69. *decor* — 71. *significatio.* — 72. *Vultus.* — 82. *Ceterae corporis partes.* — 88. *Nimia imitatio.* — 92. *Recepti quidam manuum et digitorum gestus.* — 116. *Vitiosi gestus.* — 131. *de aliis quibusdam quae inter orandum fieri et agi solent* — 137. *Cultus et amictus ratio.* — 150. *Actionis diversitas pro personis et pro rebus, cum promiscuis quibusdam ad actionis decorem praeceptis.* — 177. *Non omnia tradi et doceri posse, cum alia alios deceant, et naturam suam quisque consulere debeat.*

Digitized by Google

M. FABII QUINTILIANI

DE

ORATORIA INSTITUTIONE

LIBER UNDECIMUS.

960 I. Parata, ſicut ſuperiore libro continetur, facultate ſcribendi, cogitandique, et ex tempore etiam, cum res poſcit, orandi; proxima eſt cura, ut *dicamus apte:* quam virtutem quartam elocutionis Cicero demonſtrat, quaeque eſt meo quidem judicio maxime neceſſa-

Inſcriptionis nihil in Turic. Flor. Guelf. Camp. Sed Goth. (tac. Geſn.) litteris aureis *De apte dicendo;* in Ambr. 2. litteris uncialibus deſignatur finis X. initium XI. libri.

1. *ſuperiore.* Sic Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Leid. Reliqui *ſuperiori.*

poſcit. Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui *poſcet.*

quaeque eſt meo. Sic Flor. Camp. cum Goth. et edd. ante Stoer. *quemque eſt m.* Turic. Reliqui omittunt *eſt,* quod mox ponunt in fine poſt *neceſſ.* praeter Ambr. 2. Guelf. Tum Turic. *neceſſario: eſſe* autem poſt *Cicero* inſerit Goth. male.

1. *ut dicamus apte.* Rectiſſime Capperonnerius remittit nos ad Hermogenem *de Formis dicendi* 2, 9. qui locus praeceptis refertus eſt prudentiſſimis.

Cicero. De Orat. 3, 10. *Quinam igitur dicendi eſt modus melior, — quam ut latine, ut plane, ut ornate, ut ad id, quodcunque agetur, apte congruenterque dicamus?*

Digitized by Google

ria. Nam cum ſit ornatus orationis varius et multiplex, conveniatque alius alii: niſi fuerit accommodatus rebus atque perſonis, non modo non illuſtrabit eam, ſed etiam deſtruet, et vim rerum in contrarium vertet. Quid enim prodeſt, eſſe verba et latina, et ſignificantia, et nitida, figuris etiam numerisque elaborata, niſi cum iis, in quae judicem duci formarique volumus, conſentiant? ſi genus ſublime dicendi parvis in cauſis, parvum limatumque grandibus, laetum triſtibus, lene 961

2. *ſit.* Guelf. *omnis.* *illuſtrabit.* Turic. Flor. *luſtrabit* cum Alm. *is luſtrabit* Camp. Mox *et* poſt *deſtr.* omittit Turic. *prodeſt.* Turic. *pudem.* Ex Alm. *putē.* De Flor. ſiletur. cf. 10, 7, 20. *et nitida.* Turic. *eſt n.* Flor. (a pr. m.) *eſſe et n.* *etiam numerisque.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. Flor. pro *iis in quae* dat *his quae.* *dari.* Flor. *dici.*

3. *ſi genus.* Voſſ. 1. *ſegnius.* *parvum limatumque.*

2. *non modo non illuſtrabit.* Poſterius *non* codices aliquot, meorum quidem nullus, omittunt: quod defendunt, qui hujus ſtructurae plurima apud veteres exempla agnoſcere ſibi videntur. Nec facile reſponderi poteſt iis, quae Drakenborchus et diſputat et auctoritate vincit ad Liv. 25, 26, 10. item ad 4, 21, 6. Adde Geſn. ad Plin. Epiſt. 8, 7, 2. Plerumque ſane negante apodoſi opus eſt, ut recte omittatur in protaſi altera negatio; quod ſolum ſo cum Perizonio ad Sanctium ferre teſtatur ad hunc locum Geſnerus. cf. praeter Lexicographos Ern. in Clave Cic. vocc. *non* et *modo*, nimis tamen leviter defungentem.

ſignificantia. Reſpondet hoc vocī *plane* in loco Ciceronis ſupra indicato. cf. 10, 1, 49. item, in re quoque ipſa, 8 Pro. 31. Capper. et hic ἐμφασιν crepat.

3. *parvis in cauſis.* Salva elegantia praepoſitionem retineri hic poſſe non credo, cum praeſertim *adhibendi* verbum dativum flagitet. Neque tamen abeſt ea ab ullo libro.

parvum limatumque. Vide not. orit.

Digitized by Google

aſperis, minax ſupplicibus, ſummiſſum concitatis, trux atque violentum jucundis adhibeamus? ut monilibus, et margaritis, ac veſte longa, quae ſunt ornamenta feminarum, deformentur viri; nec habitus triumphalis, quo nihil excogitari poteſt auguſtius, feminas deceat. Hunc locum Cicero breviter in tertio 4 de Oratore libro perſtringit: neque tamen videri poteſt quidquam omiſiſſe, dicendo, *non omni cauſae, neque auditori, neque perſonae, neque tempori congruere orationis unum*

Pro duobus hisce Baſil. *limitatumque*, peſſime. *parum l.* Guelf. Ex Voſſ. 2. *parvum limatum*, absque copula, non conſpirante Goth. (cf. 10, 7, 25.). An et ibi „*parum* lima„tum"? neque enim in reliquis plus uno appoſito, praeterquam quod ultimo loco *trux atque violentum*. Sed quid tum fiet ſententiae? *Satis limatum* ut ſit „ornatu ſufficiente, „non parco et maligno, conditum", magnopere vereor. Nam Cic. de Or. 1, 39. jungit „maxime *limatum* atque „*ſubtilem*" et Plin. Epp. 1, 20, 21. opponit „*limatioris*" et „*majoris*" ingenii vitium. Noſtr. 2, 8, 4. item hic §. 31.

ſummiſſum. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Jenſ. cum edd. ante Geſn. exc. Camp. Roll. Reliqui *ſubm.* cf. 6, 2, 16. 4, 2, 48. 7, 4, 27. Idem iidem mox §. 9. 16. (ubi tamen et Camp. ſed per errorem *ſum mittentes*, viciſſim *ſubm.* Guelf. Goth. Jenſ. et edd. poſterr. ante Gryph. acc. Roll. Geſn.)

concitatis. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *cogitatis.* cf. 9, 4, 113. Modo *leve* Guelf. et mox *ac*, item Camp. *et veſte* pro *ac v.* *deformentur*. Camp. *deformetur.* Goth. *deformantur*, recte improbante Geſn.

4. *Hunc locum*. Flor. inſerit *librum*. cf. 10, 5, 21.

in tertio. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt, cum Alm. niſi quod *in* ibi remanere ſignificatur. *quidquam omiſiſſe*. Turic. *quiquam miſiſſe*. Flor. *q. ſubmiſſe*. Goth. (tac. Geſn.) *omiſſe*. *neque — neque — neque*. Sic

4. *Cicero*. „de Orat. 3, 55. „Nec tamen haec Fabii verba „ita accipienda, quaſi plane „nihil, praeter verba laudata,

Digitized by Google

genus. Nec fere pluribus in Oratore eadem. Sed illic L. Craſſus, cum apud ſummos oratores, hominesque eruditiſſimos dicat, ſatis habet, partem hanc velut notare inter agno-
5 ſcentes. Et hic Cicero alloquens Brutum teſtatur eſſe haec ei nota; ideoque brevius a ſe dici, quanquam ſit fuſus locus, tracteturque a philoſophis latius. Nos inſtitutionem profeſſi, non ſolum ſcientibus iſta, ſed etiam diſcentibus tradimus: ideoque paulo pluri-
6 bus verbis debet haberi venia. Quare notum ſit ante omnia, quid *conciliando*, *docendo*, *movendo* judici conveniat: quid quaque parte orationis petamus. Ita neque vetera, aut translata, aut ficta verba in *incipiendo*, *nar-*

Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *nec — nec — nec.* Modo Guelf. *nec* (quod et Goth. tac. Geſn.) *tamen.* Mox §. 6. Flor. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. *nec vetera* cum edd. ante Gryph. acc. Obr. item Camp. *nec decurr.*

fere. Flor. (a pr. m.) *flere.* *Oratore.* Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Camp. *orationc.*

§. *haec ei.* Flor. Goth. (tac. Geſn.) *e. h.* *latius.* 1 Camp. *latinis.* *inſtitutionem.* Turic. *inſtitutione* cum Voſſ. 1. 5. *debet haberi.* Guelf. *d. habere.* Goth. *decet h.* cf. 3, 9, 8. 8, 3, 11. nec tam male, quam videbatur Geſnero, ſi *veniam* ſcribatur. cf. 9, 4, 67. Tac. Ann. 15, 67. „noſci *decebat* militaris viri ſenſus incomtos „et validos."

6. *ſit ante.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. cum Alm. Reliqui inſerunt *nobis.* *aut translata.* Camp. *nec t.* cum Bad. Baſil. Obr. male. *in incipiendo.*

„eſſet apud Ciceronem de „hoc argumento. Sunt enim „pluſcula. Ita illud *aptum*, „quod πρέπον vocat, tractat in „Oratore c. 21. ſq." Geſnerus.

notare. cf. 1, 5, 17.

6. *conciliando.* cf. 4, 3, 9.

Digitized by Google

rando, argumentando tractabimus, neque decurrentes contexto nitore circuitus, ubi dividenda erit causa, et in partes suas digerenda,

Guelf. Camp. omittunt praepositionem cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Stoer. acc. Roll. *imponendo* Goth. cum Voss. 2. *verbo* Flor. a pr. m. *decurrentes.* Flor. Guelf. Ambr. 2. *decurrentis* cum Goth. et edd. ante Burm. exc. Camp. Modo §. 4. *agnoscentis* quoque Ambr. 2. et mox *partis,* sed solus. Nostrum et Rollinus reponi jusserat. *dividenda.* Turic. *dividendo.* Guelf. *videnda.* *digerenda.* Turic. Flor. *digendas.* Alter a sec. m. quan-

tractabimus. Non est dubitandum, quin *tractare* hic plane dicatur pro *usurpare,* in quo cum haereret Rollinus, *aptabimus* suasit reponere. Neque erat quod huc traheret Burmannus eum *tractandi* significatum, in quo est religiosa quaedam cura et diligentia, anxiumque, ut ipse dicit, examen, et de hoc quidem cf. nos ad 4, 1, 18. Sufficit quod *tractare* est manu apprehendere, qua ratione *arma tractare* dicimus, unde facile elicitur, qua hic opus est, usus frequentis significatio. Hanc ipsam seorsim ex hoc loco recenset Forcellinus in v., usus illo *adhibendi* verbo in declarando, quod recte in hac potestate improbat Ruhnkenius, indicante doctissimo Schaefero ad Dionys. de Compos. p. 41. Quo hinc remittit Burm. 7, 1, 20. *tractare* aliud est. Sed supereſt aliquid, quod vetet me acquiescere in hoc loco. Quod enim *tractare* vim suam extendere etiam ad sequens *decurrentes circuitus* dicit Burmannus, etsi nemo oblocutus est, quicunque tamen locum diligenter inspexerit, nequaquam probabit. Noluit Quintilianus singula hic verba opponere (quare errarunt, qui pro „*aut* translata" mallent „*nec* t."), sed integras sententias, velut *neque — tractabimus, neque — dabimus, nec* (malim *neque*) *— siccabimus.* Ita, puto, apparet, *decurrentes* quoque illos *circuitus* desiderare suum verbum, nec posse illo *tractandi,* quod *verbis* assignatum erat, defungi. Cujus necessitatis imprimis admonet, quod postremo loco itidem intercurrit *ubi — erit,* sicut et hic. Quale autem hoc fuerit verbum, equidem non dicam, cum nullum succurrat adeo proprium aut ductibus congruens, ut assensum, imperet. Interim suadebo post *digerenda* inferere *continuabimus,* in cujus clausula reliquis hic comparentibus nimis

Digitized by Google

neque humile atque quotidianum ſermonis 962
genus, et compoſitione ipſa diſſolutum, epi-
logis dabimus, nec jocis lacrimas, ubi opus
7 erit miſeratione, ſiccabimus. Nam ornatus
omnis non tam ſua, quam rei, cui adhibetur,
conditione conſtat: nec plus refert, quid
dicas, quam quo loco. Sed totum hoc, *apte
dicere*, non *elocutionis* tantum genere conſtat,
ſed eſt cum *inventione* commune. Nam ſi
tantum habent etiam verba momentum,
quanto res ipſae majus? Quarum quae eſſet
obſervatio, ſuis locis ſubinde ſubjecimus.

tum quidem agnoſco, *diſenda*. Guelf. Camp. *dirigenda* cum Goth. Voſſ. 2. Bodl. Andr. et aliquot Burm. cf. 10, 4, 1. item Drakenb. ad Liv. 8, 22, 5. *neque humile*. Turic. *nege h.* Flor. (a pr. m.) *neget h.* *lacrimas, ubi*. Aldus, Regio obſecutus, inſerit *nec* Badio recte improbatus. *opus*. Flor. (a pr. m.) *potius*.

7. *omnis non tam*. Camp. negationem omittit.

totum. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *circum* cum Alm.

ſed eſt — commune. Turic. *ſ. et cum inventione*. Flor. *ſ. et in inventione*. Ab *Alm.* nonniſi exulare dicitur vox *commune*. Goth. *ſ. etiam c. i. c.* cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. An primitus fuit *ſ. eſt commune inventioni?*

habent. Guelf. *habeat* cum Voſſ. 1. 3. *habeant* Ambr. 2. cum Ald. *res ipſae*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *re in ipſa*. Ambr. 2. *r. ipſe*. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *r. ipſa*.

majus. Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *magis* cum Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. Correxit Regius. *ſubjecimus*. Turic. *ſubiemus*. Camp. *ſubjiciemus*.

ſimili erroris cauſa facile deprehenditur. cf. 11, 3, 84. ubi habes „*continuos* et d. l.“ *Circuitus* quidem pro *periodis* dici nemo non videt, et cf. §. 49.

compoſitione — diſſolutum. cf. 10, 4, 1.

7. *conditione conſtat — genere conſtat*. Vide mihi iisdem vocibus iterandis non parcentem! cf. 10, 2, 12.

Digitized by Google

Illud eſt diligentius docendum, eum demum 8
dicere apte, qui, non ſolum *quid expediat*,
ſed etiam *quid deceat*, inſpexerit. Nec me
fugit, plerumque haec eſſe conjuncta. Nam
quod decet, fere prodeſt: neque alio magis
animi judicum conciliari, aut, ſi res in con-
trarium tulit, alienari ſolent. Aliquando 9
tamen et haec diſſentiunt. Quoties autem
pugnabunt, ipſam utilitatem vincet quod
decet. Nam quis neſcit, nihil magis profu-
turum ad abſolutionem Socrati fuiſſe, quam ſi

8. *diligentius.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ſubdiligentis.* Tuber hoc eminens natum ſuſpicor eodem errore, quo iſtam paulo ante omiſſionem, §. 6. poſt *digerenda.* *docendum.* Camp. *dicendum* (qui et mox omittit *demum*) cum Jenſ. Tarv. *quid exp.* Turic. Camp. *quod e.* cum Goth.

ſed etiam — conjuncta. Nam. Turic. Flor. (hic a pr. m., nec fortaſſe omnia haec, ſed poſt *deceat* modo) omittunt. Alm. et ipſe ignorat haec: *inſpexerit — conjuncta. Nam.* (cf. 10, 7, 26.) Inter haec pro *q. deceat* Goth. (tac. Geſn.) *q. decet.* *quod decet.* Flor. (a ſec. m.) Ambr. 2. Camp. *q. deceat* cum Alm. (qui et *quid*) Voſſ. 1. 2. 3. Goth. Jenſ. Tarv. *judicum.* Flor. (qui et mox *ſolet*) Camp. *judicium* cum Voſſ. 3. cui Burmannus, ut et aliquot praeterea noſtri etiam in Declamm. locis, praeſidium fruſtra quaerit ex grammatica, remittens ille ad VV. DD. notas in Declam. 310. (p. Burm. 610.). Tu vide nos ad 2, 16, 4. ubi totum cap. 16. libri ſec. de Analogia Voſſiani conſulendum.

9. *profuturum ad abſolutionem.* Turic. Flor. *profuturam abſ.* Ex Alm. nil niſi *profuturam.* Camp. hoc ſolum mutat, ut *abſolutionem* praeferat. *Socrati.* Flor. Guelf.

8. *quod decet, fere prodeſt.* „Vid. quae laudamus ad 8 pr. „19.“ Geſnerus.

9. *vincet.* Fruſtra Francius reponere volebat *vincat.* Neque enim tam ſuadet Fabius, quam praedicit, quid facturus ſit optimus quisque orator, idemque vir.

profuturum ad abſolutionem Socrati. De hac re vulgo nota omnia, et recte lectorem

Digitized by Google

eſſet uſus illo judiciali genere defenſionis, et oratione ſummiſſa conciliaſſet judicum animos ſibi, crimenque ipſum ſollicite redarguiſſet? Verum id eum minime decebat: ideoque ſic egit, ut qui poenam ſuam honoribus ſummis eſſet aeſtimaturus. Maluit enim vir ſapientiſſimus, quod ſupereſſet ex vita, ſibi perire, quam quod praeteriſſet. Et quando ab hominibus ſui temporis parum intelligebatur, poſterorum ſe judiciis reſervavit, 963

Camp. *Socratis* cum edd. ante Bad. Noſtrum tueri videtur Turic. *illo.* Turic. Flor. *ille.* Guelf. omittit *uſus.*

10. *poſterorum.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *poſteriorum* cum Voſſ. 3.

Geſnerus remittit ad Apologiae Socratis Xenophonteae principium, ubi in editione Bachio-Zeuniana referuntur veterum loca huc facientia; item conſulendi VV. DD. ad Diogenem Laërtium 2, 40. Quod eſt mox de *Lyſia*, cf. 2, 16, 30.

10. *poenam — aeſtimaturus.* Cum lites, id quod monet Geſnerus, dicantur aeſtimari quinquaginta v. c. talentis, ingenioſe potuit a Fabio dici Socrates *poenam* (i. e. quod adverſarii imperitique cives poena dignum cenſerent) *aeſtimaſſe ſummis honoribus*, qui ſibi victum in Prytaneo publice praebendum adjudicaſſet. Idem Geſnerus hoc noſtri loco *poenae* vocabulum vindicari cenſet apud Cic. de Or. 1, 54. contra Criticorum dubitationes, cui accedit Erneſtus.

Maluit — praeteriſſet. Vix ſublimius ullum et gravitatis plenius dictum reperias ex ingenioſis illis et *a periculo petitis* (2, 11, 3.), quae vocantur ἐξύμωρα. Doleas, quod ſuam quodammodo vim infringit, ſibique ipſe officit noſter mox eadem iterando. Neque enim *brevi detrimento — ultimae ſenectutis aevum ſeculorum omnium conſecutus* Socrates (quanquam et haec per ſe egregie dicuntur) quidquam aliud eſt, quam hoc ipſum, quod nunc laudamus. Et *ſecula* illa mox quoque recurrunt §. 13. Praeſtabat prius ſolum ponere, quod haud dubie melius eſt altero.

Digitized by Google

brevi detrimento jam ultimae ſenectutis aevum ſeculorum omnium conſecutus. Itaque 11
quamvis Lyſias, qui tum in dicendo praeſtantiſſimus habebatur, defenſionem illi ſcriptam obtuliſſet, uti ea noluit: cum bonam quidem, ſed parum ſibi convenientem, judicaſſet. Quo vel ſolo patet, non perſuadendi, ſed bene dicendi finem in oratore ſervandum, cum interim perſuadere deforme ſit. Non fuit hoc utile abſolutioni: ſed, quod eſt majus, homini fuit. Et nos ſecundum communem potius 12
loquendi conſuetudinem, quam ipſam veritatis regulam, diviſione hac utimur, ut ab eo, quod deceat, utilitatem ſeparemus. Niſi forte prior ille Africanus, qui patria cedere, quam

11. *qui tum.* Inſerunt *unus* marg. Baſil. et ed. Gryph. (1536.) quod collaudat Burm. Sed auctoritate caret.

obtuliſſet. Sic Turic. Flor. (hic per *p*) Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui *attuliſſet.* *cum bonam.* Flor. Camp. inferunt *eam* cum Ald. Dicitur *ea* inſerere Alm. (cf. §. 8.) *perſuadendi.* Turic. *perſuadendum.* *interim.* Camp. *interdum.*

abſolutioni. Flor. *abſolutione.*

12. *Et nos.* Guelf. *Etiam n.* cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. (qui omittit particulam.) Non displicet.

quam. Turic. omittit. Goth. pro *quam cum* dat *quantum.*

jam ultimae. Niſi abeſſe prius, transponi tamen velim.

11. *non perſuadendi — in oratore ſervandum.* Conferendam eſſe noſtri disputationem lib. 2. cap. 15. certatim monent VV. DD. Vix tamen hic acquieſco in *oratore*, pro quo reponendum mihi videtur *oratione*, frequentiſſima confuſione. cf. inter plurima 9, 4, 101. Saltem *oratio* magis quam *orator* accedit ad illud *rhetorices* vocabulum, quo proprie indigebat locus noſter.

Non — abſolutioni: ſed — homini. In *homine* cf. 6, 3, 54.

12. *Africanus, qui patria.*

Digitized by Google

cum tribuno plebis humillimo contendere de innocentia ſua maluit, inutiliter ſibi videtur conſuluiſſe: aut P. Rutilius, vel cum illo paene Socratico genere defenſionis eſt uſus, vel cum, revocante eum P. Sulla, manere in exilio maluit, quid ſibi maxime conduceret, neſcie-
25 bat. Hi vero parva illa, quae abjectiſſimus quisque animus utilia credit, ſi cum virtute conferantur, deſpicienda judicaverunt: ideoque perpetua ſeculorum admiratione celebrantur. Neque nos ſimus tam humiles, ut
14 quae laudamus, inutilia credamus. Sed hoc

Mox *de inn.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Ambr. 2. Guelf. Tarv. omittunt *de* cum Voſſ. 1. 2. 3.

Rutil. vel. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. *Sulla.* Libri quidem mei et hic *Sylla*, nec quidquam contra eos annotatur e Turic. Flor. Ambr. 2. ut nec ullo praeterea, ubi hoc nomen legitur, loco, vel ex his, vel ex Ambr. 1. Sed viciſſim quoque ſilent conferentes ad 11, 1, 85. ubi repente Burm. et cum eo Geſn. *Sulla*, praeter 1, 4, 25. nam et ibi *Sullae* Burm. Geſn. ſed Flor. Ambr. 1. *Syllae.* Turic. ſiletur. Veterem formam fuiſſe per U, argumento ſunt iſta *ſullaturit* 8, 3, 32. 8, 6, 32. ubi nulla de U in vett. dubitatio; cf. nos ad 5, 10, 30.

quid ſibi. Turic. Flor. Guelf. Camp. *quod ſ.* cum Goth. Jenſ. Tarv. Modo *revocantem* Flor.

13. *ſimus.* Flor. Camp. *ſumus* cum Alm. Noſtrum Turic. (cf. §. 11.), quod praeſtat.

14. *hoc.* Ambr. 2. Guelf. omittunt cum Goth. Voſſ. 2. 3.

„Enarrat Liv. 38, 51 ſq.“ Geſnerus. adde et cap. 56. item Gell. 4, 18. Appian. Syriac. c. 40. p. (Schweigh.) 597 ſeq.

Rutilius. cf. 5, 2, 4. Repulſae hujus, quam ab eo Sulla tulit, gloriam celebrant et Seneca aliquot ibi poſitis locis et Ovidius ex Ponto 2, 3, 63 — 66.

Digitized by Google

qualecunque discrimen raro admodum evenit. Ceterum idem fere, ut dixi, in omni genere cauſarum et proderit, et decebit. Eſt autem, quod omnes et ſemper et ubique deceat,
964 *facere ac dicere honeſte:* contraque neminem unquam ullo in loco, *turpiter.* Minora vero, quaeque ſunt ex mediis, plerumque ſunt talia, ut aliis ſint contemnenda, aliis non ſint, aut *pro perſona, tempore, loco, cauſa* magis ac

Ald. *evenit.* Ambr. 2. Camp. *eveniet* cum Goth. Voſſ. 3. (an 2?) Ald. *eveniret* Guelf. cum Voſſ. 2. (an 3?). *Ceterum.* Flor. Ambr. 2. Guelf. omittunt cum Goth. Voſſ. 1. Mox Turic. *id eſt* pro *idem.*

ubique deceat, facere. Sic Turic. Omittit Flor. *facere*, ſed a ſec. m. eo loco reponit *perſuadere.* Ambr. 2. Guelf. Camp. *u. perſuadere* cum Voſſ. 3. et edd. (de Jenſ. err. Geſn.) ante Gryph. exc. Bad. pr. qui noſtrum, niſi quod *decet.* Ex Alm. refertur, *deceat* trajectum eſſe poſt *honeſte.* (cf. §. 13.) Goth. *u. ſuadere* cum Voſſ. 1. et reliquis edd.

honeſte: contraque. Camp. Ald. Bad. ſec. Baſil. inſerunt *honeſteque deceat facere* (praeter primum, ultimo loco ponentes *deceat*) cum aliquot apud Burm. Mox edd. ante Geſn. haec tantum inſerunt, *facere deceat*, quae nullus agnoſcit codex. *unquam ullo.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. acc. Roll. Reliqui transponunt. Mox *in* omittunt Flor. (a pr. m.) Camp. cum Voſſ. 1. *quaeque.* Camp. *quae*, quod volebat Regius. *plerumque.* Flor. (a ſec. m.) Ambr. 2, Guelf. *plura* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Bern. Jenſ. et edd. poſterr. ante Gibſ. exc. Ald. Baſil. Gryph. *talia, ut.* Turic. *alii aut.* *contemnenda.* Sic (niſi quod per *p* poſt *m*) Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. Reliqui *con-*

14. *ut dixi.* §. 8.

Eſt autem — honeſte. Recte Geſnerus confert §. 42. Mox poſt *contraque* an forte excidit *quod?*

ex mediis. Ita *medias artes* dixit 2, 20, 1. *quae neque laudari per ſe neque vituperari poſſent.*

contemnenda. cf. 5, 13, 22.

Digitized by Google

minus vel excuſata debeant videri, vel repre-
15 hendenda. Cum dicamus autem de rebus aut alienis, aut noſtris, dividenda ratio eſt eorum, dum ſciamus pleraque neutro loco convenire. Imprimis igitur omnis ſui vitioſa jactatio eſt, eloquentiae tamen in oratore praecipue; affertque audientibus non faſtidium modo,

cedenda. *excuſata.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Goth. Colb. Bern. et edd. ante Stoer. Reliqui *excuſanda.* Mox Camp. *debent.* Sed Bern. pro *m. ac m. vel e.* modo *m. vel m. e.*

15. *tamen in oratore — audientibus non faſtidium.* Turic. Flor. (etſi hic *mentionibus*, nec apparet, an det *non;* ſed omnia vulgata habet a ſec. m.) *t. entionibus non f.* cum Alm. Modo *eloquentiae* omittit Camp. Diffidendum ſane eſt ſupplementis iis, quae recentiores praeſtant Codd. et illud „*in „oratore praecipue*“ ſupervacuum poteſt videri, quippe cujus vis ipſa lateat in *eloquentiae* vocabulo. Deinde, niſi forte ſuperſtitioſa veterum libb. reverentia labor, *affert* non eſſe illud, quod requirebatur, verbum dixerim, ſed magnopere languere. *Movet* expectabas, velut eſt 2, 4, 29; quanquam non nego ſimilem fere uſum verbi 11, 3, 5. Neque tamen, ſi maxime haec recte a me ſentiuntur, expedio et eruo loci conſtitutionem, quae vetuſtiſſimorum Codd. veſtigia referat;

excuſata. Magis pro nomine hoc accipiendum quam pro participio.

15. *loco.* Attende hoc fere diei hic pro *perſona.* Qui enim *ſua* tractat, alio eſt *loco* quam qui *aliena.* Agitur hoc praecepto de eo quod in orando aut ut litigatores dicimus, aut ut advocati. cf. 4, 1, 45. 46. 6, 2, 36. item hic §. 38. 55. 59. 84. Hoc ſi animadvertiſſet Gedoynus, non erat, quod haereret in verbis hisce. Sunt autem multa (h. e. *pleraque*) neque ab litigatore proferenda, neque ab advocato.

vitioſa jactatio. „Cic. Divin. „in Caec. 11. *Cum omnis ar-* „*rogantia odioſa eſt, tum illa* „*ingenii atque eloquentiae* „*multo moleſtiſſima.* Id. Orat. „42. *Eloquentiam illi ipſi qui* „*conſecuti ſunt, tamen ea ſe* „*valere diſſimulant* etc. plura „enim ſunt ibi patre eloquen-„tiae digniſſima.“ Geſnerus.

eloquentiae tamen — audientibus. cf. not. crit.

Digitized by Google

ſed plerumque etiam odium. Habet enim 16
mens noſtra natura ſublime quiddam et
erectum, et impatiens ſuperioris. Ideoque
abjectos, aut ſummittentes ſe, libenter alle-
vamus, quia hoc facere tanquam majores
videmur: et, quoties diſceſſit aemulatio,
ſuccedit humanitas. At qui ſe ſupra modum
extollit, premere ac deſpicere creditur, nec
tam ſe majorem, quam minores ceteros facere.
Inde invident humiliores (nam hoc vitium eſt 17
eorum, qui nec cedere volunt, nec poſſunt
contendere), rident ſuperiores, improbant
boni. Plerumque vero deprehendas arrogan-

quid in iſtis *tionibus* (*en* enim eſt a. *tamen*) lateat nequaquam comminiſcens. Cave *tironibus* inde exculpas, quorum nulla hic ratio. Illud ſatis intelligere videor, *ſui* eſſe delendum, quippe natum ex male geminatis vicinis inter ſe litteris. *Eloquentiae* enim genitivus non recte procedit, cum jam alter auditus eſt *ſui*, nec locus convenit voci diremtae ab eo unde pendet: *jactatio*. Alia res eſt §. 50. Totum hunc ſenſum, *vitioſa — humanitas*, exhibet Florilegium Santenianum. In quo quidem omittuntur, ſed conſulto, *eloquentiae — praecipue* et pro *abj. aut* eſt *a. et*, et in fine *humilitas* (monachum decente vitio) ſcribitur (cf. 9, 4, 88.). Cetera congruunt receptae. Sententiae cauſa Almelovenus comparat 1, 6, 40. ubi tamen longe minus *odioſum* quam hic *odium*. Etiam 4, 1, 9. habes *jactationem eloquentiae*.

16. *erectum*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *rectum* cum Alm. cf. 11, 3, 72.

17. *nam hoc vitium*. Sic Flor. (a ſec. m.) Camp. Ald. Baſil. Gryph. cum Vaſcoſ. Steph. Roll. Capper. Sed Turic. Flor. *nam hoc officium*. Officiunt ſibi invicem *nam* et *H* (cf. 9, 4, 140.), et *officium* facile oriebatur ex *hoc vitium*. Illud ex Alm. quoque refertur, *nam* non item (cf. §. 14.).

boni. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Camp. cum Goth.

17. *invident humiliores — boni*. Hac, quam Capper. *rident ſuperiores, improbant* ſignavit, paremheſi apparet

Digitized by Google

tium falſam de ſe opinionem: ſed in veris quoque ſufficit conſcientia. Reprehenſus eſt 965
in hac parte non mediocriter Cicero, quanquam is quidem rerum a ſe geſtarum major quam eloquentiae fuit in orationibus utique
18 jactator. Et plerumque illud quoque non

Voſſ. 2. Vall. Alm. Locat. Venet. Ruſc. Obr. Roll. Capper. Geſn. Bip. Sed Guelf. *bonis* cum Jenſ. Tarv. Reliqui *bonos*. Noſtrum volebat et Regius. *falſam*. Sic Flor. Camp. cum Bodl. Andr. Ald. Vidov. *falſum* Turic. Reliqui *fallacem*. *de ſe*. Ambr. 2. Guelf. omittunt cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. *in veris*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. cum edd. ante Gryph. acc. Obr. Geſn. Bip. *in his veris* Voſſ. 1. 3. Reliqui *in his veri*. *major quam*. Ambr. 2. omittit, relicta lacuna.

18. *Et plerumque*. Sic Turic. Flor. Goth. (tac. Geſn.) Camp.

continuari iſta, *invident — rident — improbant;* ſalva et eleganti ſtructura, Vulgo, quae et mea primum erat ratio, *vitium* refertur ad id quod proprie hic tractatur, *jactationis vitium*, ſicut aliquoties, quorum maxime illud ſit, quod reprehendat, ſolet ſubjicere noſter, velut 10, 2, 16. Sed primum vix poteſt demonſtrari, eos *qui ſe ſupra modum attollant* omnes eſſe tales, ut *nec cedere velint nec poſſint contendere*, deinde nonniſi trajiciendo vocabula plura talis contingit interpretatio; et ſuaſit ejusmodi quid Burmannus, duriore ſane nec facile probanda medicina. Sine *nam* tamen procedere nequaquam poteſt interjecta haec ſententia. Cum illo, ut carere poteramus hoc additamento, ita ſua ſe illud tuetur elegantia et proprietate.

in veris quoque. Intellige „in veris *rebus*“ vel, quod commendat Geſnerus, „*eloquentiae bonis*.“

Reprehenſus — Cicero. Teſtem hujusmodi de Cicerone judicii Pſeudo-Turnebus demonſtrat Plutarchum in comparatione Demoſthenis et Tullii. Is quidem contra quam noſter τελευτῶν δὲ ait οὐ τὰ ἔργα καὶ τὰς πράξεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς λόγους ἐπαινεῖ τοὺς εἰρημένους ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ γεγραμμένους, ὥσπερ Ἰσοκράτει καὶ Ἀναξιμένει τοῖς σοφισταῖς διαμιμησάμενος, οὐ τὸν Ῥωμαίων δῆμον ἄγειν ἀξιῶν καὶ

Digitized by Google

ſine aliqua ratione fecit. Aut enim tuebatur eos, quibus erat adjutoribus uſus in opprimenda conjuratione, aut reſpondebat invidiae: cui tamen non fuit par, ſervatae patriae poenam paſſus exilium: ut illorum, quae egerat in conſulatu, frequens commemoratio poſſit videri non gloriae magis, quam defenſioni, data. Eloquentiam quidem cum 19
pleniſſimam diverſae partis advocatis concederet, ſibi nunquam in agendo immodice

Ac p. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. Reliqui *At p.* Ambr. 2. omittit haec omnia, *utique — quoque*, cum lacuna item. *fecit.* Turic. Flor. *facit* cum Alm. Voſſ. 2. Goth. Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. acc. Bad. pr. ut et infra §. 43. Turic. *fecit.* Hic Voſſ. 3. vehementer turbare et mutilare orationem dicitur. *adjutoribus uſus.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Reliqui *u. a.* Mox *in* omittunt Turic. Flor. (hic a pr. manu). Hic quoque Ambr. 2. pro *enim — erat* dat *in* et mox lacuna intercedente *a. u. i. o.*, iterum poſt aliquod intervallum *pondebat.* In altera omiſſione peccare dicuntur idem Voſſ. 1. 3. ſed ſine lacunae mentione, ex quibus refertur *ponebat*, unde aliquid exculpere conatur Burmannus; fruſtra ille. Nobis animadvertenda eſt Ambr. 2. et Voſſianorum 1. 3. conſpiratio. Nihil ejusmodi in Guelf. *in conſulatu.* Ambr. 2. *conſula.* Voſſ. 1. 3. *conſulatu.* Guelf. Exc. Santen. *conſul* cum Goth. Voſſ. 2.

19. *concederet, ſibi nunquam.* Turic. Flor. *concedere ſ.* omiſſo *nunquam*, quod et abeſt ab Alm. ſed a ſec. m. reponit

ὀρθοῦν. Vocem *utique*, quae mox legitur, aſtringes ad *in orationibus*, ut, etiamſi forte in alio ſcribendi genere vel eloquentiam jactaverit Cicero, in orationibus ſaltem nihil ejusmodi fecerit. Eſt igitur *utique* pro *duntaxat*: cf. mox §. 21.

18. *reſpondebat.* cf. 5, 7, 14.

19. *diverſae partis advocatis.* Velut Hortenſio Pro Quintio.

Digitized by Google

arrogavit. Illius ſunt enim, *Si, judices, ingenii mei, quod ſentio quam ſit exiguum.* et, *Quo ingenio minus poſſum, ſubſidium mihi diligentia comparavi.* Quin etiam contra, Q. Caecilium de accuſatore in Verrem conſtituendo, quamvis multum eſſet in hoc quoque momenti, uter ad agendum magis idoneus veniret, dicendi tamen facultatem magis illi detraxit, quam arrogavit ſibi: *ſeque non conſecutum, ſed omnia feciſſe, ut poſſet eam conſequi*, dixit. In epiſtolis aliquando familia-

Flor. *arrogavit.* Turic. *interrogavit.* Flor. (a pr. m.) *inrogavit.* Alm. *introgavit.* *enim, Si, judices, ingenii mei.* Sic Flor. (quanquam non doceor, an *mei* habeat) Ambr. 2. (hic quidem *ingeni*). Sed Turic. ex hisce proſcribit *enim* cum Voſſ. 3. et Guelf. ut opinor, neque enim ſatis clare notavi. *Illius enim ſi jud. i. mei* Bern. Omittunt Goth. Voſſ. 2. *ſunt enim*, et videtur, id quod ex Voſſ. 2. referunt, etiam Goth. dare *ingenii mei.* Camp. *ſunt ſi quid eſt in me ing. jud.* Reliqui *ſ. enim ſi quid eſt in me ing. jud.* cf. 11, 3, 97. Duplex I genitivi in Cicerone non tulerim, in Quintiliano referente Ciceronem libentiſſime. cf. praef. noſtr. p. LXXV. *et, Quo ingenio minus.* Sic Turic. Flor. (hic quidem *poſſum* antevertit vocabulo *minus*) Ald. Conſentiunt Ambr. 2. Guelf. Voſſ. 3. Bern. Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. qui tamen pro *quo* dant *quod;* item Camp. Goth. (err. Geſn.) Voſſ. 2. Vall. ſed *quia* exhibentes pro *quo.* Reliqui *et nam, quo m. i.* *diligentia.* Turic. Camp. *diligentiam.* Ald. *ſubſidio — diligentiam* cum Bad. Baſil. et edd. Cic.

20. *magis idoneus.* Flor. *minus i.* *non conſecutum, ſed omnia.* Flor. *n. ſecus o.* a ſec. m. *n. c. o.* Mox *ea* pro *eam* idem cum Camp. Sed Ambr. 2. *etiam.*

Illius ſunt — comparavi. Principia ſunt vel ex principiis Quintianae et orationis pro Archia; mutata illa paulum ab iis quae legimus in noſtris edd.

Digitized by Google

riter apud amicos, nonnunquam in dialogis, aliena tamen perſona, verum de eloquentia ſua dicit. Et aperte tamen gloriari, neſcio an ſit magis tolerabile vel ipſa vitii hujus ſimplicitate; quam illa in jactatione perverſa, ſi abundans opibus pauperem ſe, nobilis obſcurum, et potens infirmum, et diſertus imperitum plane et infantem vocet. Ambitioſum

21. *aliena.* Ambr. 2. Guelf. omittunt cum Voſſ. 1. 3. Jenſ. et poſterr. ante Ald. *ſub* Goth. (tac. Geſn.)

tamen. Goth. *cum,* cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald.

verum — gloriari. Interjecta omittunt Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. Kapp. *ipſa vitii.* Turic. Flor. (niſi quod ex hoc *cupit*) *i. alia cupi* cum Alm. *i. illa v.* Camp. cum Ald. Vidov. *illa in jactatione.* Sic Turic. Flor. Reliqui omittunt *in.* *ſe, nobilis.* Turic. *ſed n.* Flor. *ſi n.* Nobiscum faciunt Alm. Vaſcoſ. Steph. Capper. Geſn. Bip. Reliqui et ſcripti et excuſi inſerunt *neget,* Camp. *neget ſi.* *infirmum, et diſertus.* Bad. inſerit *i. quam ſi ſe d.* cum poſterr. ante Capper. Ipſe ſane Bad. invexit hoc, ſed ut remedium, ſi retineretur *neget,* quod ipſum improbabat; et *ſic* ſuadens, nec recipiens tamen, pro *ſi* ante *abundans.* Geſnerus, carens ille prima Badii ed., auctorem hunc perverſae quae obtinebat ſcripturae ſuſpicatur; ſed recta ante ſe reſtituentem Capper. tacet. *vocet.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *vocent.* *Ambitioſum.* Sic Turic. Flor. Reliqui *Ambitioſiſſimum.*

21. *illa in jactatione perverſa.* Neutro genere accipe *illa perverſa,* nec quidquam offendet in loco, quem varie tentarunt VV. DD. cum abeſſet *in* praepoſitio. *Simplicitatem* vide ad 2, 2, 5. et cf. Juvenalem 2, 18. „Horum „*ſimplicitas* miſerabilis.“

Ambitioſum. Plane pro *ſuperbum.* cf. §. 50. 67. 12, 11, 14. et aliquot Senecae loca in epiſtolis p. Bip. 407. 408. bis. 410. Martial. 9, 65. item nos ad 6, 4, 6. *Deridetur* auditor, cum quem divitem novit is ei ſe pauperem venditat, ne ſperans quidem ullum mendacii ſucceſſum.

Digitized by Google

22 gloriandi genus eſt, etiam deridere. Ab aliis 966
ergo laudemur. Nam ipſos, ut Demoſthenes
ait, *erubeſcere, etiam cum ab aliis laudabimur, decet.* Neque hoc dico, non aliquando de
rebus a ſe geſtis oratori eſſe dicendum, ſicut
eidem Demoſtheni pro Cteſiphonte: quod
tamen ita emendavit, ut neceſſitatem id
faciendi oſtenderet, invidiamque omnem in
23 eum regereret, qui hoc ſe coëgiſſet. Et
M. Tullius ſaepe dicit de oppreſſa conjuratione Catilinae; ſed modo id virtuti ſenatus,
modo providentiae deorum immortalium
aſſignat. Plerumque contra inimicos atque

22. *Ab aliis ergo.* Turic. *alia ab illis* cum Alm. ſed Flor. (a pr. m.) *alia ab aliis.* (cf. §. 17.) Illud conſulto novatum puto, quod in Florilegio eſt, *ab aliis laudari mereamur*, ut mox *nam nos erub.* *erubeſcere, etiam cum.* Turic. *e. id jam et c.* Flor. *e. etiam et c.* *laudabimur.* Guelf. *laudamur* cum Jenſ. et poſterr. edd. ante Stoer. exc. Ald. *hoc ſe coëgiſſet.* Guelf. Excerpta Santeniana *haec ſ. dicere c.* Obr. noſtris ſubjicit *eloqui.* Burmannus Gronovium appellat ad Liv. 4, 26, 10. ubi etiam copioſior Drakenb.

23. *ſed modo.* Turic. inſerit *id*, quod modo ante *faciendi* omittit Flor. a pr. m. Semel *id* hic ponit Camp. ante *modo*.

22. *ut Demoſthenes ait.* pro Corona p. Rsk. 270. τοῦ δὲ παιδείας σοι θέμις μνησθῆναι; ἧς τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς τετυχηκότων οὐδ' ἂν εἷς εἴποι περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδέν, ἀλλὰ κἂν ἑτέρου λέγοντος ἐρυθριάσειεν. Alter locus ejusdem eſt orationis in principio p. ib. 226. 27.

23. *Et M. Tullius.* „Eleganter ipſe cauſam dicit pro „Domo c. 35. *Quis unquam „audivit, cum ego de me niſi „coactus ac neceſſario dicerem?* „etc.“ Geſnerus. Haec iis quidem, qui cum Marclando faciunt, minus ad rem pertinere videbuntur. Fateor autem ſcabri aliquid me ſentire in Quintiliani oratione. Quid eſt quod *id* ſequitur

Digitized by Google

obtrectatores plus vindicat sibi. Erant enim tuenda, cum objicerentur. In carminibus 24
utinam peperciſſet, quae non deſierunt carpere maligni,

Cedant arma togae, concedat laurea linguae.

et

O fortunatam natam me conſule Romam.

Erant — objicerentur. Turic. *erat — obiceretur.*

24. *laurea linguae.* Turic. Flor. *laudare.* Ille ſubjicit ad *linuae*, criticam annotationem (cf. 10, 7, 29.); hic

praecedente *oppreſſa conjuratione?* Nec pluralem illum facile concoquo, *Erant — objicerentur.* An reponemus haec: „ſed" (intellige *eam* i. oppreſſam conj.) „modo — „aſſignat. Plerumque — vin„dicat. — Erat — objicere„tur." ut iterum intelligatur *oppreſſa conj.* cf. nott. critt.

24. *In carminibus.* Aptius videtur ſtrui locus, omiſſa praepoſitione, ut *carminibus* ſiat dativus; neque enim facile intelligitur, cui tandem rei *parcere* debuerit Cicero, niſi forte *ſuis laudibus*, ſed nemo talia lectori ſubaudienda reliquerit. Verſus illi tot calumniis adverſariorum obnoxii praeterea leguntur alter apud ipſum Cic. In Piſ. c. 30. et Philipp. 2, 8. alter apud Juvenalem 10, 122. item noſtrum 9, 4, 41. Eſſe depromtos ex carmine heroico *de ſuo conſulatu* vel *de ſuis temporibus*, ſatis apparet. Nec dubito, quin hi tituli ſint ejusdem operis, cum Manutius diverſa carmina exiſtimet ad Familiar. 1, 9. p. Graev. 91. Nihildum condidiſſe de rebus ſuis Ciceronem, aperte colligo ex epiſtola ad Luccejum Famill. 5, 12. quae ſcripta eſt Coſſ. Lentulo Marcellino et Marcio Philippo A. V. C. 697. Quod tertium ponit noſter, numeris reſolutis, ex eodem opere decerptum facile credo, miror tamen, quare maluerit Qu. deſtruere metra. Huc quoque aliquid ex illa pro domo oratione confert Geſnerus, nec tamen ſatis manifeſto cum noſtris conjunctum, cum ibi c. 54. Clodius irridere fingatur, quod Cicero ſoleat dicere, ſe Jovem eſſe, Minervam autem ſororem ſuam. Qui ſint Graeci, quorum exempla ſecutus ſit Cicero, non equidem dixerim. Pericles enim ille Olympius et Aſpaſia Juno (cf. 2, 16, 19.) huc facere non videntur;

Digitized by Google

Et, *Jovem illum, a quo in concilium deorum advocatur.* et, *Minervam, quae artes eum docuit:* quae ſibi ille, ſecutus quaedam Graecorum exempla, permiſerat. Verum eloquentiae ut indecora jactatio, ita nonnunquam concedenda fiducia eſt. Nam quis reprehendat haec? *Quid putem? contemtumne me? Non video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus geſtis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid deſpicere poſſit Antonius.* Et

noſtrum a ſec. m. Noſtrum praeſtare illi alteri, *laurea laudi,* quod eſt in libris Cic. in Piſ. ex ipſa dicti ratione nemo neget, aſtipulante etiam Plutarcho in comparatione Cic. et Dem. 2.; ſed locus Piſonianus *laudem* retinere paene cogit. Poſt noſtras voces *et* omittunt Turic. Flor. Camp. Contra *O* deſiderant Ambr. 2. Guelf. cum Voſſ. 1. 3. *in conc.* Praepoſitionem omittunt Ambr. 2. Guelf. Ioann. (tac. Gibſ.) cum Voſſ. 1. 3. *advocatur.* Turic. *advocatus* cum Alm. Sed Flor. *vocatus.* (cf. §. 22.) *quae artes eum docuit.* Sic Turic. *q. a. e. edocuit* Guelf. *q. e. a. edocuit* Ambr. 2. cum Alm. non Flor. *q. a. e. omnes d.* Camp. *q. e. a. edocuit* Jenſ. (tac. Geſn.) cum poſterr. ante Gryph. exc. Ald. qui cum reliquis *q. omnes e. a. edocuit.*

25. *ita nonnunquam.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. *ita* omittunt Ambr. 2. Guelf. cum Voſſ. 3. Reliqui *ſic n.*

reprehendat. Turic. *reprehendetur.* Flor. Camp. *reprehendet.* Alm. *reprehendatur* (cf. 24.). *nec in vita, nec in gratia.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. bis omittunt *in,* Alm. ante *gr.*

etiam minus Piſiſtratus a Minerva reductus. Minervae proprium Ciceroni cultum recte demonſtrat Geſnerus, de quo vide Cic. de Legg. 2, 17. Dion. Caſſ. 38, 17.

25. *Quid putem?* Philipp. 2, 1. Similem Antonii, ſed patrui, ſuperbiam ipſe Cicero expertus erat 9, 3, 94. Quod in altero, qui hic ſequitur, loco non tam eloquentiam laudari monet Geſnerus, quam ubertatem materiae, recte id quidem animadvertitur, ſed ineſt tamen etiam facundiae ſuae conſcientia, quam commodiſſime diſſimulata.

Digitized by Google

paulo poſt apertius: *An decertare mecum*
967 *voluit contentione dicendi? Hoc quidem bene-*
ficium eſt. Quid enim plenius, quid uberius,
quam mihi, et pro me, et contra Antonium
dicere? Arrogantes et illi, qui ſe judicaſſe de 27
cauſa, nec aliter affuturos fuiſſe proponunt.
Nam et inviti judices audiunt praeſumentem
partes ſuas: nec hoc oratori contingere inter
adverſarios, quod Pythagorae inter diſcipu-
los, poteſt, *Ipſe dixit.* Sed iſtud magis
minusve vitioſum eſt pro perſonis dicentium.
Defenditur enim aliquatenus *aetate*, *digni-* 28
tate, *auctoritate*: quae tamen vix in ullo tanta
fuerint, ut non hoc affirmationis genus tem-

26. *mihi, et pro.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. et libris Cic. quanquam noſtri mox omittunt *et*, male. Reliqui hic ignorant *et*. Pro *uberius* Flor. *verius* cum Alm. (ut et mox 32. *veriora* Turic. Flor.); ſed ex hoc ante inſertum *alia* affertur.

27. *affuturos.* Obr. *eam tuituros*, mira audacia.
inviti judices. Turic. *inutium d.* Flor. noſtrum, ſed a rec. manu in loco raſo. *nec hoc.* Turic. Flor. Guelf. *ne hoc.* *diſcipulos, poteſt.* Sic Turic. Flor. cum Alm. Reliqui inſerunt *contigit.* Camp. etiam *philoſophos* dat pro *diſc.* *minusve vitioſum.* Flor. (a pr. m.) *in uſu vitiorum.*

28. *quae tamen.* Turic. *quantum* cum Alm. (cf. 25.) Sed Flor. *quae tanta.* *fuerint.* Turic. Flor. *fuerunt.*

27. *proponunt.* Nove dictum videtur. Accedit 12, 1, 13. ſed ipſum mollius noſtro. Apparet ibi maxime uſum hunc verbi eſſe rhetoribus peculiarem, qualem vidimus lib. 4. c. 4. In ipſa igitur cauſae *propoſitione* hoc praedicunt judicibus arrogantes illi, ſe ſui litigatoris juſtam agnoſſe vel petitionem vel defenſionem; ni feciſſent, ne acturos quidem fuiſſe; nunc illico probaturos talem.

praeſumentem, cf. 10, 5, 4. item 5, 6, 35.

Digitized by Google

perandum ſit aliqua moderatione, ſicut omnia, in quibus patronus argumentum ex ſe ipſo petet. Fuiſſet tumidius, ſi accipiendum criminis loco negaſſet Cicero, Equitis Romani eſſe filium, ſe defendente? At ille fecit hoc etiam favorabile, conjungendo cum judicibus dignitatem ſuam. *Equitis autem Romani eſſe filium, criminis loco poni ab accuſatoribus, neque vobis judicantibus oportuit, neque de-*
29 *fendentibus nobis.* Impudens, tumultuoſa, iracunda actio, omnibus indecora: ſed ut quisque aetate, dignitate, uſu praecedit, magis in ea reprehendendus. Videas autem rixatores quosdam neque judicum reverentia, neque

Camp. *fuerit.* *petet. Fuiſſet.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Reliqui inſerunt *Quod.* *ſi accipiendam criminis.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.); pro *acc.* Alm. *dec.* Reliqui interjectum omittunt. Camp. *niſi* pro *ſi* cum Goth. et ſec. m. Valleuſis. *loco negaſſet.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Ambr. 2. Guelf. cum Goth. Jenſ. et edd. poſterr. ante Raſil. Reliqui inſerunt *eſſe*, quorum recenſeri et Camp. miror; ſed me dormitaſſe ſuſpicor. *autem Romani.* Transponunt Turic. Flor. Guelf. *vobis judicantibus.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Bodl. Andr. Ald. Reliqui *his j.* cum libris Cic.

29. *dignitate, uſu.* Turic. *dignitatem ſuam u.* cum Alm. (cf. 28.) Nil niſi *ſuam* inſerit Flor. *reprehendendus.* Flor. *reprehendens* cum Ambr. 2. (niſi quod *reprendens*) Goth. *reprehendes* Guelf. cum Jenſ. et edd. poſterr. ante

28. *Equitis autem Rom.* Cic. Pro Coelio c. 2.

29. *Videas — rixatores.* Aliquid ſimile horum vide lib. 6. cap. 4.

Digitized by Google

agendi more ac modo, contineri: quo ab ipso mentis habitu manifestum sit, tam in suscipiendis, quam in agendis causis nihil pensi habere. Profert enim mores plerumque 30
oratio, et animi secreta detegit. Nec sine
968 causa Graeci prodiderunt, *Ut vivat, quemque etiam dicere.* Humiliora illa vitia: summissa adulatio, affectata scurrilitas, in rebus ac verbis parum modestis ac pudicis vilis pudor, in omni negotio neglecta auctoritas; quae fere accidunt iis, qui nimium aut blandi esse, aut ridiculi volunt. Ipsum etiam eloquentiae 31
genus alios aliud decet. Nam neque tam plenum, et erectum, et audax, et praecultum

Ald. *more ac.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. Recte tenet Burm. Praecipue enim necessarium *more*, quod alterum magis secum trahit, quam ut possit illud sine hoc ferri. Camp. nostra verba posteriore loco ponit et modo *judiciorum* pro *judicum*. *contineri: quo ab ipso;* Sic Turic. Camp. cum Alm. *c. quo ipso* Ambr. 2. Guelf. cum Bern. *et quo ab ipso* Flor. *quos ipso* Andr. Ald. Gibs. Reliqui *ex quo ipso.*

30. *vivat.* Turic. *jubant.* Flor. (a pr. m.) *jubeat.* Guelf. Camp. *juvat* cum Goth. Jens. Tarv. *etiam* abest a Turic. Flor. (a pr. m.) Camp. pro eo *et* Guelf. *ac verbis.* Ambr. 2. Guelf. omittunt. *vilis.* Turic. *verbis* cum Alm. nisi quod hic per compendium.

31. *praecultum.* Goth. *petulcum.* Nonnisi casum interpretor. *percultum* Obr. male. Non inauditum est vocabulum

30. *Graeci prodiderunt.* Solonі tribuitur sententia τὸν λόγον εἰδωλον εἶναι τῶν ἔργων, vel, εἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτον εἶναι καὶ τὸν λόγον. Vide, qui haec indicant et aliter quoque ab aliis eundem sensum enuntiatum afferunt, Erasmum in Adagg. 1, 6, 50. Menag. ad Laërt. 1, 58. Davis. ad Cic. Tusc. 5, 16.

vilis pudor. Attende nomen adjectivum potestate participii usurpatum.

Digitized by Google

ſenibus convenerit, quam preſſum, et mite, et limatum, et quale intelligi vult Cicero, cum dicit, orationem ſuam coepiſſe *caneſcere*; ſicut veſtibus quoque non purpura coccoque
32 fulgentibus illa aetas ſatis apta ſit. In juvenibus etiam uberiora paulo, et paene periclitantia feruntur. At in iisdem ſiccum, et ſollicitum, et contractum dicendi propoſitum, plerumque affectatione ipſa ſeveritatis inviſum eſt: quando etiam morum ſenilis auctoritas immatura adoleſcentibus creditur.

noſtrum. *convenerit.* Turic. *conveniret* cum Alm. Sed Flor. *convenit* (cf. 29.). Camp. *conveniet.*

vult — caneſcere. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. Modo iidem *quali.* Guelf. autem ante eam vocem omittit *et.* *coccoque.* Goth. Jenſ. *crocoque* cum Tarv. Loc. Ven. Ruſc. „Non auſim damnare antiquam „lectionem *crocoque.* Phrygibus objicitur Aen. 9, 614. *picta „croco et fulgenti murice veſtis.*“ Geſnerus. Plurimi vetuſtiſſimique *coccum* tuentur, et eſt uſitata conjunctio mentionis *purpurae coccique.*

32. *propoſitum, plerumque.* Turic. omittit, ſed Flor. prius modo (a pr. m.) cum Alm. *affectione* uterque.

auctoritas. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *auctor* cum Alm.

immatura adoleſcentibus. Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui inſerunt *in.*

31. *coepiſſe caneſcere.* Vide Cic. Brut. c. 2.

32. *paene periclitantia.* cf. 10, 1, 121. Apparet *periclitantia* ipſa vitioſa judicari, ut quae in nugas illas magnificas jam abierint; quare ea, quae juventuti poſſunt concedi et gloriae duci, dicuntur *paene* periclitari.

propoſitum. cf. 9, 4, 19.

quando etiam morum. Conjunctionis eadem vis eſt quae alterius *quoniam*, et graecae ἐπεὶ (non γὰρ), in quibus ſignificatur ejus quod argumenti loco tangitur inter omnes pervulgata notitia. Commonefacit quaſi illud *quando* lectorem rationis ejus, quam alibi ſaepe jam expertus ſit. Nam ſi, id quod

Digitized by Google

Simpliciora militares decent. Philoſophiam ex profeſſo, ut quidam faciunt, oſtentantibus, parum decori ſunt plerique orationis ornatus, maximeque ex affectibus, quos illi vitia dicunt. Verba quoque exquiſitiora, et compoſitio numeroſa tali propoſito diverſa. Non enim ſola illa laetiora, qualia a Cicerone dicuntur, *Saxa atque ſolitudines voci reſpondent;* ſed etiam illa, quanquam plena ſanguinis, *Vos enim jam, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro atque teſtor, vosque, Albanorum obrutae arae, ſacrorum populi* 33 34

33. *dicunt.* Camp. *debent.*

34. *ſola.* Sic Turic. Flor. Goth. (tac. Geſn. ſed poſteriorum uterque a pr. m.) Guelf. Camp. Reliqui *ſolum.*

obrutae. Ambr. 2. *obtrutae.* Camp. *o Brute.*

vulgo ſentitur, ne mores quidem ſeveriſſimi placent in adoleſcentibus, velut intempeſtivi neque huic aetati debiti, quanto minus orationis feretur gravitas ea, quae aut ingenio carentem arguat aut fraudis faciat ſuſpicionem.

33. *Simpliciora militares.* Apparet ſingulis et aetatibus et conditionibus ſua dicendi genera accommodari, qua in re milites tam brevi mentione dimitti doleo et miror; ſed feſtinat noſter ad illam ſatis ſibi inviſam philoſophorum nationem. cf. 10, 1, 35. et mox §. 34. *barbam atque triſtitiam. Simpliciora* hic accipio non quidem de animo, ut modo §. 21. ſed de artificii rhetorici maſculo quodam neglectu, et eſt proba, in ſumma brevitate, praeceptio. cf. §. 45.

illi vitia dicunt. Reponendum cenſeo *ducunt.* cf. 6, 1, 7. ad ſententiam.

34. *Saxa — Albani.* Cic. pro Arch. 8. pro Mil. 31. Altera haec ex Miloniana „*quanquam* plena ſanguinis" dicuntur a noſtro propterea, quod ſunt ſevera et paene ſicca, ſi cum *laetioribus* illis conferantur. Gedoynus quidem *plena ſanguinis* oppoſita accepit *laetioribus*, tanquam magis virum decentia, ut *quanquam* ſpectaret ad *non conveniat* et mirum videretur, ſi Ciceroniana haec, quanquam

Digitized by Google

Romani ſociae et aequales: non conveniant
35 barbae illi atque triſtitiae. At vir civilis, vereque ſapiens, qui ſe non otioſis disputationibus, ſed adminiſtrationi reipublicae dediderit, a qua longiſſime iſti, qui philoſophi vocantur, receſſerunt, omnia, quae ad efficiendum oratione, quod propoſuerit, valent, libenter adhibebit: cum prius, quod honeſtum ſit,
36 efficere in animo ſuo conſtituerit. Eſt quod principes deceat, aliis non conceſſeris. Imperatorum ac triumphalium ſeparata eſt aliqua ex parte ratio eloquentiae: ſicut Pompejus abunde diſertus rerum ſuarum narrator: et

969

35. *dediderit.* Ambr. 2. Guelf. *dederit* cum Goth. Stoer. Chouet. Leid. *omnia, quae ad efficiendum.* Turic. *omnique deficiendum eſt.* Flor. (a pr. m.) *omnino id eficiendum eſt.* *propoſuerit.* Turic. *propoſitione* cum Alm. non Flor. (cf. 31.). *propoſuerint* Ambr. 2. (ſed hic et modo *quae*) Guelf. Camp. et edd. ante Bad. *quod honeſtum.* Turic. Ambr. 2. Camp. *quid h.* cum Goth. Voſſ. 1. Jenſ. Tarv. *libenter* modo ab Obr. an conſulto omiſſum ſit, non dixerim.

36. *conceſſeris.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *ceſſeris.* Primae ſyllabae offecit quod praecedit *non.*

maſcula et robuſta, tamen ſpernerentur a philoſophorum ſimulata triſtitia. Quam interpretationem a vocabulo ipſo *ſanguinis* ferri non credo, ſtructura ſane vocis *quanquam* aliquatenus commendatam.

36. *Pompejus abunde diſertus.* Ineſt extenuatio quaedam in ipſo illo *abunde.* Neque enim magna eloquentia expectatur ab ejus fortunae hominibus. vide Cic. de Lege Man. c. 14. „(Pompejus) quantum dicendi gravitate et copia valeat, in quo ipſo inest quaedam dignitas *imperatoria*, vos — ſaepe cognoſtis.“ cf. et dicta nobis ad 3, 8, 50. Laudes illae facundiae Pompejanae Cic. pro Balbo c. 1. habere magis honoris teſtificationem quam veritatis religionem, unusquisque in-

Digitized by Google

hic, qui bello civili se interfecit, Cato eloquens senator fuit. Idem dictum saepe in 57
alio liberum, in alio furiosum, in alio superbum est. Verba adversus Agamemnonem a Thersite habita ridentur: da illa Diomedi, aliive cui pari, magnum animum ferre prae se videbuntur. *Ego te consulem putem*, inquit L. Crassus Philippo, *cum tu me non putes senatorem?* Vox honestissimae libertatis; non tamen ferres quemcunque dicentem. Negat 58

civili se interfecit. Flor. (a pr. m.) *civilis et interfuit.* Camp. modo *is* dans pro *hic* placet.

57. *in alio liberum.* Flor. (a pr. m.) *i. a. librorum.* Guelf. Ambr. 2. omittunt cum Voss. 1. 3. *Verba.* Turic. *verbum.* *da illa.* Turic. *do i.* Flor. Guelf. Camp. *at i.* eum Goth. Voss. 2. Vall. et edd. ante Ald. *ad i.* Ambr. 2. Correxit Regius. *pari.* Ambr. 2. Guelf. Camp. (sed in hoc apparet vitii origo *ingenium* dante pro *magnum*) *par* cum Goth. Voss. 3. Bern. *inquit L.* Turic. *vel* cum Voss. 3. Omittit Camp. *L.* Flor. cum Alm. *inquit.* Sed Flor. (a sec. m.) Ambr. 2. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *inquit* inserunt post *Ego te*, hic omittunt, cum edd. ante Gryph. Nostrum verum esse nequaquam dubito, sive *inquit* solum abiit in *vel*, sive nota praenominis perperam accepta simul oblitterata est. Nam neque carere locum verbo sermonem indicante, neque dirimi illud tam longe a subjecto suo fero. *ferres.* Goth. *feres.* Suspicatur Gesn. *feras.* Sed ut hoc pro *potes ferre*, ita illud pro *poteras ferre*, quoniam dictum aliquod certum spectatur, semel prolatum. cf. 6, 1, 25.

telligit. vide et Cic. ad Att. 7, 17. qui miratur epistolas suas aliis scribendas mandantem Pompejum. De Catone Uticensi cf. Cic. Brut. c. 31. multum ejus eloquio tribuentem.

57. *Verba — a Thersite habita.* Iliad. 2, 225 — 242. 270. *inquit L. Crassus.* cf. 8, 3, 39.

Digitized by Google

se magni facere aliquis poëtarum, *utrum Caesar ater an albus homo sit*: insania verte, ut idem Caesar de illo dixerit, arrogantia est. Major in personis observatio est apud tragicos comicosque. Multis enim utuntur, et variis. Eadem et eorum, qui orationes aliis scribebant, fuit ratio; et declamantium est. Non enim semper ut advocati, sed plerumque ut
39 litigatores dicimus. Verum etiam in his causis, quibus advocamur, eadem differentia diligenter est custodienda. Utimur enim fictione personarum, et velut ore alieno loquimur: dandique sunt iis, quibus vocem accommodamus, sui mores. Aliter enim

38. *ater — ut idem.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. propter homoeoteleuton. *tragicos comicosque.* Hoc ordine Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 3. nisi quod *comedosque.* Reliqui *c. t. enim utuntur.* Turic. omittit. *scribebant.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *scribant.* Goth. *scribebat.* *ut advocati.* Turic. Camp. *et a.* Guelf. *est a.* Mox Camp. omittit *ut* (ante *litig.*), pro quo Flor. (a sec. m.) *et.* 39. *in his.* Sic Turic. Flor. Reliqui *i. iis.* *advocamur.* Flor. Guelf. *advocamus* cum Goth. Jens. et edd. posterr. ante Ald.

38. *aliquis poëtarum.* Vide quanto cum contemtu loquatur; neque enim tum oblitus, hunc fuisse Catullum (carm. 92.), putandus est.

qui — aliis scribebant. cf. 3, 8, 51. 2, 15, 30. 3, 1, 10.

39. *Aliter enim.* cf. 3, 8, 54. ubi idem Ciceronis locus respicitur, nisi quod hic etiam 16 caput orationis pro Coelio obversatur nostro, in quo sunt et Caeciliani et Terentiani patris personae. Ex Verrinis quae mox ponuntur, cum compositionem tractaret, a nostro jam in exemplum adhibita sunt 9, 4, 71. 102. vide et 4, 2, 106. Milonianae ipsam illam, quam hic, virtutem tangit et 6, 1, 25. 5, 10.

Digitized by Google

P. Clodius, aliter Appius Caecus: aliter Caecilianus ille, aliter Terentianus pater fingitur.
970 Quid asperius lictore Verris? *Ut adeas, tantum dabis.* Quid fortius illo, cujus inter ipsa verberum supplicia una vox audiebatur, *Civis Romanus sum?* Quam dignae Milonis in peroratione ipsa voces eo viro, qui pro republica seditiosum civem toties compescuisset, quique insidias virtute superasset? Denique non 41
modo quot in causa, totidem in prosopopoeia sunt varietates: sed hoc etiam plures, quod in his puerorum, feminarum, populorum, mutarum etiam rerum assimulamus affectus, quibus omnibus debetur suus decor. Eadem 42

40. *illo.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *o.* *viro, qui.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) inserunt *alia* cum Alm.

pro rep. sed. Turic. Flor. *prope s.* sed prior *reditiosum.* Camp. *proprie qui pro R. P. s.*

41. *plures, quod.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. omittunt *quod* cum Alm. *feminarum.* Turic. Flor. Camp. subiiciunt *que.* *populorum.* Ald. Basil. *pupillorum* cum Gryph. (1536.) vana conjectura. *mutarum.* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. *multarum* cum Alm. Bern. Jens. Tarv. E Voss. 1. 3. *multorum.* Nostrum Goth. Vall. et, ut credibile, Voss. 2. Vicissim §. 82. „*muta* non „deformiter" Turic. Guelf. Neque dubito, quin recte habeat. *mutarum rerum*, ipse autem calidius pronunciaverim ad 6, 1, 25. *assimulamus.* Turic. (quanquam hic *ads.*) Camp. *assimulavimus.* Eratne igitur *assimulabimus?* Goth. (tac. Gens.) *assimilamus.* cf. 7, 10, 9. item I. F. Gronov. ad Tac. Annal. 11, 11. et, quo ipse ablegat, in Diatribe Statiana c. 6. recte improbantem I; sed vide et Ernest. ad Tac. Agr. c. 10.

41. *prosopopoeia.* cf. 5, 8, 49. 9, 2, 31. Sed haec, quae nunc tractatur, est prosopopoeia faciens partem alicujus causae.

decor. cf. 10, 1, 71.

Digitized by Google

in iis, pro quibus agemus, obſervanda ſunt. Aliter enim pro alio ſaepe dicendum eſt, ut quisque *honeſtus*, *humilis*, *invidioſus*, *favorabilis erit*, adjecta propoſitorum quoque et anteactae vitae differentia. Jucundiſſima vero in oratore *humanitas*, *facilitas*, *moderatio*, *benevolentia*. Sed illa quoque diverſa bonum virum decent, malos odiſſe, publica vice commoveri, ultum ire ſcelera et injurias: et omnia, ut initio dixi, honeſta. Nec tantum, *quis* et *pro quo*, ſed etiam, *apud quem* dicas,

42. *adjecta*. Turic. *delicta* cum Alm. *adlecta* Flor. (a pr. m.) cf. §. 35. *propoſitorum*. Turic. *propoſitionum*. *anteactae*. Turic. Camp. *actae*. Flor. *actae ante*. Mox Turic. *differentiae*. *humanitas*. Goth. *jucunditas*, mire. *ultum ire*. Turic. Flor. *vult cineris*. Hic a ſec. m. *ulciſci*. Mox *et injurias* lidem (alter a pr. m.) omittunt cum Alm. qui in noſtris turbare dicitur.

et omnia — honeſta. Turic. Flor. (hic a ſec. m. utrumque *ut* tollit) *ut o. u. i. d. ut h.* poſterius cum Alm.

43. *quis*. Turic. Flor. *qui* cum Alm.

42. *honeſtus*. Apparet ex oppoſito vis vocabuli, cf. 1, 1, 28. 9, 2, 61. 11, 3, 137. Horat. ad Piſ. 215. Ita *frugi* uſurpat Plaut. in Aulul. 4, 9, 6. Eadem ratio eſt *invidioſi* ad *favorabilem*, de quo vide nos ad 4, 1, 20. et erat modo §. 28. *Invidioſus* igitur hic eſt non, ut plerumque, qui facit invidiam, ſed qui laborat ea; cf. dicta ad 4, 1, 42.

propoſitorum. Hic quidem *propoſita* ad mores magis ſpectant, quam ad artis rationes, utpote de quibus dixit modo §. 32. Eſt aliquid ſimile 2, 2, 7. Sed egere de hac poteſtate Lexicographi; id monere non ſupervacuum videtur, *propoſitum* eſſe ejus, qui non in diem vivit, ſed certam ſibi vitae rationem deſcripſit, quae ex novitia latinitate *principia* ſolent appellari.

publica vice commoveri. cf. 6, 2, 35.

ut initio dixi. „Nempe „hujus argumenti, de eo quod „decet. ſ. 14.“ Geſnerus.

Digitized by Google

intereſt. Facit enim et fortuna discrimen et poteſtas: nec eadem apud principem, magiſtratum, ſenatorem, privatum, tantum liberum, ratio eſt: nec eodem ſono publica judicia, et arbitrorum disceptationes aguntur. Nam ut 44
oranteм pro capite ſollicitudo deceat et cura, et omnes ad amplificandam orationem quaſi machinae: ita in parvis rebus judicibusque vana ſint eadem, rideaturque merito, qui apud
971 disceptatorem de re leviſſima ſedens dicturus,

tantum. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (err. Geſn.) Camp. cum Alm. Voſſ. 2. Bern. et edd. Leid. Roll. Reliqui *tamen.* Probat autem noſtrum Geſn.

ſono. Flor. (a pr. m.) Camp. *bono* cum Alm. (cf. 42.)

44. *amplificandam.* Turic. Flor. Camp. *amplificandum.* Dubito an recte. Mox Turic. *maginae et,* inſerens copulam ante *ita.* *judicibusque.* Sic Flor. Ambr. 2. Guelf.

43. *principem — tantum liberum.* cf. 4, 1, 72. et loca ibi demonſtrata, in quibus de dignitate cognoſcentis: adde de *principe* judice 5, 13, 6. de *privato* 5, 10, 115. *tantum liber* (velut infimae conditionis apud quem dicere poſſis) vocatur ut 7, 7, 10. *tantum civis.* Variae hominum conditiones, ſed non tanquam de jure cognoſcentium, recenſentur 5, 10, 26.

eodem ſono. In publicis enim cauſis paululum erit *inclamandum,* cf. 2, 10, 10. item de judiciis publicis 3, 10, 1. Diverſam magnarum parvarumque litium tractationem tangit et ſupra 8, 3, 14. Pro *ſono* poterat *ſpiritum* quoque dicere, velut 12, 2, 20. 1, 10, 6.

44. *in parvis rebus judicibusque.* Ne longus fieret, paulo inſolentius ipſos *judices* dixit *parvos.*

ſedens dicturus. Judicum quidem proprie eſt ſedere; agunt tamen aliqui etiam ſedentes, velut apud noſtrum 11, 3, 134. 135. et quidem *in minoribus rebus,* item apud Plin. Epiſtt. 2, 19, 3. Cumulantur ergo hic quae exiguam oſtendant cauſam: *apud disceptatorem, de re leviſſima, ſedens.* Ciceronis verba ſunt in Divin. contra Caecil. c. 15. Quod *corpore ipſo* refert ex Cic. Quintilianus, cum apud ipſum legamus *toto corpore,*

Digitized by Google

utatur illa Ciceronis confeſſione, *non modo ſe animo commoveri, ſed etiam corpore ipſo per-*
45 *horreſcere.* Quis vero neſciat, quanto aliud dicendi genus poſcat gravitas ſenatoria, aliud aura popularis? cum etiam ſingulis judicantibus, non idem apud graves viros, quod leviores; non idem apud eruditum, quod militarem, ac ruſticum deceat: ſitque nonnunquam ſummittenda et contrahenda oratio, ne judex eam vel intelligere vel capere non
46 poſſit. Tempus quoque ac locus egent obſer-

(niſi quod hic *j. quae* diremtim) cum Voſſ. 3. et edd. ante Ald. *judicibus* ſine copulâ Turic. Camp. Reliqui *judiciisque*, ſuadente Regio et vindicantibus Goth. Vall. Deinde *una* Ambr. 2. Guelf. Camp.

45. *quanto.* Sic Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Gefn.) cum Voſſ. 2. Obr. *cuncto* Turic. cum Alm. (cf. 43.) *cum* Camp. Reliqui *quin.* Non debebat probari ſtructura *neſciendi*, qualis eſt *dubitandi* per interrogationem aut negationem, ſine auctoritate. Noſtra figura eſt 10, 1, 55.

aura. Ambr. 2. *jura.* Guelf. Exc. Sant. *vita* cum marg. Baſil. (err. Burm.) *quod leviores.* Turic. *quos l.* Camp. inſerit *et.* Mox *et* inter *ſummitt. contrah.* omittunt Turic. Flor. *non poſſit.* Negationem ignorant Turic. Flor. cum Alm.

hic quidem animadvertunt VV. DD. qualia memoriae aberrantis exempla nobis plurima ſunt oblata et notata. cf. inter alia 8, 4, 28. et hic §. 19.

45. *gravitas ſenatoria — aura popularis.* Eximia proprietate opponuntur invicem *ſententiae* et *conciones.* cf. 5, 11, 42. Mox 47. eadem ratione *forum* et *curia.*

intelligere — capere. Prius ad *ſummittendum* ſpectat, alterum ad *contrahendum.* Subtiles nimis aut magnificas ſententias non *intelligit* judex ineruditior propter difficultatem, verboſiorem orationem non *capit* propter ambitum.

Digitized by Google

vatione propria. Nam et tempus tum triſte, tum laetum, tum liberum, tum anguſtum eſt, atque ad haec omnia componendus orator: et 47
loco publico, privatone, celebri, an ſecreto, aliena civitate, an tua, in caſtris denique, an foro dicas, intereſt plurimum, ac ſuam quidque formam, et proprium quendam modum eloquentiae poſcit: cum etiam in ceteris actibus vitae non idem in foro, curia, campo, theatro, domi, facere conveniat; et pleraque, quae natura non ſunt reprehendenda, atque interim ſunt neceſſaria, alibi quam mos permiſerit, turpia habeantur. Illud jam dixi- 48
mus, quanto plus nitoris et cultus demonſtrativae materiae, ut ad delectationem audientium compoſitae, quam, quae ſunt in actu et contentione, ſuaſoriae judicialesque permittant. Hoc adhuc adjiciendum, aliquas etiam, quae ſunt egregiae dicendi virtutes, quo minus deceant, effici conditione cauſarum. An quisquam tulerit reum in discrimine capi- 49
tis, praecipue qui apud victorem et principem

46. *tum triſte, tum laetum.* Hoc ordine Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *t. laet. t. triſte.* Chiaſmus ineſt.

47. *quendam modum.* Turic. *quaedam modo.*

atque interim. Sic Turic. Camp. Reliqui inſerunt *ideo,* prae quo Geſn. malit *adeo.*

48. *adjiciendum.* Ambr. 2. Guelf. Exc. Sant. *audiendum* cum Voſſ. 1. 3.

49. *praecipue qui.* Turic. Flor. *praecipuaeque.*

principem. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *principalem* cum

47. *aliena civitate.* Malim inſeri *in.*

48. *jam diximus.* 8. 3, 11. ſeqq.

49. *victorem et principem.*

Digitized by Google

pro ſe ipſe dicat, frequenti translatione, fictis aut repetitis ex vetuſtate verbis, compoſitione, 97a
quae ſit maxime a vulgari uſu remota, decurrentibus periodis, quam laetiſſimis locis ſententiisque dicentem? Non perdant haec omnia neceſſarium periclitanti ſollicitudinis colorem, petendumque etiam innocentibus
50 miſericordiae auxilium? Commoveaturne quisquam ejus fortuna, quem tumidum, ac ſui jactantem, et ambitioſum inſtitorem eloquentiae in ancipiti ſorte videat? Non immo oderit reum verba aucupantem, et anxium de
51 fama ingenii, et cui eſſe diſerto vacet? Quod

Alm. *dicat.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *dicant.* *aut repetitis.* Sic MSS. et edd. ante Baſil. (Camp. quidem *atque r.*; de Goth. Jenſ. tac. Geſn.) Reliqui *ac r.* Baſil. *et r.* *quae ſit.* Turic. *q. ſunt.* *laetiſſimis locis.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Camp. cum Goth. Vall. Tarv. Ald. Bad. Capper. Geſn. Bip. *latiſſimis locis* Guelf. Reliqui *l. jocis.* *periclitanti.* Turic. *periclitantia.* Jenſ. *periculi tanti* cum poſterr. ante Ald. non Camp. Regius verum ſuadet. Simili errore mox Flor. (a pr. m.) Guelf. Exc. Sant. *inſtitutorem.*

50. *Commoveaturne.* Flor. *conveniatne.* Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Exc. Sant. *moveaturne* cum Voſſ. 1. 2. 3. Colb. *anxium.* Turic. Flor. *auxilium* cum Alm. *diſerto.* Camp. *diſertum* cum Goth.

Ligarium deſcribere noſter videtur Gedoyno.

compoſitione. cf. 9, 4, 143. ubi valde ſimilia hisce noſtris.

laetiſſimis locis. Sunt qui et *uberes* dicuntur 5, 13, 42. 4, 1, 59. et ipſum noſtrum appoſitum eſt 4, 5, 1. cf. nos ad 10, 1, 46.

50. *Non immo oderit.* Ita continuanda oratio per interrogandi figuram; non, ut vulgo, *Non* a ceteris diſtinctione revellendum, ut ſit reſponſio ad illam priorem quaeſtionem. cf. ad ſententiam 11, 3, 3. *Non* eſt pro *nonne*, ut modo §. 49. mox 52. cf. 10, 1, 98.

Digitized by Google

mire M. Coelius in defensione causae, qua reus de vi fuit, comprehendisse videtur mihi, *Ne cui vestrum, atque etiam omnium, qui ad rem agendam adsunt, meus aut vultus molestior, aut vox immoderatior aliqua, aut denique, quod nimium est, jactantior gestus fuisse videatur.* Atqui sunt quaedam actiones in 52 satisfactione, deprecatione, confessione positae;

51. *videtur mihi.* Hoc ordine Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *m. v.* *adsunt, meus.* Sic Turic. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Bodl. Voss. 2. 3. Obr. Bip. *adsumeris* Guelf. Exc. Sant. Reliqui *a. mens,* quod et ex Flor. diserte refertur. Hoc ipsum in Vall. fuisse priusquam a sciolo quodam lectio violata sit, narrat Badius, Aldum laudans, hominem litteratissimum, qui animadverterit praepositum adjectivum sequentibus particulis *aut, vel, et* ex proba latinitate debere convenire utrique vocabulorum sequentium eas particulas. Hoc igitur ita animadversum ab Aldo colligit ex ipsius scriptura Badius; neque enim ubi aliquid criticae annotationis in Qu. ab Aldo scriptum extet, compertum est mihi. At non erat, quod mutaret Aldus, cum omnes ante eum, excepto Camp., praeferrent *meus.* Regulam quidem illam latinitatis non agnosco. *Mens* haec *molestior* protinus excepta a *vultu* nequaquam placet. Mox *jactatior* Goth. cum Vall. Voss. 2., *videantur* autem Turic. Flor.

51. *M. Coelius — comprehendisse.* Verbum interpretor *exhausisse, ita significasse, ut nullam ejus rei partem, in summa notandi brevitate, praetermitteret.* cf. 7, 3, 12. 10, 1, 48. *summa celeriter comprehensa.* Coelii ista oratio memoratur Suetonio de claris rhett. c. 2. et Festo voce *Oreae.* Suspicor inde fuisse illud *frugalitatis* etymon 1, 26, 29. *quod nimium est.* Unice assentior Rollino corrigenti *q. minimum e.* Receptae nullum ego sensum comminiscor. Nam quod Gedoynus reddit, gestum si quis accuset, nimiam esse reprehendendi asperitatem, id quidem alienissimum.

52. *satisfactione.* cf. 6, 1, 50. *deprecatione.* 5, 13, 5.

Digitized by Google

sententiolisne flendum erit? epiphonemata aut enthymemata exorabunt? Non quidquid meris adjicietur affectibus, omnes eorum diluet vires, et miserationem securitate laxa-
55 bit? Age, si de morte filii sui, vel injuria, quae morte sit gravior, dicendum patri fuerit, aut in narrando gratiam illam expositionis, quae continget ex sermone puro atque dilucido, quaeret, breviter ac significanter ordinem rei protulisse contentus, aut argumenta diducet in digitos, et propositionum ac parti-

52. *flendum erit.* Turic. Flor. *f. operuit* cum Alm. *epiphonemata.* Turic. *epiphonena.* *meris.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *meritis* cum Alm. Mox iidem (Flor. (a pr. m.) *errorum.*

53. *quaeret.* Turic. Flor. (a pr. m.) *et;* alter superscriptum nostrum iterum tollit a manu 5. Turic. pro *continget* modo *contingen* , et horum uterque mox *reprotulisse* (Flor. *re pertulisse*, hoc cum Guelf. Goth. Voss. 2. Camp. non Jens.) *contestus*, sed Flor. a pr. tantum manu. *diducet in digitos.* Turic. Flor. *ducet in dicitos* cum Alm. in pr. voce. *dicet i. d.* Guelf. Exc. Sant.

epiphonemata. Habent illa superbiae et ferociae speciem, qualis est in illo Miloniano, quod ponit noster 8, 5, 11. quo et ipso loco conjungitur cum *enthymemate* §. 9. Neque enim, ut continuo hic testatur Qu., remissa et humilis oratio deceat eum, qui de stupro maris conqueritur. Ea est *injuria morte gravior*, de qua aliquid ad hunc locum exponunt Burm. et Gesn. laudantes Herald. anim. in Salm. 5, 18, 15. Burm. ad Petron. c. 25. Lucian. Dial. Deor. 6 pr. ubi ὕβρισται Ixion. et noster mox §. 84. Pertinet eo hoc quoque, quod *stupratus se suspendit*, taedio vitae post tantum dedecus, 7, 4, 42.

55. *aut in narrando — aut argumenta diducet.* Badius pro iis *aut* legendum censet *an* utrobique. Equidem priore tantum loco, ubi periisse *an*

Digitized by Google

tionum captabit leporem, et, ut plerumque
973 in hoc genere moris est, intentione omni remissa loquetur? Quo fugerit interim dolor 54
ille? ubi lacrimae substiterint? unde se in medium tam secura observatio artium miserit? Non ab exordio usque ad ultimam vocem continuus quidam gemitus, et idem tristitiae vultus servabitur, si quidem volet dolorem suum etiam in audientes transfundere? quem si usquam remiserit, in animum judicantium non reducet. Quod praecipue 55
declamantibus (neque enim me poenitet ad hoc quoque opus meum, et curam susceptorum semel adolescentium respicere) custodiendum est, quo plures in schola finguntur

54. *Quo fugerit.* Turic. Flor. Camp. *quod f.* *usquam.* Turic. *um.* Goth. (tac. Oesn.) Camp. *unquam.*

55. *Quod praecipue.* Prius omittunt Turic. Flor. cum Alm. *semel.* Turic. *semper* cum Alm. non Flor. (cf. 45.) *quo plures in.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *quod p. est in.*

suspicor ob id quod sequitur *in*, mox a librario additum *aut*. cf. 5, 4, 2. *Argumenta diducta in digitos* habes ad 4, 5, 25. ubi male 5 pro 53, 14 pro 114. Valde autem suspicor intercidisse hic *non* inter *protulisse* et *contentus*, quod facile fiebat sequente syllaba *con*. Neque enim *breviter* et *significanter* ordinem rei proferre alienum est a summa irae concitatione; et debebat, qui injuriam acceptam vere doleret, hoc contentus esse, non gratiam narrationis quaerere.

54. *observatio artium.* Pluralem cf. ad 10, 1, 47. *observationem* ad 9, 4, 95. 8, 2, 22.

55. *neque enim — respicere.* cf. 7, 5, 30.

Digitized by Google

affectus, quos, non ut advocati, ſed ut paſſi,
56 ſubimus: cum etiam hoc genus ſimulari litium ſoleat, cum jus mortis a ſenatu quidam vel ob aliquam magnam infelicitatem, vel etiam poenitentiam petunt, in quibus non ſolum cantare, quod vitium pervaſit, aut laſcivire, ſed ne argumentari quidem niſi mixtis, et quidem ita, ut ipſa probatione

56. *cum jus.* Flor. Ambr. 2. Guelf. *cujus* cum Alm. Voſſ. 1. 3. item mox Flor. *obliquam* pro *ob aliquam.*

ſolum cantare. Locat. inſerit *non* cum poſterr. edd. ante Bad. jubente Regio. cf. §. 2. Sed hic manifeſta ratio omittendae negationis, pro qua teſtem Badius appellat Budaeum, Gallorum doctiſſimum. Illud obſervatione dignum, quod *ſolum* hic ponitur, non *modo*, in quo recentioris latinitatis notam agnoſcerem, niſi iis, quae ad Marcellianam (p. 75.) nimis ſecure a me olim pronunciata ſunt, nunc pauciſſima quidem ſed aliqua tamen exempla obſtare viderem; qualia ſunt apud ipſum Ciceronem de Orat. 1, 46. „neque *ſolum* „inſcientiam meam, ſed *ne* rerum *quidem* —" et ap. Liv. 5, 42. „non mentibus *ſolum* conſipere, ſed *ne* auribus „*quidem* —". *pervaſit.* Turic. Flor. Camp. *perſuaſit* cum Alm. Bodl. Voſſ. 1. cf. 8, 2, 21.

niſi mixtis. Turic. Flor. *in mixtus.* Ex Alm. *immixtis*, cui continuo antecedere dicitur *argumentis*, me vix credulo.

ut ipſa. Sic Turic. Flor. Reliqui inſerunt *in.*

affectus — ſubimus. „Primo „*paſſi* ex Graecorum uſu po„ſitum arbitror" [cf. 1, 2, 31.] „παθόντες, quod non „modo ad injuriam ab alio „illatam, ſed ad ipſam animi „affectionem pertinet: deinde „*ſubimus* et ipſum ex Graeco „ὑποδῦναι ductum" [cf. 6, 3, 93. item Plat. Gorg. p. Steph. 464. c. d.], „*ſubimus affectus* „h. e. tanquam perſonam in„duimus." Geſnerus. Vide et dicta ad §. 15.

56. *cum etiam — ſoleat.* Adnectitur hoc priori ſententiae, quo magis, quod ibi defenditur, probetur. Sic eſt ſupra §. 45. 47. Idem valet *quando* cum indicativo, velut §. 32. De genere hoc litium cf. 7, 4, 39.

cantare. Alia hic poteſtate verbum, quam de qua egimus

Digitized by Google

magis emineant, affectibus decet. Nam qui intermittere in agendo dolorem poteſt, videtur poſſe etiam deponere. Neſcio tamen an 57
hujus, de quo loquimur, decoris cuſtodia maxime circa eos, contra quos dicimus, examinanda ſit. Nam ſine dubio in omnibus ſtatim accuſationibus hoc agendum eſt, ne ad eas libenter deſcendiſſe videamur. Ideoque mihi illud Caſſii Severi non mediocriter displicet, *Dii boni, vivo: et, quo me vivere juvet, Aſprenatem reum video.* Non enim juſta ex

in agendo. Flor. (a pr. m.) *in egendo.* Alm. *negendo* (cf. 55.).

57. *contra quos.* Flor. Ambr. 2. Camp. *circa q.* cum Bern. cf. 5, 13, 28. *Nam ſine.* Camp. *latet ſ. mire!* *ne ad eas.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *nec a. e.* Goth. noſtris praemittit *ut*, ſolus. *Aſprenatem.* Turic. Ambr. 2. *aſpernatem*, cum Ald. et edd. a Gryph. ante Roll. Viliores etiam *aſpernantem*, ut Guelf. Exc. Sant. Goth. Vall. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. Tarv. cum Voſſ. 1. 2. 3. Noſtrum a Loc. inde ante Gryph., et mox a Roll. (in Harletis ſaltem editione). Flor. nobiscum facere dicas, ſi fidele ſilentium.

ad 8, 6, 58. Conferendus huc noſtri locus 11, 3, 57. ſeqq. item 170. 182. item Cic. Orat. c. 18. *epilogus paene canticum*, Plin. Epp. 2, 14, 15. indicante Gesnero. *Plaſma* vocabatur a noſtro 1, 8, 2.

57. *cuſtodia — examinanda.* Mire haec junguntur, me quidem nullum ejusmodi locutionis exemplum in promtu habente; malebas *agitanda*, *egenda*: ferre poteras *exigenda*, *exhibenda*, quanquam ne haec quidem uſurpata reperio. Eritne igitur *examinare* hoc loco: cum diligentia adminiſtrare, quaſi cuncta experiendo et minima discriminis momenta explorando?

ſine dubio. Spectat ad id quod mox infertur §. 58. *Praeter hoc tamen.* cf. 1, 6, 12. Deinde *ſtatim accuſ.* interpretare Graeco αὐτίκα.

Caſſii Severi. cf. 10, 1, 22.

Digitized by Google

causa vel necessaria videri, potest postulasse eum, sed quadam accusandi voluptate.
58 Praeter hoc tamen, quod est commune, pro- 974
priam moderationem quaedam causae desiderant. Quapropter et qui curationem bonorum patris postulabit, doleat ejus valetudine: et quamlibet gravia filio pater objecturus, miserrimam sibi ostendat esse hanc ipsam necessitatem: nec hoc paucis modo verbis, sed toto colore actionis, ut id eum non dicere modo, sed
59 etiam vere dicere appareat. Nec causanti

58. *tamen.* Camp. *autem.* *postulabit.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *postulavit.* *valetudine.* Turic. Flor. Camp. (hic quidem *valit.* cum Jens. Tarv. Gesn.) *valetudinem.* cf. Drakenb. ad Liv. 5, 11, 5. item nos ad 5, 6, 76. Infra 11, 2, 35. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *valitudo* per I cum Jens. et posterr. ante Ald. *nec hoc.* Turic. Flor. Guelf. *ne hoc* cum Jens. (tac. Gesn.) Tarv. An fuit *nec* solum?

59. *Nec causanti.* Ambr. 2. *neccanti.* Guelf. Exc. Sant. *n. Cati.* ex Voss. 1. *n. caserati.* Cum Rollinus jam *litigantem* interpretatus hic esset *causantem*, incredulo tamen Burm. qui latinitate Quintilianea hoc indignum putaret et intelligeret *causas afferentem*, quare tutorem pupillae administrationis accusat, Gesnerus quidem praeter similitudinem Graecae rationis, ubi ἀπὸ τῆς δίκης dicatur διαζεσθαι, usus est testimonio loci ex Emancipato Afranii apud Nonium 2, 157. *Vide ut facunde contra causeris patrem*, plura daturus in Thesauro, ubi ea nunc est videre; ex solo tamen hoc Nonii capite et vetustissimis sane latinitatis auctoribus. Nec plane διαζεσθαι intellexit Nonius, cum reddidit: *causam dicere.* cf.

58. *qui curationem — postulabit.* Gesnerus recte remittit ad 7, 4, 11. ubi mox §. 29. sit de eadem decoris observatione. Item ad Declam. Qu. 349. in cujus sermone (p. Bip. 341.) de hujus actionis ratione agatur.

59. *causanti.* cf. not. crit.

Digitized by Google

pupillo sic tutor irascatur, unquam, ut non remaneant amoris vestigia, et sacra quaedam patris ejus memoria. Jam quomodo contra abdicantem patrem, querentem uxorem, agi causam oporteret, in libro, ut arbitror, septimo dixi. Quando etiam ipsos loqui, quando advocati voce uti deceat, quartus liber, in quo prooemii praecepta sunt, continet. Esse in verbis quod deceat, aut turpe 60
sit, nemini dubium est. Unum jam igitur

---

nos ad 4, 1, 39. Ergo ne nunc quidem satis exquisita in tali usu, qui mox, nonnisi infimae fuit latinitatis. Et adest facillima emendatio, ad quam manu quasi ducimur ab Ambr. *nec peccanti*. cf. 8, 6, 30. 6, 2, 15. Stant tamen a recepta magni testes Turic. Flor. etiam Berl. Goth. nec potest negari plenior et robustior in ea esse sententia. Et sunt actiones tutelae male gestae inter controversias scholasticas, velut decl. Quint. 346. 356. cf. et 6, 2, 14. *pupillo*. Ambr. 2. *pupullo* cum Bern. *ut non remaneant*. Turic. Flor. *non* omittunt cum Alm. *oporteret*. Flor. Camp. *oporteat*. *ipsos loqui, quando*. Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc. Sant. (haec quidem *etiam* quoque desiderant) Camp. Jens. (tac. Gesn.) omittunt cum Alm. Voss. 1. 2. 3. et edd. ante Spec. Unde sumseris hic, non reperio; neque tamen dubito quin vere. Suspicor antiquitus transpositum *Etiam quando*, unde facilius intelligitur homoeoteleuton occasionem faciens omissioni. *deceat*. Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui *dicere*. Apparet summa Turic. praestantia, qui hic quidem cum Flor. consentit, supra in *oport.* non item, plane ad Ciceronianam convenientium temporum severitatem. cf. §. 56. item 8, 6, 67.

60. *Esse in*. Sic Turic. Flor. Reliqui inserunt *et*.

---

in libro — septimo — quartus. 7, 4, 24 seqq. ubi quod hic *querentem uxorem* id esse *malae tractationis actionem*, recte monet Capper. 4, 1, 45. 46. De istis *Quando etiam ipsos loqui* cf. not. crit. Mox (§. 60.) de eo quod deceat in verbis, est 8, 3, 15—40.

Digitized by Google

huic loco, quod est sane summae difficultatis, adjiciendum videtur, quibus modis ea, quae sunt natura parum speciosa, quaeque non dicere, si utrumlibet esset liberum, maluissemus, non tamen sint indecora dicentibus.
61 Quid asperiorem habere frontem potest, aut quid aures hominum magis respuunt, quam cum est filio filiive advocatis in matrem perorandum? Aliquando tamen necesse est, ut in causa Cluentii Habiti: sed non semper illa via, qua contra Sassiam Cicero usus est: non quia non ille optime, sed quia plurimum
62 refert, qua in re et quo modo laedat. Itaque illa, cum filii caput palam impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tamen, quae sola

difficultatis — esset — maluissemus. Turic. *difficultas — esse* (hoc cum Flor., pr. m., Goth., tac. Gesn., Camp.) — *invaluissemus.*

61. *filiive.* Sic omnes mei et scripti et excusi (de Jens. tac. Gesn.) ante Leid. cujus errorem *filiisve* propagarunt Gibs. Burm. Capper. *Habiti.* cf. 4, 2, 16. Aspirationem et B litteram omnes quidem libri mei; et Beckius ad Cic. suum praefatione testatur Cod. χ. in or. pro Clu. semper *Habitum* dare; item ad frontem orationis ipsius Vol. 3. p. 5. ubi suspicor nullum Cod. inventum, qui *Avitum.* Nihil agunt Manutius et Lambinus ad Lucret. p. 179. cum videamus in Inscrr. *Habitum* p. Grut. 295. quo et Graevius utitur ad nostrum in Cic. tuendum, et ejusdem originis nomina, p. 678. 13. *Habendum,* p. 782, 3. *Habentem.* Quanquam *Aviti* sunt plurimi, nec error infrequens, velut Tac. Annal. 11, 35. 13, 34. Mox alterum nomen libri mei simplici S dant *Sasiam* ante Gryph. 1544., nisi quod Turic. nulla mentio. cf. 4, 2, 105.

60. *asperiorem — frontem.* cf. 4, 1, 42. hic §. 85.

61. *laedat,* mater illa, in quam dicimus.

Digitized by Google

supererant, divine Cicero servavit. Primum, 63
ne obliviscereturreverentiae, quae parentibus debetur: deinde ut, repetitis altius causis, diligentissime ostenderet, quam id, quod erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, sed etiam necesse esset. Primaque haec expositio fuit, quanquam ad praesentem quaestionem nihil pertinebat. adeo in causa difficili atque perplexa nihil prius intuendum credidit, quam quid deceret. Fecit itaque nomen parentis non filio invidiosum, sed ipsi, in quam dicebatur. Potest tamen aliquando 64
mater et in re leviore aut minus infesta contra filium stare: tum lenior atque summissior decebit oratio. Nam et satisfaciendo, aut nostram minuemus invidiam, aut etiam in diversum eam transferemus: et si graviter dolere filium palam fuerit, credetur abesse ab eo culpam, fietque ultro miserabilis.

62. *servavit.* Flor. *servabit*, idem mox *non est* (a pr. m.); deinde

63. Turic. *pertinebit*; Flor. (a pr. m.) *diceret* cum Guelf. Exc. Santen.

64. *infesta.* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. *infesta* cum Voss. 3. (Turic. Jens. per AE) corrigente jam Regio. An voluit ambiguum vitare, quia poterat intelligi ablativus? Modo *at* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *tum lenior.* Turic. *cum l.* cf. 11, 3, 40. 42. *fuerit.* Turic. Flor. *fuerat.* Goth. Jens. (tac. Gesn.) *erit* cum posterr. edd. ante Gryph. exc. Ald. *culpam.* Sic Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. cum edd. ante Gryph. exc. Camp. Reliqui *culpa.*

64. *satisfaciendo.* cf. §. 51. *ultro.* Eadem potestate dictum qua modo *in diver-*
76.

Digitized by Google

65 Avertere quoque in alios crimen decet, ut fraude aliquorum concita credatur: et omnia nos paſſuros, nihil aſpere dicturos, teſtandum: ut etiamſi non poſſumus conviciari, nolle videamur. Etiam, ſi quid objiciendum erit, officium eſt patroni, ut id filio invito, ſed fide cogente, facere credatur. Ita poterit uterque laudari. Quod de matre dixi, de utroque parente accipiendum eſt. Nam inter

cf. 6, 1, 31. Modo Ambr. 2. *crederetur*. cf. 5, 11, 4. Mox Guelf. Exc. Santen. *advertere*.

65. *fraude aliquorum*. Turic. inſerit *ultro miſerabiles* repetendo quae forte erant in ſuperiore verſu; et mox idem *dicturo* cum Flor. *concita*. Camp. *concituta*.

poſſumus. Sic Flor. (Turic. quidem *poſſum*, ſed unius ſyllabae intervallo relicto) Ambr. 2. Camp. cum edd. ante Gryph. Reliqui *poſſimus*. Huic autem verbo inde a Baſil. primo ſubjicitur *non*; quod abeſt ab omnibus qui collati ſunt MSS. *filio invito*. Turic. Camp. inſerunt *ſuo* cum Alm. non Flor. (cf. §. 59.) Modo *id* Flor. (a pr. m.) omittit; et mox Turici dat *laudare*, cum Alm.

ſum, petita ſignificatione ab eo quod uſurpatur *ultro citroque*, cf. Drakenb. ad Liv. 40, 12, 4. Neque tamen ſufficit quod et ibi Drakenb. et in Theſauro Geſnerus interpretamento adhibent *inſuper*.

65. *concita*, intellige: „mater in filium.“

ut etiamſi non poſſumus conviciari, nolle videamur. Quod hic a recentioribus poſt *poſſumus* inſeritur *non* ſenſui nequaquam conducit. Erit enim *non poſſe non conviciari* vel invitum aliquid dicere ignominioſum; ſed quis hoc appellet *conviciari*, in quo ſemper eſt voluptas et libido injuriae inferendae? neque ego Quintilianum puto cuiquam hoc conceſſurum, ut aliquando neceſſe fuerit *conviciari* matri. Immo hoc vult rhetor, remiſſum videri matri, quod omnino fieri nequibat, ut pietati reponatur, quod neceſſitatis eſt. Et ſic reddidit Gedoynus. Reſpondet alterum mox *ſi quid objiciendum erit*. In *nolendo* cf. 9, 2, 72. item *velle* ibid. §. 76.

Digitized by Google

patres etiam filiosque, cum interveniſſet emancupatio, litigatum ſcio. In aliis quoque propinquitatibus cuſtodiendum eſt, ut inviti, et neceſſaria, et parce judicemur dixiſſe: magis autem aut minus, ut cuique perſonae debetur reverentia. Eadem pro libertis adverſus patronos obſervantia. Et ut ſemel plura complectar, nunquam decebit ſic adverſus tales agere perſonas, quomodo contra nos agi ab hominibus conditionis ejusdem iniquo animo tuliſſemus. Praeſtatur hoc aliquando etiam dignitatibus, ut libertatis noſtrae ratio

66

67

emancupatio. Sic Turic. Reliqui *emancipatio.* cf. 6, 1, 44. Mox idem *litigatus.*

66. *neceſſaria.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *neceſſario.* Iidem mox *parte*, cum Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. corrigente Regio. *libertis.* Flor. (a pr. m.) Guelf. Exc. Santen. *libertatis.* *patronos.* Ambr. 2. (relicto aliquanto lacunae, cum ſupra 65. pro *patroni* dediſſet *patro*) Guelf. Exc. Santen. *nos.* Flor. *patronus.* *perſonas.* Turic. Flor. *perſonis*; ille modo *ſi* pro *ſic.*

67. *etiam dignitatibus.* Turic. inſerit *ab* (cf. §. 24.), Camp. *vel.* Ambr. 2. Guelf. Ioann. (tac. Gabſ.) *e. dignationibus* cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. Burmanno hoc probanti, quia ſaepe haec forma in bonis Codd. ſuccedat illi alteri (de quo cf. Drakenb. ad Liv. 2, 16, 5.) non accedam in notione, qualis hic eſt, *concreta*, ut cum Dialecticis noſtris loquar. Turicenſis illam interpolationem hic non, ut alias, indicem diverſae ſcripturae accipio, verum *aliis* inter-

cum interveniſſet emancipatio. „Qui enim alias litigaret cum patre filius, qui „in ipſius poteſtate eſt? Huc „pertinet Afranianae fabulae „titulus, quem modo laudavimus ex Non. 2, 157. Nam „*Emancipato* demum licet „*cauſari adverſus patrem.*“ Geſnerus.

67. *Praeſtatur — dignitatibus.* Prius cf. ad 2, 17, 2. *Dignitates* autem dicuntur ut *poteſtates* pro hominibus in aliqua *dignitate* conſtitutis,

Digitized by Google

reddatur, ne quis nos aut petulantes in laedendis eis, aut etiam ambitiosos putet. Itaque Cicero, quanquam erat in Cottam gravissime dicturus, neque aliter agi P. Oppii causa poterat, longa tamen praefatione excusavit
68 officii sui necessitatem. Aliquando etiam inferioribus, praecipueque adolescentulis, parcere aut mederi decet. Utitur hac moderatione Cicero pro Coelio contra Atratinum,

pretor, ut voluerit is, qui hoc daret, cum patris, matris, propinquorum dignitati aliquid concessum esset, *aliis* quoque dignitatibus quendam honorem haberi. Sed displicet vel propter id quod modo erat „*aliis* propinqq."

eis. Sic Turic. Flor. Camp. *iis* Ambr. 2. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Basil. Reliqui *his.* cf. 10, 2, 11. Modo *ut petulantes* Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm.

68. *mederi.* Turic. Flor. Ambr. 2. *Guelf.* Exc. Santen. Camp. cum Voss. 1. 2. 3. Goth. *videri.* In Jens. jam est nostrum (cf. 9, 5, 68.), quod in nullo equidem Cod. reperiri credo. An aliqua conjectura inveotum sit, dubitari potest. Neque tamen difficultate caret, cum vix possit demonstrari locus, ubi sic dicatur aliquis *mederi* homini (non *rei*) pro eo quod est, corrigere, monere, emendare; nisi forte intelligitur medicina, quae paratur leniendo dolori ex necessaria reprehensione orto. Hanc enim Gedoyni rationem esse video, qui longo sane anfractu verborum brevia haec et praecisa reddit. Ipsa Codd. scriptura fert interpretationem satis pro-

magistratibus, principibus. cf. 7, 1, 32.

in Cottam gravissime dicturus. cf. 5, 13, 20.

68. *mederi.* cf. not. crit.

pro Coelio. „In ipso exordio „aliquoties." Gesnerus. *Contra Atratinum* hic recte dici dubito, et malim *circa A.* cf. 6, 1, 41. Mox potest alienum videri, quod *nobilis* alicujus exemplum ponitur, cum antea dictum fuerit de *inferioribus*, nisi forte ii addito illo *praecipue adolescentulis* ad aetatem solam astringuntur. Fateor tamen libentius me cariturum istis *et nobilis*, cum praesertim duplex *et* magis congruat, quam, ut nunc est, triplex. In Sulpicio mox est *nobilitas.* Cf. not. crit.

Digitized by Google

976 ut eum non inimice corripere, sed paene patrie monere videatur. Nam et nobilis et juvenis; et non injusto dolore venerat ad accusandum. Sed in his quidem, in quibus vel judici, vel etiam astantibus ratio nostrae moderationis probari debet, minor est labor; illic plus difficultatis, ubi ipsos, contra quos dicimus, veremur offendere. Duae simul 69 hujusmodi personae Ciceroni pro Murena dicenti obstiterunt, M. Catonis Serviique Sulpicii. Quam decenter tamen Sulpicio, cum omnes concessisset virtutes, scientiam petendi consulatus ademit? Quid enim aliud esset, quo se victum homo nobilis et juris

babilem, ut *videri* jungatur cum illo quod iterum subauditur *parcere*. „decet aut parcere, aut speciem certe habere „parcentis." Neque est quod hoc minus probemus propter mox illatum rursus *videatur* in Qu. quem repetentem verba modo posita toties vidimus. *Nam et nobilis et juvenis.* Turic. *et mobilis nam et j.* Nostrum Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Reliqui *N. et juv. et nob.* *astantibus.* Sic Turic. Flor. (hic quidem *adst.*) Camp. cum Alm. Reliqui *assistentibus.* Modo *ne judici* Turic. Flor. et mox *oratio* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Voss. 1. Bern. Jens. Tarv. *his* scripsi e Turic. Flor. Ambr. 2. Reliqui *iis*.

minor est labor. Ambr. 2. Guelf. omittunt *est.*

69. *obstiterant.* Turic. *obstiterint.* Camp. *astiterunt.*

patrie monere. „Quia vox „illa *patrie* a nullo, quod „sciam, usurpetur, mallem „*patrio more monere*, ut ex „primis syllabis verbi *mbnere* „*rò more* sit absorptum: sed „nihil definio. plura enim „Fabius primus usurpavit." Burmannus.

69. *Duae — personae — M. Catonis Serviique Sulpicii.* Attende genitivum redditum vocabulo *personae*, non nominativum, ex proba latinitate. cf. 3, 8, 53. 5, 2, 3. Id ipsum hic Badius quoque animadvertit.

Digitized by Google

antiſtes magis ferret? Ut vero rationem defenſionis ſuae reddidit, cum ſe ſtuduiſſe petitioni Sulpicii contra honorem Murenae, non idem debere actioni contra caput, 70 diceret? Quam molli autem articulo tractavit Catonem? cujus naturam ſumme admiratus, non ipſius vitio, ſed Stoicae ſectae, quibusdam in rebus factam duriorem videri 977 volebat: ut inter eos non forenſem contentionem, ſed ſtudioſam disputationem crederes 71 incidiſſe. Haec eſt profecto ratio et, certiſſimum praeceptorum genus, illius viri obſervatio, ut, cum aliquid detrahere ſalva gratia

Ut vero rationem. Turic. *u. vereor* (poſt hanc vocem intervallo relicto) *actionum.* Quid ſit quod hiet ibi ſcriptura, non exputo; neque enim quidquam commode videtur poſſe inſeri. Sed vulgata non acquieſco, et ex Turic. haec eruo: *Ut vere rat.* cum enim ſcriptum eſſet vulgari errore *orationem* pro *rat.* mox *or* adhaeſit illi *vere.* Jam *vere rat. redd.* habet illam *veritatis* poteſtatem, quae eſt cum aequitate et juſtitia conjuncta, quomodo dicitur *vere aeſtimare. Ut vere* autem pro *quam vere* variaſſe putandus eſt, veluti apud Cic. eſt ad Att. 2, 22. *ut — humilis, ut demiſſus erat;* in quibus ipſis locutionibus *ut* non tam ad nomen pertinet adjectivum quam ad verbum, et ſignificatur modus magis faciendi aliquid, quam gradus praeſtantiae aut vilitatis in re ipſa vel perſona. Camp. *ut non r. detioni,* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. cum Alm. Andr. Reliqui *accuſationi.*

70. *ſtudioſam.* Turic. Ambr. 2. *ſtudioſum.* Camp. *ſtudiorum.* Ald. *ſtudioſorum.*

71. *ratio et.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) inſerunt *ut cum*

Ut vero rationem. cf. not. crit.

70. *tractavit Catonem.* „Locus eſt divinus c. 29 ſq.“ Geſnerus. cf. 2, 12, 2.

71. *certiſſimum — genus.* Hoc cave jungas verbo *eſt,* ſed appoſitionem agnoſce vocis *obſervatio.*

Digitized by Google

velis, concedas alia omnia: in hoc ſolo vel minus peritum, quam in ceteris, adjecta, ſi poterit fieri, etiam cauſa, cur id ita ſit, vel paulo pertinaciorem, vel credulum, vel iratum, vel impulſum ab aliis. Hoc illis com- 72
mune remedium eſt, ſi in tota actione aequaliter appareat non honor modo, ſed etiam caritas: praeterea cauſa ſit nobis juſta. ſic dicendi: neque id moderate tantum faciamus,

cum Alm. praeſumtum ex ſequentibus. *poterit*, Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. *potherit* cum Voſſ. 3. Goth. Jenſ. Tarv. cf. 7, 1, 44. 2, 22. *id ita*. Sic Ambr. 2. cum Ioann. Alm. Voſſ. 1. 3. Bern. Ald. *dita* Turic. *dicta* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Reliqui *ita* ſolum.

72. *ſi in*. Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. Camp. *niſi* cum Goth. Voſſ. 2. Alm. Vall. (a pr. m. ut viſum Badio) et edd. ante Ald. qui *ſi*, ſuadente Regio. *ſit — ſic dicendi*. Turic. Flor. *ſit — ſit dicenda*. ex Alm. *ſit — ſic dicenda*. Guelf. Exc. Sant. Camp. *ſit — ſit dicendi*. Jenſ. *ſi — ſit dicenda* cum edd. ante Bad. Noſtrum ipſum eſt in Goth. Voſſ. 2. Vall. Haeret in hisce Geſnerus, qui *illis* referri poſſe negat niſi ad §. 68. „*illis* cauſis, ſpeciebus, ubi „adverſarium nolumus laedere etc.“, deinde malle ſe dicit ex vetere illa edd. ſcriptura recipere: *cauſa ſi nobis juſta ſit dicendi*. Mihi quidem moleſtum eſt aſyndeton in oratione noſtra, quodque duo ſenſus continui ordiuntur ab *Haec*, *Hoc*. Nec procedit vulgata ratio niſi mutatione illa Regio ſuadente facta ſcripturaq *niſi*. Si *illis* neutro genere accipias pro *talibus*, *ejusmodi rebus*; reponi velim *Nec* (cf. 10, 5, 1.)

in ceteris, adjecta. Qui toto hoc ſenſu ab *in hoc ſolo* ad *impulſum ab aliis* acquieverunt adhuc, quod ſciam, omnes critici, videntur e voce *concedas* recte elicere ſibi viſi, quod deeſt ei verbum finitum. Id equidem probare non poſſum, cum, ut et modo §. 69., *concedere* poſcat aliquid in proximis ſibi oppoſitum, quale ſibi erat *adimit*. Intercidiſſe igitur cenſeo aliquid; et quidem facillime *dicas* hauſtum poſt *ceteris* ante *adjecta*.

72. *ſi in tota — cauſa ſit — dicendi*. cf. nott. critt.

Digitized by Google

73 sed etiam necessario. Diversum ab hoc, sed facilius, cum hominum aut alioqui turpium, aut nobis invisorum quaedam facta laudanda sunt. Decet enim rem ipsam probare in qualicunque persona. Dixit Cicero pro Gabinio et P. Vatinio, inimicissimis antea sibi hominibus, et in quos orationes etiam scripserat: verum causa justa fit fatendo, non se de
74 ingenii fama, sed de fide esse solicitum. Difficilior ei ratio in judicio Cluentiano fuit, cum Scamandrum necesse haberet dicere nocentem,

illis commune r. e. nisi tota — caritas: praeterea causa sit (pendente hoc conjunctivo itidem a *nisi*) *n. j. sic dicendi* etc. Ne id quidem fuerit nimium, ut scribas *Nec ullum* pro *Hoc illis. Commune remedium* intelligo παράκλησιν aliquam (paulo aliter quam mox §. 87. et sane plerumque); multae enim sunt nostri admonitiones, ne forte discipuli persuadeant sibi, si certas quasdam artes perdidicerint suoque loco adhibuerint, jam satis esse provisum utilitatibus suis, nec jam, ut totius orationis suae curam gerant, necesse esse. Valde similis locus est 4, 2, 94 — 96.

73. *Decet.* Flor. Camp. *Dicet.* Margo Basil. *Licet.* Mox Flor. *rerum* cum Alm. (cf. 65.) Guelf. *reum. causa justa fit fatendo.* Turic. Flor. Camp. *et justa sit faciendo.* Guelf. *et justa sic faciendo* cum Goth. Voss. 2. Vall. (ut significat, quanquam non diserte prodens, Badius) Jens. Tarv. Ex Alm. *justa fit fatendo*, me quidem incredulo (cf. modo), quod ipsum dat Ald., cum praeferant Loc. Venet. Rusc. *et justa fit fatendo.* Reliqui plane ad arbitrium Regii nostram habent scripturam. Exc. Santen. hic silent, sicut et in vicinis satis longo intervallo. In hisce potuisse acquiescere VV. DD. quam maxime miror. Unde tandem illud *se*, si *causa* est subjectum? Et quae est ratio, ut *justa* aliqua fiat causa eo,

73. *pro Gabinio et P. Vatinio.* De altero cf. Cic. pro Rabir. Postumo c. 8. item Val. Max. 4, 2. Dio Cass. 39.: de altero nos ad 6, 2, 15.

verum — solicitum. vide nott. critt.

74. *Scamandrum — dicere nocentem.* Cic. pro Clu. c. 17. seqq.

Digitized by Google

cujus egerat cauſam. Verum illud elegantiſſime, cum eorum, a quibus ad ſe perductus

quod is qui agit eam *fatetur* (in quo et ipſo nulla *fatendi*, ſed magis gloriandi occaſio) ſe non de fama ingenii, ſed de fide eſſe ſolicitum? Gedoynus quidem, ut ſolent Francogalli (cf. 10, 1, 130.) aliquam ſententiam extudit, de ipſis verbis parum ſolicitus: Teſtari Ciceronem, juſtam eſſe reorum cauſam, ad quam defendendam non tam ingenio quam fide opus eſſe fateatur. Ut cetera taceam, hoccine dici poterit in Vatinii cauſa? Omnis haec commemoratio cauſarum difficilium Vatinii et Gabinii valde brevis eſt et in qua vix juſta earum ratio reddi poſſe videatur. Neque tamen quidquam longius intercidiſſe dicam, cum appareat illud quod ſequitur de Cluentiana diligentius tractatum et majore cura dignum habitum a noſtro. Credibile igitur cito eum eſſe defunctum in hoc, quod levius videbatur. Equidem ſane, quod probetur, nihil reperio. Nam ut infinitivus *ſe eſſe ſolicitum* pendeat a verbo finito *dixit*, nimia fuerit ſtruendi audacia, cum *dicere* priore loco plane ſit alius poteſtatis. Nemo enim ferat: „*Dixit* pro Gab. et Vatin.; ſed *et* hoc *dixit* ſe etc.“ Neque multum juveris ſcribendo: *verum ait juſta ſic fac.* Regianam illam correctionem *fatendo* pro *faciendo* alieniſſimam eſſe nemo non admonitus ſentiat. *Juſta facere* bene dicitur is, qui, quae vera ſint, tueatur; et eo referendum cenſeo *ſic*, ut ſit pro *defendendis, hisce reis.* Sed quid huc faciat iſta *ingenii*, cujus famam negligat, mentio, plane non aſſequor. Neque enim, ne infans et dicendi imperitus haberetur, timendum erat Ciceroni priſtinos adverſarios ſuos defendenti. Illud alterum ſane non caret momento, fidem cerni probandis etiam inimicorum virtutibus, quod ipſum modo agnoſcebat noſter „*decet — perſona*“. Ipſe Cicero pro Rabir. Poſtumo „ſuam ſe *fidem* de Gabinio gravius agere pati“ negat. Quidquid eſt de hoc loco, una et altera vel addita vel mutata voce lucem ei poſſe contingere, non dubito, maxime ſi quis ſententias aliquas huc facientes ex ipſis illis orationibus Tullianis alicunde protulerit; ut nunc eſt, intelligi poſſe nego. [Vid. Addenda.] In illis *non ſe de* Guelf. omittit *ſe*.

74. *illud.* Flor. *iud.* Camp. *id.* *ad ſe.* Turic. Flor. Guelf. *a ſe.* Reliqui *ipſe.* Noſtrum e conjectura.

perductus. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth.

perductus eſſet. Non tam Scamander libertus Fabricii,

Digitized by Google

eſſet, precibus, tum etiam adoleſcentia ſua excuſat: detracturus alioqui plus auctoritatis, 978
ſi, in cauſa praeſertim ſuſpecta, ſe eum eſſe, qui temere nocentes reos ſuſciperet, fateretur.
75 Apud judicem vero quod aut propter alienum commodum in cauſa, quam ſuſceperimus, aut ſuum, ut perſuadendi ardua ratio, ita dicendi

Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Reliqui *productus.*

adoleſcentia ſua. Guelf. *adoleſcentiam ſuam* cum edd. a Jenſ. ante Obr. quorum Badius et ſequentes *preces* quoque.

detracturus a. plus. Turic. Flor. *detractus a. plures.* Guelf. *d. a. plure.* ex Alm. nonniſi *plures.* *auctoritatis.* Turic. *auctoritas* cum Alm. non Flor. (cf. 73.).

ſi, in cauſa. Turic. Flor. (hi etiam *cauſam*) Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *ſicut i. c.* cum Voſſ. 2.

ſi eum. Flor. *ſi e.* cum Jenſ. Tarv. *ſuſciperet.* Turic. Flor. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Ald. exc. Camp. qui vacuus eſt ab omnibus hic, quos Regius corrigit, erroribus, nam et *timere* eſt in Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Id proprium Goth. et Voſſ. 2. quod *ſuſcepta* pro *ſuſpecta.*

75. *quod aut.* Turic. (quanquam inverſiore compendio) *qui aut.* *alienum.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *aliquod* cum Goth. 1. (tac. Geſn.) 2. Kapp. Alm. Voſſ. 2. Andr. et edd. ante Baſil. *in cauſa.* Turic. *ac vaſa.* Mox ante *ſuſceperimus* Flor. inſerit *nos.* *aut ſuum.* Turic. *autem ſunt.* Flor. Guelf. *aut ſunt* cum Goth. 1. 2. Kapp. et edd. ante Ald. exc. Camp., qui *aut ſumitur.* Ex Alm. et Voſſ. 2. noſtrum, falſo profecto. In Vall. (ſed qui a correctio-

quam hic ejusdem patronus ad Ciceronem perductus eſt ab Aletrinatibus, et ne hoc quidem ad Ciceronis narrationem accommodate dicitur, qui Aletrinates ait a Fabricio domum ſuam adductos. Sed memoriter talia referre Qu. novimus.

plus auctoritatis. Expectes *multum*, *plurimum* prae illo *plus.* An fuit *detr. aliquanto plus?* Poſſit et ante *ſi in cauſa* intercidiſſe *ſibi.*

75. *Apud judicem — aut ſuum.* vide nott. critt.

Digitized by Google

expeditissima. Fiducia enim justitiae ejus nostrae causae nihil nos timere simulabimus. Ipse erit gloria inflandus, ut tanto clarior futura sit fides ac religio in pronunciando, quanto minus vel offensae vel utilitati suae indulserit. Hoc et apud eos, a quibus appellatum erit, 76
si forte ad eosdem remittemur: adjicienda ratio vel necessitatis alicujus, si id causae

nibus hic non sit immunis) *at suam.* Omitto plurima VV. DD. restituendi pericula. Nostra in Basil. prima, deinde immutata a Stoerio, sequentibus Chouet. Leid. Ferri ad sententiam possit, quod ex optimorum librorum scriptura eruere tentavi: *qui aut ira aut propter aliquod commodum a causa q. s. alienus fit* (vel *fuerit*) *ut* cet. quanquam criticam rationem non ab omni parti praestem. *ejus nostrae causae.* Turic. praemisso obscuriore compendio, quod refert fere illud quo non signatur (nisi forte illud est quod usurpatur in tertii et sexti casus exitu *bus.* cf. 8, 5, 28. hic §. 91.) *et nonne c.* Flor. *et nostrae c.* Guelf. *et non est c.* cum Goth. 2. ni fallor, quanquam pro *causae* affertur *me.* Reliqui *e. non p.* Nostrum e conjectura. Mox Turic. Flor. *simulavimus.* Post *Fiduc.* solus Flor. omittit *enim.* *erit — inflandus.* Turic. Flor. Guelf. *erat,* duo postremi et *infandus,* et Flor. mox (a pr. m.) *inclusérit.*

76. *Hoc et apud.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Jens. Tarv. *Haec e. a.* Locat. cum Andr. et edd. ante Basil. *et* omittit Flor. Reliqui *H. modo e. a.* *eos, a quibus.* Turic. Guelf. *nos quibus* cum Flor. nisi quod hic (a pr. m.) *nos in quibus.* *remittemur.* Sic Flor. quanquam simplici T (a pr. m.) cum Stoer. Chouet. Leid. item Vascos. (1542. F.) probante Gesnero. Reliqui *remittentur.* *necessitatis alicujus.* Turic. Flor. Guelf. Camp. (postremi quidem duo prius solum) *necessitas alicuis.* *causae*

76. *Hoc et apud eos.* Structuram cf. ad 10, 7, 23.

adjicienda — suspicionis. Inest asyndeton, sed aptum illud reliquo quod hic quaeritur abruptae orationis schemati. *necessitas* illa et *error,* et *suspicio* pertinent ad appellationem olim factam, nunc excusandam. De *causae cedit* vide not. crit.

Digitized by Google

cedit, vel erroris, vel ſuſpicionis. Tutiſſimum ergo poenitentiae confeſſio, et ſatisfactio culpae: perducendusque omni modo judex ad
77 irae pudorem. Accidit etiam nonnunquam eadem cauſa, de qua pronunciarit, cognoſcatque iterum: tum illud quidem commune, apud alium nos judicem diſputaturos de illius ſententia non fuiſſe: neque enim emendari ab alio, quam ipſo, fas eſſe: ceterum ex cauſa, ut quaeque permittet, aut ignorata quaedam,

cedit. Turic. Flor. Camp. *cauſa c.* Guelf. *c. credit.* Non acquiesco in vulgata, cujus si est sententia *convenit, congruit*, desidero auctoritatem ita dicendi. Quidni fuerit: *cauſa concedit?* ut apud Cic. pro Quintio c. 20. *E illud adhaesit ex male intellecto compendio syllabae con.* *ad irae.* Lepidum est et criticae tironibus notandum quod hic in plerisque MSS. (nec tamen Turic. aut Flor. quanquam Alm.) *qdire*, feliciter correctum a Regio, praeeunte Camp., non Jenſ. Tarv.

77. *nonnunquam eadem cauſa.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. qui inſerit *ut*. Bad. Baſil. *nonnunquam eandem cauſam.* Reliqui *n. ut eandem cauſam.* *pronunciarit* dedimus e conjectura, reliqui *pronunciavit.* *cognoſcatque.* Turic. Flor. *cognatque.* Hic (a sec. m.), Guelf. Exc. Santen. Camp. *cogatque* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. Hic *agatur* transpoſitum poſt *iterum*, ſuadente Regio. Sed Bad. Baſil. *ut cognoſcat.* Tarv. *cogitatque.* Reliqui *cognoſcat.* *quam ipſo.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Gryph. exc. Ald. Reliqui inſerunt *ab.* *ut quaeque.* Turic. Flor. Guelf. Exc.

77. *pronunciarit, cognoſcatque.* Facile ex proximis intelligitur judex. Conferendus autem huc est locus de *praejudiciis* lib. 5. c. 2. quo mox remittit §. 78.

ceterum ex cauſa. Respicit ad *illud quidem commune.* In *ceterum* cf. 9, 4, 85.

Digitized by Google

aut defuiſſe teſtes, aut (quod timidiſſime, et
ſi nihil aliud plane fuerit, dicendum eſt) pa-
979 tronos non ſuffeciſſe, ſuccurret. Etiam ſi 78
apud alios judices agetur, ut in ſecunda aſſer-
tione, aut in centumviralibus judiciis dupli-
cibus, parte victa, decentius erit, quoties con-
tigerit ſervare judicum pudorem: de qua re
latius probationum loco dictum est. Poteſt
evenire, ut in aliis reprehendenda ſint, quae
ipſi fecerimus: ut objicit Tubero Ligario,
quod in Africa fuerit. Et ambitus quidam 79
damnati, recuperandae dignitatis gratia reos
ejusdem criminis detulerunt, ut in ſcholis
luxuriantem patrem luxurioſus ipſe juvenis

Santen. *aut q.* *timidiſſime.* Turic. Flor. Guelf. *tumidiſſime*, viciſſim *timidius* §. 28. iidem duo priores, adjunctis Camp. et edd. ante Ald. *ſuffeciſſe.* Sic Turic. (niſi quod *ſi*) Flor. Guelf. Exc. Santen. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Alm. Andr. marg. Bad. Vaſcoſ. Stephanique. Obr. probante Geſn. Reliqui *ſatisfeciſſe.*

78. *judices agetur.* Alm. *judex augetur*, nihil tale dantibus Turic. et Flor. (cf. 74.). *latius probationum.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Alm. et edd. ante Bad. Reliqui inſerunt *in.* Modo Turic. Goth. (tac. Geſn.) *contingerit*, Kapp. *contingit.*

79. *quidam damnati.* Alterum *dam* deſiderant hic Codd. et quidem Turic. Flor. poſterius, Goth. Guelf. Voſſ. 2. Exc. Santen. prius cum Jenſ. Tarv. *dignitatis.* Goth. *libertatis* cum Voſſ. 2. erroris ſolo, ut videtur, ſocio. cf. 10,

78. *probationum loco.* 5, 2, 1.

79. *recuperandae dignitatis gratia.* Vide Digeſt. 48, 14, 1, 2. „Qua lege" (Julia ambitus) „damnatus, ſi alium „convicerit, in integrum re„ſtituitur." Ubi recte conferunt VV. DD. Cic. pro Cluent. c. 56. init. vide ibi Manutium.

Digitized by Google

accusat. Id quomodo decenter fieri possit, equidem non invenio, nisi aliquid reperitur, quod interfit, *persona*, *aetas*, *tempus*, *causa*, *locus*, *animus*. Tubero juvenem se patri haesisse, illum a senatu missum non ad bellum, sed ad frumentum coëmendum ait, ut primum licuerit, a partibus recessisse: Ligarium et perseveraſſe, et non pro Cn. Pompeio, inter quem et Caesarem dignitatis fuerit contentio, cum salvam uterque rempublicam vellet, sed pro Juba atque Afris inimicissimis populo Romano

1, 15. *quomodo decenter.* Sic Obr. Sed Turic. Guelf. *quoniam docenter;* prius et Exc. Santen. Reliqui *quam decenter.* *reperitur.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. *reperietur* Jens. Tarv. iidemque modo *aliud.* Malim hic *nisi si.* cf. 6, 1, 34.

80. *ait, ut primum.* Turic. (hic et *rimum*) Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *aut ut p.* Modo *exisse* pro *haesisse* Guelf. Exc. Santen. ut infra Camp. 11, 2, 11. *heserat* pro *exierat.* cf. Drakenb. ad Liv. 2, 10, 10. *partibus.* Camp. Leid. (hic quidem videtur mero sphalmate) *patribus.*

80. *Tubero — ait.* Quae hic causatum Tuberonem prodit noster, ex ejus quae intercidit oratione desumta non debent negligi, sed diligenter comparari cum Ciceronianis in ipsius Ligariana. Nec prorsus apparet, quomodo potuerit patrem suum Tubero dicere, *ut primum licuerit, a partibus* Pompejanis *recessisse*, si vere narrat Cicero, eundem Africa prohibitum nec domum venisse, nec ad Caesarem; sed ad Pompejum in Macedoniam se contulisse, c. 8. 9. Sed fortasse victo demum Pompejo licuit recedere ab ejus partibus. Illud quoque discrepat, quod filius Tubero patrem nonnisi ad frumentum coëmendum in Africam missum ait a senatu, Cicero reliquique scriptores eam ipsi provinciam senatus consulto et sorte obtigisse produnt. cf. 10, 1, 23.

inter quem — contentio. Similiter 4, 2, 15. *de laude inter ipsos certatum.*

Digitized by Google

ſtetiſſe. Ceterum vel facillimum est, ibi alie- 81
nam culpam incuſare, ubi fateris tuam. Verum id jam indicis eſt, non actoris. Quod ſi nulla contingit excuſatio, ſola colorem habet poenitentia. Poteſt enim videri ſatis emendatus, qui in odium eorum, in quibus erraverat, ipſe converſus eſt. Sunt enim quidam, 82

81. *incuſare.* Sic Turic. Flor. cum Alm. *recuſare* Guelf. cum Jenſ. Tarv. Reliqui *accuſare.* *indicis.* Sic Turic. Flor. Reliqui *judicis,* in quo ſane nulla ſententia, ut animadvertit Gesnerus. Gedoynus hasce nugas ſecurus reddidit. Modo pro *id* Turic. Flor. *ut* cum Alm. et mox *contigit* Turic. Flor. cum Kapp. Alm. *emendatus.* Turic. Flor. Guelf. *emendati.* Turic. Guelf. Exc. Santen. *quin* pro *qui in.*

81. *Verum id jam — actoris.* Is, qui, nulla demonſtrata facti differentia, eorum incuſat alios, quae ſe commiſiſſe fatetur, oratoris dignitatem exuit et ad vilitatem indicio redimentium vitam ſe demittit.

ſola colorem habet poenitentia. cf. 10, 1, 116. item 4, 2, 88. 100. Qui ſe poenitere teſtatur admiſſorum, eumque affectum tota actionis forma profitetur, is aliquam tamen ſpeciem induit difficili illi, quam tuendam ſumſit, cauſae, ſeque ſua exempla inſectantem aliquatenus judici commendat.

82. *Sunt enim quidam, qui — faciant.* Qui hac ſcriptura acquieverunt (nec quenquam video qui haeſerit), id ſpectarunt, quod continuo inducitur pater aliquis, qui ipſe hanc ſui exempli improbationem minus inviſam faciat. Sed admoniti ſentient, puto, hoc non fieri ab hominis voluntate, ſed ab ejus conditione; quare pro maſculino hic longe aptius eſſe neutrum genus, ut ſcribatur *quaedam, quae,* leniſſima mutatione. Commendatur haec generis mutatio etiam eo quod eſt §. 83. „*Alia* praetereo.“ Neque *enim* convenit argumentationi, ſed, quocum toties illud permutatur, *etiam* (cf. 2, 13, 11.). Ita recte locum conſtitui apparebit, ſi contuleris 4, 2, 59. *Haec ſunt quae — faciant.* 4, 3, 16. *plurima ſunt quae — inſerantur.* 5, 13, 9. *quaedam ſunt quae — poſſunt.* Sententia ſic explicatur: „Quaedam accidunt (συμβή-„βηκε) talibus cauſis, quae effi-

Digitized by Google

qui hoc natura ipsa rei non indecens faciant: ut cum pater ex meretrice natum, quod duxe- 980
rit meretricem in matrimonium, abdicat. Scholastica materia, sed non, quae non possit accidere. Hic igitur multa non deformiter

82. *faciant.* Sic Turic. Flor. Reliqui *faciunt.* Codd. obtemperamus, cf. 10, 1, 44. *pater — in matrimonium.* Turic. *patre ex meretricem immatrimoniu.* Flor. *patre ex meretricem in matrimonium* cum Guelf. et Alm. nisi quod horum alter habet, alter dicitur habere *pater* et *meretrice.* Goth. (err. Gesn.) *pater natum quod amet meretricem* cum Voss. 2. (cf. 79.) Mox Vall. *pater natum ex meretrice quod amet meretricem in matrimonium;* sed valde suspicor, hic aliquam esse versatam emendationem (quales non raro agnoscit in eo Cod. Badius, velut ad §. 72.); et haec est obtinens a Badio inde in omnibus editis scriptura, ordine tamen mutato ita: *ex m. natum.* Jens. Tarv. *pater natum quod amet ex meretrice in matrimonium.* Locat. Ven. Rusc. (ex Regii mente) *p. n. ex meretrice q. a. ex meretrice in m.* Nostrum Camp. Andr. Ald. (nisi quod hic *natum ex mer.*) ex conjectura haud dubie, sed non improbabili illa, et meliore profecto, quam est librarii Gothani nullam rationem habentis verborum *in matrimonium*, unde mox conflarunt VV. DD. portentosam locutionem *amare in matrimonium* Gesnero in Thesauro quoque, ut et Forcellino, memoratam et explicitam. Brevius erat *ex mer. n. ob meretricis matrimonium;* sed nimis manifesta sunt ista in vett. vestigia *meretricem in matrimonium*, quorum tam similitudine quam litterarum M et N multitudine jacturam fecit locus. Si quid veri et antiqui esset in istis *quod amet*, probarem ego Francii conjecturam *quod habet*, vel *qui habet*, ita tamen ut scriberem *in matrimonio*, subnixus aliqua Turic. auctoritate. Nunc opus esse verbo praepositionem *in* regente cum accusativo, apparet, nec succurrit ullum, quod facilius intercidere potuisse dicas. *quae non.* Turic. Flor. Guelf. omittunt.

„ciant, ut ne per ipsam quidem rei naturam haec reprehensio ejus, quod ipse fecerit, sit indecens." Alia ratio 11, 2, 30.

sed non — accidere. An fuit *s. n. quae in foro n. p. a.?* cf. 4, 2, 97. Potuit esse exheredationis elogium, *quod meretricem in matrimonium*

Digitized by Google

dicet: vel quod omnium ſit votum parentum, ut honeſtiores, quam ſint ipſi, liberos habeant (nam et filia nata, meretrix eam mater pudicam eſſe voluiſſet), vel quod humilior ipſe fuerit (licet enim hoc dicere), vel quod non habuerit patrem, qui moneret: quin eo 83
minus id faciendum filio fuiſſe, ne renovaret domus pudorem et exprobraret patri nuptias, matri prioris vitae neceſſitatem: ne denique legem quandam ſuis quoque ſubinde liberis daret. Credibilis erit etiam propria quaedam in illa meretrice turpitudo, quam nunc hic pater ferre non poſſit. Alia praetereo. Neque

Ab Alm. nonniſi *quae* abeſſe narratur. *et filia.* Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. inſerunt *ſi* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. (de hoc prodente Burm. apud Bad. non reperio). *et ſi ſit* absque *filia* Camp. *dicere.* Flor. (a pr. m.) *ducere:* Fortaſſe robuſtior ſententia in hoc, ſi ſcribas: *licet enim huic* (i. ejus conditionis homini) *ducere* i. meretricem. Quanquam vel ſic malis: *licebat*, vel *licuit*, quod reponere intemperantius ſane fuerit. Recepta parum explet animum. An hoc volebat, poſſe aliquem humilitatem ſnae conditionis priſtinam citra contumeliam ſuam commemorare? Sed non eſt elocutus.

83. *id.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Bodl. Alm. Ald. Obr. Reliqui omittunt. *ſubinde.* Turic. *ſum.* Ex Alm. *ſū.* Guelf. Exc. Santen. *ſine.* An forte et hic *ſub diem* erat, ut 8 Pro. 29? qua ſententia eſt *in diem* apud Cic. pro Coelio c. 24. „praeſentis fraudis poenas *in diem* reſervatis." Sed ipſum noſtrum aliquoties eſt pro *deinde, mox.* *daret. Credibilis.* Sic Turic. Flor. (quanquam hic etiam *credibile*). Reliqui inſerunt *et.* *praetereo.* Turic. Guelf. Camp. *praeterea*

duxerit. vide 7, 4, 20, ibid. 11.

licet — dicere. cf. not. crit. 83. *ſubinde.* cf. not. crit.

nunc — ferre non poſſit. Poſtquam ex illa humilitate ad proſperiorem rei familiaris ſtatum emerſerat.

Digitized by Google

enim nunc declamamus, ſed oſtendimus, non-
nunquam poſſe dicentem ipſis incommodis
84 bene uti. Illic major aeſtus, ubi quis pudenda
queritur, ut ſtuprum, praecipue in maribus,
aut os profanatum. Non dico, ſi loquatur
ipſe: nam quid aliud ei, quam gemitus ac fle-
tus, et execratio vitae conveniat? ut judex
intelligat potius dolorem illum, quam audiat:
ſed patrono quoque per ſimiles affectus eun-
dum erit, quia hoc injuriae genus verecun-
85 dius ineſt paſſis, quam auſis. Mollienda eſt

cum Alm. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. *nunc declamamus.* Turic. Flor. *hunc d.* *dicentem ipſis incommodis.* Hoc ordine Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *ipſ. inc. dic.*

84. *major.* Guelf. Exc. Santen. *majora.* *os profanatum.* Goth. (err. Geſn.) Camp. *honos prophanatus* cum Voſſ. 2. (cf. 82.). *ac fletus, et.* Turic. Guelf. *aut f.* Camp. *aut f. et.* Jenſ. *ac f.* ſine *et*, cum Tarv. qui et *exercitatio.* *verecundius — auſis.* Turic. *verecundſſ eſt p. q. a.* Guelf. *verecundaſſem p. q. a.* Goth. omiſſo modo *injuriae* ſic: *verecundiae genus eſt p. q. a.* Camp. *verecundius eſt p. q. a.* Si recte ſiletur Flor. (memoratus ille in hoc ipſo verſu *qui ad hoc* dare cum Guelf.) habemus unum antiquiſſimum teſtem vulgatae ſcripturae. Geſnerus e Goth. eruit *quia hoc genus* (intellecto, non expreſſo illo *injuriae*) *verecundiae eſt p. q. a.* ad morem illum ſatis cognitum omittendi adver-

84. *verecundius — auſis.* cf. not. crit. Ipſum quidem, qui hanc injuriam pertulerit, facere loquentem in ista controverſia minus probare videtur noſter, certe difficilius judicare (cf. §. 53. 54. ubi valde gemina hisce noſtris, item 55.). Et proba eſt admonitio ejusdem, ſi modo, Quintiliani (Decl. 313. p. 210.): „Non erit alienum advocatum „dare huic accuſatori. — quo„ties cauſa plus juris habet „quam pudoris, ad eum trans„ferenda eſt, qui non eru„bescit."

Digitized by Google

981 in plerisque alio colore asperitas orationis, ut Cicero de proscriptorum liberis fecit. Quid enim crudelius, *quam homines, honestis parentibus ac majoribus natos, a republica summoveri?* Itaque durum id esse summus ille tractandorum animorum artifex confitetur: sed ita legibus Sullae cohaerere statum civitatis affirmat, ut his solutis stare ipsa non possit. Assecutus itaque est, ut aliquid eorum quoque

bium *magis*, de quo vide prae aliis Drakenb. ad Liv. 34, 49, 10. In illis Livianis tamen exemplis saepius *tam* deesse agnoscam quam *magis*, nisi ubi antecedit *volendi* verbum, lubricum illud, quodque fortasse cedere debeat alteri *malle*. Quintiliano autem in hoc uno loco tantum audaciae placuisse, vix adducor ut credam. Recepta habet quo se tueatur in illa satis mirabili structura 7, 1, 56. modo *est* scribatur pro *inest*. Sed latere aliquid non sinunt dubitare scripturae praeposterae vett. libb. Nec videtur procedere vel illa ratio nisi interveniente infinitivo, ut aliquid facere dicatur esse *verecundum* i. pudori alicui, non quidem illi soli, qui faciat, sed cuicunque praesenti.

85. *alio colore.* Turic. Flor. Guelf. *alia loco re.* *durum*, Guelf. *divi.* *ita.* Flor. *id.* Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *id a* cum Voss. 2. *cohaerere.* Guelf. *coercere* cum Goth. Voss. 2. Jens. Tarv. *coerceri* Camp. cum Andr. et edd. ante Basil. *affirmat.* Turic. Flor. (hic quidem a sec. m.) Guelf. *affirmat.* *Assecutus.* Turic. Flor.

85. *alio colore.* Sententiae ita sunt connectendae: „Adhuc quidem colorem summae vehementiae dandum vidimus actioni; sed hoc rarum est, et plerumque mitigandis potius judicum auribus adhibetur ille.“ Suspicor itaque legendum *aliis* pro *alio*.

Cicero de proscriptorum liberis. Orationis, quae aetatem non tulit, causas bene, ut solet, exponit Freinshemius in opere Supplementorum Livianorum l. 10. c. 45. advocatis veterum testimoniis, inter quae et Plinii illa laus (7, 31. p. Bip. 55.) „te (M. Tulli) „orante, proscriptorum „liberos honores petere pu„duit.“

Assecutus. cf. not. crit.

Digitized by Google

causa videretur facere, contra quos diceret.
86 Illud etiam in jocis monui, quam turpis esset fortunae insectatio: et ne in totos ordines, aut gentes, aut populos, petulantia incurreret. Sed interim fides patrocinii cogit quaedam de universo genere aliquorum hominum dicere, vel libertinorum, vel militum, vel
87 publicanorum, vel similiter aliorum: in quibus omnibus commune remedium est, ut ea, quae laedunt, non libenter tractare videaris; nec in omnia impetum facias, sed in id, quod expugnandum est; et reprehendens, alia laude

Guelf. Exc. Santen. Camp. *secutus* cum Voss. 2. Goth. Jens. Tarv. Nostrum e correctione Regii. Suspicor fuisse *consecutus*, cum primae syllabae compendium facile excideret. cf. 8, 3, 5. 10, 1, 25. hic §. 93. Modo Turic. *is* pro *his*, et mox idem cum Flor. Guelf. *dicere* pro *diceret*.

86. *jocis*. Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. Camp. *locis* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. Regius correxit.

totos. Turic, Flor. Guelf, *toto*. mox pro *fides* Turic. Flor. *fideles*, ex Alm. *tractes*. tum *interit* Turic.

hominum. Guelf. Exc. Santen. omittunt. *vel lib.* Sic Jens. (tac. Gesn.) cum edd. posterr. ante Gryph. Sed Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. Goth. (tac. Gesn.) Camp. omittunt *vel* cum Voss. 2. Reliqui *ut lib.* cf. 9, 4, 53. Sic et 11, 3, 5. *vel* omittunt Turic. Flor. (etsi hic a sec. m. reponit, sed ante *Equidem*) cum Alm.

87. *laedunt*. Guelf. Exc. Santen. *legunt*. *reprehendens*. Turic. Flor. (hic a sec. m. addit *re* et sic Camp.)

86. *In jocis monui*. „Supra 6, 3, 28. *In calamitatem* uti ridiculo vetat etiam „Cic. Orat. c. 26." Gesnerus. vide et 6, 3, 34.

87. *et reprehendens*. Desiderant VV. DD. accusativum. Facile fuerit pro *et* reponere *quod*: deinde malim paene *premens*. Francius conjicit *et ea r.* Rollinus *et quaedam r.* Sed singularis praestat, quia

Digitized by Google

compenſes. Sic cupidos milites dicas, ſed non 88
mirum, quod periculorum ac ſanguinis ma-
jora ſibi deberi praemia putent: eosdem pe-
tulantes, ſed hoc fieri, quod bellis magis,
quam paci, aſſueverint. Libertinis detra-
henda eſt auctoritas: licet iis teſtimonium
reddere induſtriae, per quam exierint de ſer-
vitute. Quod ad nationes exteras pertinet, 89
Cicero varie: detracturus *Graecis* teſtibus

prendens. Guelf. Exc. Santen. *prehendens.* Mox Goth. (tac. Geſn.) *laudem.* Turic. modo *quo exp. eſt.* 90

88. *Sic — ſed.* Turic. Flor. Guelf. *ſi cupidum dedicaſſet.* Goth. (err. Geſn.) Camp. *ſi cupidum dicas eſſe* cum Voſſ. 2. et, ut fertur, Alm. *ſi cupidos dicas eſſe* Jenſ. cum edd. ante Bad. Hic cum reliquis *ſi milites cupidos dicas eſſe.* Noſtrum e conjectura; et eadem mox S addimus poſt *petulantes,* ubi in libris eſt *et.* Camp. in proximis ſibi conſtat dans *petes, eundem petulantem, aſſueverit,* ubi Flor. *aſſuerint,* Goth. *adſueverunt.* Mox *iis* pro *his* ſcripſi bis ex uno Goth. (tac. Geſn.). Pro *quod bellis* Flor. *quae b.* Pro *detrahenda* Camp. *tradenda.*

unum impugnari volebat. Nec probo Lochmannum geminanda voce *alia* loco ſuccurrentem.

89. *Quod ad exteras — varie.* Ingenioſiſſime ab Rollino reperta eſt haec diſtinctio, quam et Gedoynus et Capperonnierus expreſſerunt, laudavit Burmannus. Facile ſubaudis: *tractat, agit* vel tale quid. „Varie detrahere fidem Graecis" (ut vulgo haec ordinantur) quid ſit, nemo dixerit.

Graecis teſtibus. „In oratione „ne pro Flacco c. 26. ſq. „*Sardos contemnit* in fragm. „Or. pro M. Scauro. *Contendes et poſtulabis, ut M. Aemilius cum ſua dignitate omni „— ſordidiſſimae, leviſſimae, „vaniſſimae genti, ac prope dicam pelliti teſtibus convincatur.* De *Sardis* vero ſermonem eſſe, argumentum „Aſconii latis declarat." (cf. 1, 5, 8.) „*Allobrogum* teſtimoniis credere vetat judices „pro M. Fonteio c. 8. ſqq." Geſnerus.

Digitized by Google

causa videretur facere, contra quos diceret.
86 Illud etiam in jocis monui, quam turpis esset fortunae infectatio: et ne in totos ordines, aut gentes, aut populos, petulantia incurreret. Sed interim fides patrocinii cogit quaedam de universo genere aliquorum hominum dicere, vel libertinorum, vel militum, vel
87 publicanorum, vel similiter aliorum: in quibus omnibus commune remedium est, ut ea, quae laedunt, non libenter tractare videaris; nec in omnia impetum facias, sed in id, quod expugnandum est; et reprehendens, alia laude

Guelf. Exc. Santen. Camp. *secutus* cum Voss. 2. Goth. Jens. Tarv. Nostrum e correctione Regii. Suspicor fuisse *consecutus*, cum primae syllabae compendium facile excideret. cf. 8, 3, 3. 10, 1, 25. hic §. 93. Modo Turic. *is* pro *his*, et mox idem cum Flor. Guelf. *dicere* pro *diceret*.

86. *jocis*. Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. Camp. *locis* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. Regius correxit.

totos. Turic. Flor. Guelf. *toto*. mox pro *fides* Turic. Flor. *fideles*, ex Alm. *tractes*. tum *interit* Turic.

hominum. Guelf. Exc. Santen. omittunt. *vel lib.* Sic Jens. (tac. Gesn.) cum edd. posterr. ante Gryph. Sed Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. Goth. (tac. Gesn.) Camp. omittunt *vel* cum Voss. 2. Reliqui *ut lib.* cf. 9, 4, 53. Sic et 11, 3, 5. *vel* omittunt Turic. Flor. (etsi hic a sec. m. reponit, sed ante *Equidem*) cum Alm.

87. *laedunt*. Guelf. Exc. Santen. *legunt*. *reprehendens*. Turic. Flor. (hic a sec. m. addit *re* et sic Camp.)

86. *In jocis monui*. „Supra 6, 3, 28. *In calamitatem* uti ridiculo vetat etiam „Cic. Orat. c. 26." Gesnerus. vide et 6, 3, 34.

87. *et reprehendens*. Desiderant VV. DD. accusativum. Facile fuerit pro *et* reponere *quod*: deinde malim paene *premens*. Francius conjicit *et ea r.* Rollinus *et quaedam r.* Sed singularis praestat, quia

Digitized by Google

compenſes. Sic cupidos milites dicas, ſed non 88
mirum, quod periculorum ac ſanguinis ma-
jora ſibi deberi praemia putent: eosdem pe-
tulantes, ſed hoc fieri, quod bellis magis,
quam paci, aſſueverint. Libertinis detra-
henda eſt auctoritas: licet iis teſtimonium
reddere induſtriae, per quam exierint de ſer-
vitute. Quod ad nationes exteras pertinet, 89
Cicero varie: detracturus *Graecis* teſtibus

prendens. Guelf. Exc. Sanſen. *prehendens.* Mox Goth. (tac. Geſn.) *laudem.* Turic. modo *quo exp. eſt.*

88. *Sic — ſed.* Turic. Flor. Guelf. *ſi cupidum dedicaſſet.* Goth. (err. Geſn.) Camp. *ſi cupidum dicas eſſe* cum Voſſ. 2. et, ut fertur, Alm. *ſi cupidos dicas eſſe* Jenſ. cum edd. ante Bad. Hic cum reliquis *ſi milites cupidos dicas eſſe.* Noſtrum e conjectura; et eadem mox S addimus poſt *petulantes,* ubi in libris eſt *et.* Camp. in proximis ſibi conſtat dans *patet, eundem petulantem, aſſueverit,* ubi Flor. *aſſuerint,* Goth. *adſueverunt.* Mox *iis* pro *his* ſcripſi bis ex uno Goth. (tac. Geſn.). Pro *quod bellis* Flor. *quae b.* Pro *detrahenda* Camp. *tradenda.*

unum impugnari volebat. Nec probo Lochmannum geminanda voce *alia* loco ſuccurrentem.

89. *Quod ad exteras — varie.* Ingenioſiſſime ab Rollino reperta eſt haec diſtinctio, quam et Gedoynus et Capperonnerius expreſſerunt, laudavit Burmannus. Facile ſubaudis: *tractat, agit* vel tale quid: „Varie detrahere fidem Graecis" (ut vulgo haec ordinantur) quid ſit, nemo dixerit.

Graecis teſtibus. „In oratione pro Flacco c. 26. ſq. „Sardos contemnit in fragm. „Or. pro M. Scauro. *Contendes et poſtulabis, ut M. Aemilius cum ſua dignitate omni — ſordidiſſimae, leviſſimae, vaniſſimae genti, ac prope dicam pelliti teſtibus convincatur.* De *Sardis* vero ſermonem eſſe, argumentum Asconii latis declarat. (cf. 1, 5, 8.) „*Allobrogum* teſtimoniis credere vetat judices pro M. Fonteio c. 8. ſqq." Geſnerus.

causa videretur facere, contra quos diceret. 86 Illud etiam in jocis monui, quam turpis esset fortunae infectatio: et ne in totos ordines, aut gentes, aut populos, petulantia incurreret. Sed interim fides patrocinii cogit quaedam de universo genere aliquorum hominum dicere, vel libertinorum, vel militum, vel 87 publicanorum, vel similiter aliorum: in quibus omnibus commune remedium est, ut ea, quae laedunt, non libenter tractare videaris; nec in omnia impetum facias, sed in id, quod expugnandum est; et reprehendens, alia laude

Guelf. Exc. Santen. Camp. *fecutus* cum Voss. 2. Goth. Jens. Tarv. Nostrum e correctione Regii. Suspicor fuisse *consecutus*, cum primae syllabae compendium facile excideret. cf. 8, 3, 3. 10, 1, 25. hic §. 93. Modo Turic. *is* pro *his*, et mox idem cum Flor. Guelf. *dicere* pro *diceret*.

86. *jocis*. Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. Camp. *locis* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. Regius correxit.

totos. Turic. Flor. Guelf. *toto*. mox pro *fides* Turic. Flor. *fideles*, ex Alm. *tractes*. tum *interit* Turic.

hominum. Guelf. Exc. Santen. omittunt. *vel lib.* Sic Jens. (tac. Gesn.) cum edd. posterr. ante Gryph. Sed Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. Goth. (tac. Gesn.) Camp. omittunt *vel* cum Voss. 2. Reliqui *ut lib.* cf. 9, 4, 53. Sic et 11, 3, 5. *vel* omittunt Turic. Flor. (etsi hic a sec. m. reponit, sed ante *Equidem*) cum Alm.

87. *laedunt*. Guelf. Exc. Santen. *legunt*. *reprehendens*. Turic. Flor. (hic a sec. m. addit *re* et sic Camp.)

86. *In jocis monui*. „Supra 6, 3, 28. *In calamitatem* uti ridiculo vetat etiam „Cic. Orat. c. 26." Gesnerus. vide et 6, 3, 34.

87. *et reprehendens*. Desiderant VV. DD. accusativum. Facile fuerit pro *et* reponere *quod*: deinde malim paene *premens*. Francius conjicit *et ea r.* Rollinus *et quaedam r.* Sed singularis praestat, quia

Digitized by Google

compenſes. Sic cupidos milites dicas, ſed non 88
mirum, quod periculorum ac ſanguinis ma-
jora ſibi deberi praemia putent: eosdem pe-
tulantes, ſed hoc fieri, quod bellis magis,
quam paci, aſſueverint. Libertinis detra-
henda eſt auctoritas: licet iis teſtimonium
reddere induſtriae, per quam exierint de ſer-
vitute. Quod ad nationes exteras pertinet, 89
Cicero varie: detracturus *Graecis* teſtibus

prendens. Guelf. Exc. Sanſen. *prehendens.* Mox Goth. (tac. Geſn.) *laudem.* Turic. modo *quo exp. eſt.*

88. *Sic — ſed.* Turic. Flor. Guelf. *ſi cupidum dedicaſſet.* Goth. (err. Geſn.) Camp. *ſi cupidum dicas eſſe* cum Voſſ. 2. et, ut fertur, Alm. *ſi cupidos dicas eſſe* Jenſ. cum edd. ante Bad. Hic cum reliquis *ſi milites cupidos dicas eſſe.* Noſtrum e conjectura; et eadem mox S addimus poſt *petulantes*, ubi in libris eſt *et.* Camp. in proximis ſibi conſtat dans *patet, eundem petulantem, aſſueverit*, ubi Flor. *aſſuerint*, Goth. *adſueverunt.* Mox *iis* pro *his* ſcripſi bis ex uno Goth. (tac. Geſn.). Pro *quod bellis* Flor. *quae b.* Pro *detrahenda* Camp. *tradenda.*

unum impugnari volebat. Nec probo Lochmannum geminanda voce *alia* loco ſuccurrentem.

89. *Quod ad exteras — varie.* Ingenioſiſſime ab Rollino reperta eſt haec diſtinctio, quam et Gedoynus et Capperonnerius expreſſerunt, laudavit Burmannus. Facile ſubaudis: *tractat, agit* vel tale quid. „Varie detrahere fidem Graecis" (ut vulgo haec ordinantur) quid ſit, nemo dixerit.

Graecis teſtibus. „In oratione pro Flacco c. 26. ſq. „*Sardos contemnit* in fragm. „Or. pro M. Scauro. *Contendes et poſtulabis, ut M. Aemilius cum ſua dignitate omni — ſordidiſſimae, leviſſimae, vaniſſimae genti, ac prope dicam pellitis teſtibus condemnetur.* De *Sardis* vero ſermonem eſſe, argumentum Aſconii latis declarat." (cf. 1, 5, 8.) „*Allobrogum* teſtimoniis credere vetat judices pro M. Fonteio c. 8. ſqq." Geſnerus.

Digitized by Google

fidem, doctrinam iis concedit ac litteras, seque ejus gentis amatorem esse profitetur; *Sardos* contemnit; *Allobrogas* ut hostes insectatur: quorum nihil tunc, cum diceretur, parum aptum, aut remotum cura decoris fuit.
90 Verborum etiam moderatione detrahi solet, si qua est rei invidia. Si *asperum* dicas *nimium severum*, *injustum persuasione labi*, *pertinacem* ultra modum *tenacem esse propositi*: plerumque velut ipsos coneris ratione vincere, 982
91 quod est mollissimum. Indecorum est super haec omne nimium: ideoque etiam quod na-

89. *infectatur.* Turic. Camp. *infectatus.* Mox *hostis* Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. et edd. ante Basil. Hic quidem cum cett. ante Roll. *hostes.*

remotum cura. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Alm. Jens. Tarv. Ald. Basil. et videtur hujus aevi fuisse haec structura. cf. Sueton. Tiber. 42. Reliqui inserunt *a.*

90. *moderatione.* Turic. (sed hic et *detrahit*) Flor. Guelf. Exc. Santen. Camp. *moderatio.* *asperum.* Turic. *aspere.* *ipsos.* Goth. *ipse*, solus. Quod Obr. *sic aspetum* reponit pro *si a.*, non opus est; cum *si* referatur ad *detrahi solet* quasi definitionis index, quae fiat iftius *moderationis.* Turic. *rationem* pro *ratione.*

91. *omne.* Gryph. (1544.) *omnia* cum edd. ante Obr. Sed et Exc. Santen. nostrum. *hoc* pro *haec* Guelf. Exc. Santen.

remotum cura. vid. not. crit. 90. *Verborum moderatione.* cf. §. 7, 25. 8, 4. 1. 9.

plerumque velut. Locum laborare abrupto nimis nec praecedentibus commisso dicendi genere, et ipse sentio cum Rollino et Burmanno. Quare huic maxime accedo, non integrum suspicanti. *ipsos* referendum erit ad *asperum* illum; *injustum*, *pertinacem*. Quid lacunae operiendae potissimum inservire possit, haud facile dictu: *ita* post *propositi* insertum sufficere non videtur. Nec tamen magnam jacturam factam arbitror.

91. *omne nimium.* Pertexuit hic quam orsus erat §. 60. te-

Digitized by Google

tura rei satis aptum est, nisi modo quoque temperatur, gratiam perdit. Cujus rei observatio judicio magis quodam sentiri, quam praeceptis tradi potest. Quantum satis sit, et quantum recipiant aures. Non habet haec res mensuram et quasi pondus, quia ut in cibis, alia aliis magis complent. Adjiciendum etiam 92

Camp. *est* Flor. (a pr. m.) omittit. *temperatur*. Sic Flor. *temperatus* Turic. Guelf. Exc. Santen. Reliqui *temperetur*. *quodam sentiri, quam*. Guelf. *q. serviri sentiri q.* cum Exc. Santen. etsi obscurius notam varietate. *q. servari sentirique* Goth. (ex. Gesn.). *Quantum satis*. Turic. Flor. Guelf. Camp. *quam s.* *habet haec res*. Turic. Flor. Guelf. *haberet re*, Flor. a sec. m. *res*, Guelf. per comp. *hret*. Turic. etiam *mensuram*. *quia ut in cibis*. Turic. *q. in cibs his* (cf. §. 75.). Flor. *q. in cibis*. Guelf. Exc. Santen. *q. in cibis his* cum Camp. (nisi quod omittit *quia*). *q. in cibis iis* Goth. Jens. (ex. Gesn.) cum edd. ante Ald. Regius correxit.

lam, *de tractandis parum speciosis*, poteratque peregisse videri quod solum ibi faciendum receperat, sed addit duo de *apte dicendo* praecepta, alterum de modo et mensura, quod sane potentissimum est ad apte quodcunque administrandum, de diversis alterum virtutibus, quae suis quaeque locis conveniant neque in totum aut probari aut rejici possint. *Haec res* non ergo ad remedia difficilium causarum modo referetur, verum ad eloquentiam in genere. cf. 6, 4, 11.

sentiri quam — tradi. cf. 9, 4, 120. et imprimis lib. 6. c. 5. ubi etiam huc differimur.

Quantum — aures. Possit videri haec sententia continuanda prioribus, ut pendeat illud *quantum a tradi potest*. Censeo tamen magis consentaneum esse, ut quae *sentiri* posse *observatio* eadem et *tradi* non posse dicatur, ibique finem habeat sensus antecedens. Sic nostra verba per aliquam aposiopesin posita accipientur, quod genus orationis solet esse in praeceptis generalibus, ubi cito defungimur; quasi praemisisset haec: Tantum ego in talibus praecipio dicere, quantum etc.

Digitized by Google

breviter videtur, quod fere dicendi virtutes diverſiſſimae non ſolum ſuos amatores habeant, ſed ab eisdem ſaepe laudentur. Nam Cicero quodam loco ſcribit, *id eſſe optimum, quod cum te facile credideris conſequi imitatione, non poſſis.* Alio vero, *non id egiſſe, ut ita diceret, quomodo ſe quilibet poſſe confi-* 95 *deret, ſed quomodo nemo.* Quod poteſt pugnare inter ſe videri. Verum utrumque,

92. *fere.* Turic. Flor. Guelf. *fiat.* mire! *habeant.* Goth. (tac. Geſn.) *habent*, nec tamen *laudantur.* Mox idem *iisdem.* *cum te.* Turic. omittit, ſed ab eadem manu inſerto *non* ante *facile;* et ſic Flor. Guelf. *te* ſolum Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. *non te* Jenſ. et edd. ante Ald. eaedem mox *poſſet.* Regius correxit. *non id.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Voſſ. 2. et edd. ante Ald. qui *ſe* anteponit, quod a Jenſ. inde habent poſt *ita.* Reliqui *non ſe id.* cf. 17, 1, 60.

92. *quodam loco* — *Alio vero.* Satis eſt quod demonſtrant VV. DD. Cic. Orat. c. 23. et 28. ubi ſunt horum, quae Qu. refert, ſemina magis quam expreſſa verba. Nec attinet laborare de inveniendis Ciceronianis, quae ad amuſſim reſponderent noſtris, cum jam cognitam habeamus Quintiliani in afferendis alienis ſecuritatem. Alioqui multa ſane deſunt illi ſimilitudini; neque enim priore loco tantum tribuit Cicero illi tenui generi, ut optimum agnoſcat, neque altero ſe potiſſimum hoc egiſſe teſtatur. In hanc quidem ſententiam aliquanto magis congruit locus a Geſn. indicatus Brut. c. 93. *propter exquiſitius et minime vulgare orationis genus animos hominum ad me dicendi novitate converteram.* Illud quoque Quintiliano hic disputanti accedit, item a Geſnero repertum, in Oratore verſus finem: *Poteſt — non ſolum aliud mihi, ac tibi, ſed mihi ipſi aliud alias videri.* Ad illam de falſo judicata facilitate ſententiam recte Badius admonet verſuum Horatii Epiſt. ad Piſ. 240 — 42.

Digitized by Google

ac merito, laudatur. Cauſarum enim modo diſtat: quia ſimplicitas illa, et velut ſecuritas inaffectatae orationis, mire tenues cauſas decet, majoribus illud admirabile dicendi genus magis convenit. In utroque eminet Cicero: ex quibus alterum imperiti ſe poſſe conſequi credent; neutrum, qui intelligunt.

II. *Memoriam* quidam naturae modo eſſe munus exiſtimaverunt, eſtque in ea non dubie plurimum, ſed ipſa excolendo, ſicut alia
983 omnia, augetur: et totus, de quo diximus adhuc, inanis eſt labor, niſi ceterae partes hoc

93. *Cauſarum enim modo.* Turic. *cauſa enim enim m.* (prius quidem *enim* per compendium). Flor. Guelf. Camp. *cauſa enim m.* cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. Tarv. Baſil. eoque recentioribus ante Gibſonum. Hic et reliqui *cauſa enim modoque*, quod in optimis (ut ait) Codd. invenire profecto non potuit niſi ſomnolentus hicce Criticus. Regius *que* ſuaſerat. Noſtrum e conjectura. *convenit.* Flor. *et venit.* Guelf. *venit.* cf. 85. *eminet Cicero.* Guelf. Camp. inſerunt *et* cum Goth. *intelligunt.* Flor. Guelf. Exc. Santen. *intelligent.*

Incipit caput ſine inſcriptione in Turic. Flor. Camp. inſcribitur *de memoria* in Guelf. Goth.

1. *omnia, augetur.* Camp. *plura agetur.* *inanis eſt.* Guelf. Camp. omittunt *eſt* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. et

93. *Cauſarum — modo.* cf. *moduni litis* 5, 6, 2.

1. *quidam naturae — munus.* Pſeudo-Turnebus nos remittit ad 3, 3, 4. Almeloveenus haec ponit Philoſtrati: (Vit. Soph. 1, 22, 2.) μνήμη μὲν γὰρ δίδωσι τέχνας, αὐτὴ δὲ ἀδίδακτος καὶ οὐδεμιᾷ τέχνῃ ἁλωτός. ἔστι γὰρ πλεονέκτημα Φύσεως, ἢ τῆς ἀθανάτου ψυχῆς μοῖρα. *Excolendo* paſſive hic dici monet Badius, a Valla jam animadverſum in Elegg. 1, 27. p. 89. cf. nos ad 6, 1, 8.

inanis eſt labor. Idem apud Ciceronem judicium demonſtrat Regius de Or. 1, 5. ubi *theſaurus* quoque appellatur, ut et ab Herennio 3, 16.

Digitized by Google

velut ſpiritu continentur. Nam et omnis diſciplina memoria conſtat, fruſtraque docemur, ſi, quidquid audimus, praeterfluat: et exemplorum, legum, reſponſorum, dictorum denique factorumque velut quasdam copias, quibus abundare, quasque in promtu ſemper habere debet orator, eadem illa vis repraeſentat. Neque immerito *theſaurus* hic *eloquen-*
2 *tiae* dicitur. Sed non firme tantum continere, verum etiam cito percipere multa acturos oportet, nec quae ſcripſeris modo iterata lectione complecti, ſed in cogitatis quoque

edd. ante Gryph. exc. Ald. *contineantur* mox Jenſ. et edd. quod cum Regius in ſua conſtitutione poſuiſſet, ut et, neſcio qua aurium ſuperbia, *veluti*; hoc neceſſarium eſſe negavit Badius, alterum ob clauſulam hexametricam valde improbavit, facta iterum *archipiratae* mentione, cf. 10, 1, 71. *legum.* Turic. Flor. Guelf. *legem* cum Goth. Jenſ. Tarv. Modo Camp. *audivimus*, quod placet. *dictorum denique factorumque.* Turic. *d. dinequae factorumquae.* Flor. *d. beneque f. quae* cum edd. ante Ald. niſi quod Camp. poſteriore loco *que*, quanquam diremtum. Sed Guelf. *d. benefactorum quae.* Obr. *d. bene factorumque*, quod optabat Geſn. Reliqui *dictorum beneque factorum.* Noſtrum e Turic. ſcriptura correctum.

repraeſentat. Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. Camp. *praeſentat* cum Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Bad. Non auſus ſum reducere, veritus ne medii aevi ſordibus inquinarer. cf. Geſn. in Theſauro, it. Forcell. Mox Turic. Flor. *concitatis* pro *cogitatis.*

velut ſpiritu continentur. Hanc loquendi formam ſagaciter Turnebus in Adverſ. 4, 10. translatam vidit a Stoicorum placito quodam de mundo, quod his ipſis verbis profertur apud Ciceronem de Nat. Deor. 2, 7. *Haec ita fieri omnibus inter ſe concinentibus mundi partibus profecto non poſſent, niſi ea uno divino et continuato ſpiritu continerentur.* Vid. plura dantem Turneb. l. l. et Burm. ad noſtri 4, 3, 5.

Digitized by Google

rerum ac verborum contextum ſequi: et, quae ſint ab adverſa parte dicta, meminiſſe: nec utique ea, quo dicta ſunt ordine, refutare, ſed opportunis locis ponere. Quid? extemporalis 3 oratio nec alio mihi videtur mentis vigore conſtare. Nam dum alia dicimus, quae dicturi ſumus, intuenda ſunt. ita cum ſemper cogitatio ultra id, quod est, longius quaerit, quidquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit: quod illa, quaſi media quaedam manus, acceptum ab inventione tradit

2. *ea, quo.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. acc. Bad. *ea quae* Flor. cum Goth. Reliqui *eo quo*, corrigente Regio.

3. *nec alio.* Sic Turic. (niſi quod *alia* cum Flor. Guelf.) Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Obr. et edd. ante Ald. Reliqui *non a.* *ultra — quaerit.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ultre ad id quod* (Flor. *quae*) *e. l. q.* Item modo Turic. *ſemper per.* Fateor inſolentius mihi videri dictum *id quod eſt* pro *id quod adeſt*, *id circa quod eſt* ſcil. *cogitatio.* Nec ſatis congruere arbitror indicativum *cum quaerit;* debebat eſſe *dum q.* ſed hoc alienum, quia modo praeceſſit *dum dicimus.* An forte haec placere poſſunt: *ultra ſit et quod eſt longius quaerat? interim.* Turic. Flor. *autem* cum Alm.; omittit Camp. *quod illa.* Turic. Flor. Guelf. *quo i.* *inventione.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *inten-*

3. *Quid? extemporalis.* Alienum prorſus *Quid?* in cujus abrupto et ſubitario dicendi genere nemo acquieſcat. Malim igitur *Quin.* cf. 6, 2, 12. 2, 4, 5. 2, 2, 13.

nec alio i. „*non* alio.“ cf. Drakenb. ad Liv. 3, 22, 7. Burmannus inſerendo *quam* poſt *videtur* ad illam de qua egerit ſupra 2, 4, 13. ſtructuram deducere malit locum, ut *alio* fiat neutrum. Parum recte ille, cum *alius vigor* hic ſit dictus pro *alia animi facultate* praeter *memoriam* i. ſola memoria conſtat extemporalis oratio.

ultra — quaerit. cf. not. crit.

media — manus. Rectiſſime Burmannus conferre jubet 12,

Digitized by Google

4 elocutioni. Non arbitror autem mihi in hoc immorandum, quid sit, quod memoriam faciat: quanquam plerique imprimi quaedam 984
vestigia animo, velut in ceris annulorum signa serventur, existimant. Neque ero tam credulus, ut quasi habitu tardiorem firmio-

tione cum Voss. 2. Goth. et edd. ante Basil. Videtur esse correctum a Philandro; verissime. Nam *intentio* eadem est *cogitationi*, cf. 10, 7, 10; et imperabat mutationem quod sequitur *elocutioni*.

4. *quid sit, quod.* Turic. *quid quod.* Guelf. Camp. *quicquid* cum Voss. 2. Goth. et edd. ante Ald. qui *quid* solum. Nostrum primus Bad. e Vall. Modo Turic. *in mora num* pro *immorandum*. Mox Guelf. *in primis* pro *imprimi*. *vestigia animo*. Sic Turic. Flor. Camp. (Goth. non memoratur; cf. 84. et mox) Obr. cum Voss. 2. Inserit *in* Guelf.; reliqui *nostro*: qui et *quae* subjiciunt, quod abest a Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Vall. et edd. ante Ald. Utrumque addidit Regius. *in ceris*. Turic. Flor. *in guris*. Guelf. *in giris* cum Jens. et edd. posterr. ante Ald. *in figuris* Camp. cum Goth. Voss. 2. Andr. (cf. modo.) Nostrum in Vall. et repositum a Regio.

4. 5. *ut quasi — naturam, subito.* In loco tam vexato primum vett. libb. varietatem, deinde VV. DD. emendandi pericula recensere satis habebo, aliqua de meo, sed timidissime, subjungens. Turic. *ut quam abitu t. f. m. fieri et autem*

8, 4. Est et simile, quanquam *manu* omissa, 10, 6, 1. 11, 3, 62. utroque enim loco comparationis index particula significat intelligi illam, quae hic expressa est, *manum*.

4. *in ceris annulorum signa.* „Plato Theaet. p. 135. C." [Steph. 191. c.] „Θὲς ἐν ταῖς „ψυχαῖς ἡμῶν ἓν κηρινον ἐκμα„γεῖον — καὶ ἐς τοῦτο — ἀπο„τυποῦσθαι ὥσπερ δακτυλίων „σημεῖα κ. τ. λ. Add. Phileb. „p. 83." [Steph. 38. 39.] „ubi „libro comparat." Gesnerus. Pseudo-Turnebus Aristotelem laudat, qui (in libro de Memor. et Remin. c. 1.) et ipse memorandi actionem comparat sigilli impressioni.

ut quasi — naturam, subito. cf. not. crit. Habet aliquid

Digitized by Google

remque memoriam fieri putem. Ejus autem, 5
quod ad animum pertinet, magis admirer na-

quoque ad animum pertire m. admirari n. f. Flor. Guelf. *ut quam habitu t. f. m. fieri ea autem quod* (Flor. *quoque*) *ad animum pertinere* (Flor. a pr. m. *pertire*) *m. admirari n. f.* Ex Alm. nihil nisi *ut qua abitu* et abesse *putem*, deinde *admirere*, et hoc quidem etiam in Goth. (qui alioqui nihil quidquam mutat exrecepta, ut nec ullus eorum, quos non ipse inspexi) Vatt. Jens. et edd. posterr. ante Ald. quo acc. Badius et marg. Basil. cum aliquot editorum apud Gibs. margine. Nam Camp. plane exhibet vulgatam. Obrechtus *ut quemadmodum habitu t. f. m. fieri, ejus putem causam quoque ad artificium pertinere: magis admirari naturam subit tot.* Gesner. nihil mutat ex recepta, nisi quod pro *quasi habitu* malit *corporis habitu.* Badius *abitu* retinet et interpretatur *abeundo.* Obrechtus quidem et Gesnerus manifestam sententiam praestant, quorum ille omne *artificium* in memoria efficienda negantem facit Qu., hic nihil ejus a *corpore* repetendum esse affirmantem. Mihi haec maxime ad veteres ductus accedere videbantur: *ut qui* (cf. 5, 10, 44. 10, 1, 57. *ut qui dixerim.* 74. *ut qui — fuerit*) *habitu t. f. m. fieri videam, artem quoque audeam impertire. magis admirari naturam subit tot.* Nequaquam subventum loco per haec credo, sed aliqua verae emendationis semina inesse persuasum est. *habitum* h. l. et Pseudo-Turnebus et Burmannus pro ἕξει Graeca usurpatum putant, quod et ipse teneo, valde tamen adhuc diffidens huic vocis potestati. Conferendus Graeci vocabuli usus apud nostrum 10, 1, 1. 59. apud Plin. Epist. 2, 3, 4. Negat Fabius, se illam ex eis, quae sensibus occurrant, impressionem, velut in ceram, factam posse probare, cum manifesto memoria durescat diu habendo et retinendo suas notas, quod fieri nequeat, si quotidie novis vestigiis oblitteretur id quod ante impressum fuerit, et insuper artem quoque memoriae, si contingat ulla, qualem tamen ipse jamjam sit traditurus, omnem plane evertere cerae similitudinem. (cf. 5, 3, 4.) Novi, quantum laboret illud *audeam*, nec fugit me, *artem* non addito *ejus* nimis fluctuare. Multum abest, ut teneamus ipsam Quintiliani sententiam. Sed nimis adhuc eam contaminarunt editores, et quidem ipse ille princeps.

simile, quae supra est, disputatio de risu, cujus et ipsius originem explorare deprecatur, cum miram vim extollit. 6, 3, 7. 8. 9.

Digitized by Google

turam, ſubito res vetuſtas, tanto ex intervallo repetitas, reddere ſe et offerre: nec tantum requirentibus, ſed etiam ſponte interim: nec
6 vigilantibus, ſed etiam quiete compoſitis. Eo magis quod illa quoque animalia, quae carere intellectu videntur, meminerunt et agnoſcunt, et quamlibet longo itinere deducta ad aſſuetas ſibi ſedes revertuntur. Quid? non haec varietas mira eſt, excidere proxima, vetera inhaerere? heſternorum immemores, acta pueri-
7 tiae recordari? Quid? quod quaedam requiſita ſe occultant, et eadem forte ſuccurrunt?

requirentibus. Guelf. *inquirentibus* cum Goth. *etiam ſponte.* Turic. Flor. (a pr. m.) *in ſponte* cum Alm. *et ſp.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. Omittit *interim* Guelf. Mox *compoſiti* Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. et pro *ſed etiam quiete* Flor. (a pr. m.) *ſe dectum quiete.* Guelf. *ſe tectum qui.* Camp. *ſ. et quiete.*

6. *Eo magis quod.* Sic Flor. Reliqui *magis* ante *eo* rejiciunt et prioribus annectunt. Turic. Guelf. Camp. *eo quod.* Reliqui *eoque.* *videntur.* Sic Flor. Guelf. *videtur* Camp. *viderunt* Turic. Reliqui *videmus.* *deducta.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *diducta.* Infra §. 18. viciſſim *deductam* Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Mox Guelf. quoque (non Goth.) *externorum* pro *heſternorum* cum Voſſ. 2. ſolito, ut monet Burm., librariorum errore, ablegans ille ad Ovid. Triſt. 1, 3, 44.

6. *Eo magis quod.* Tanto dignior admiratione eſt haec reminiſcendi facultas, quod ea ipſis quoque mutis animalibus contingit.

7. *requiſita ſe occultant.* Lepidus eſt quem ponit Geſnerus Senecae patris locus: „Non enim dum quaero aliquid invenio, ſed ſaepe quod quaerenti non comparuit, aliud agenti praeſto eſt. *Quaedam vero quae obverſantia mihi et jam ex aliqua parte ſe oſtendentia non poſſum occupare, eadem ſecuro et compoſito animo ſubito emergunt.*“ in praef. 2. libri Controvv.

Digitized by Google

nec manet ſemper memoria, ſed aliquando etiam redit? Neſciretur tamen, quanta vis eſſet ejus, quanta divinitas illa, niſi hoc lumen
985 orandi extuliſſet. Non enim rerum modo, 8
ſed etiam verborum ordinem praeſtat: nec ea pauca contexit, ſed durat prope in infinitum, et in longiſſimis actionibus prius audiendi patientia, quam memoriae fides deficit. Quod 9
et ipſum argumentum eſt, ſubeſſe artem aliquam, juvarique ratione naturam: cum iidem docti facere illud, indocti et inexercitati non poſſimus: quanquam invenio apud Platonem,

7. *niſi hoc.* Turic. Flor. Guelf. Camp. inſerunt *in* cum Goth. Vall. et edd. ante Ald. hic cum reliquis ante Obr. *n. in hoc l. vim* (quod de Regii conjectura addunt) *o. e.* exc. Bad. qui *n. et l.* Badius in antiqua ſcriptura ſubaudiri *ſe* monet, quae ratio non placet, ne addito quidem poſt *niſi* eo quod facile ſane excidebat *ſe*. Emendationem Obrechti recte defendit Burm.

8. *deficit.* Turic. (qui et *patientiam*) Flor. Guelf. *defecit.*

9. *iidem.* Guelf. Camp. *idem* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. exc. Bad. qui noſtrum ab emendatore in Vall. repoſitum narrat. Sed tuentur et Turic. Flor. *indocti et inexercitati.* Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt *et.* Goth. (tac. Geſn.) *ind. inexercitatique.* *poſſimus.* Tu-

niſi — extuliſſet. „niſi elo„quentiam ad hoc, quod nunc „eſt, faſtigium evexiſſet.“

8. *Non enim — ordinem.* cf. 10, 6, 2.

9. *apud Platonem.* In Phaedro, loco notiſſimo p. Steph. 274. 275. Demonſtrat Geſnerus locum Plin. Epiſt. 9, 18, 2. ubi eodem quo hic uſu: „Ne „memoriam cogam — poſte„rioribus priora *dimittere.*“ Quo minus audiendus Francius, qui malit *amittimus.* Similem Platonicae opinionem profert (indicante Pitiſoco) Caeſ. B. G. 6, 14. ubi, quod Druides doctrinam ſuam litteris mandare vetuerant, id factum duabus de cauſis putat, „quod neque in vulgum diſci„plinam efferri velint, neque

Digitized by Google

obstare memoriae usum litterarum: videlicet quod illa, quae scriptis reposuimus, velut custodire desinimus, et ipsa securitate dimittimus. Nec dubium est, quin plurimum in hac parte valeat mentis intentio, et velut acies luminum a prospectu rerum, quas intuetur, non aversa. Unde accidit, ut quae per plures dies scribimus ediscendi causa, cogitatione

ric. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *possumus* cum Jens. Tarv. Ald. *videlicet quod.* Turic. *v. quo.* Flor. *v. quantum.* Guelf. Camp. *v. quo modo.* Ex Alm. *qm.* An erat *v. quatenus?*

10. *prospectu.* Turic. Flor. Guelf. (hic quidem insertō P) *promtu* cum Alm. Modo *a* Camp. omittit. *intuetur.* Camp. *intuemur* cum Goth. qui et *quasi* pro *quas*: quorum illud placet. *aversa.* Turic. Flor. *adversa* cum Alm. *ediscendi causa, cogitatione.* Turic. Flor. (hic quidem a pr. m. *cogitatione*) Guelf. *e. sint cogitationes.* Camp. *si ediscenda sint c.* cum Bodl. Andr. Ald. (neque enim postremus *sunt.*) Ex Alm. nil nisi *sunt* pro *causa.* Obr. *e. fine c.* Mox etiam *contineantur* Aldus, solus. Hic igitur subjectum desideravit in vulgata, quod Badius in margine designat: *scil. mentis intentio.* Reliqui securi transierunt. Recepta ipsa est in Goth. qui et hic (vide supra 11, 1, 82.) de suo dedit *causa* pro *sint*, nec edd. recedunt, nisi quod Jens. Tarv. *edicendi* per sph. Potuit sane et Camp. ingenio aliquid dare in verbis hisce adornandis, cum Bodl. illa auctoritas imminuatur eo, quod ejus testis fit Gibsonus. Sed acquiescendum profecto non erat. *ediscendi causa* quin recte et eleganter scribatur, non dubito, Obrechtianum illud *fine* ne satis quidem latinum censens (cf. 4, 2, 118.): sed nominativo opus est sententiae. Sive igitur *si ediscenda sint* retines, sive in obscuriore ductu *sint* obrepsisse pro *causa* existimas, postrema sic refingam:

„eos qui discant, litteris consisos, minus memoriae studere, quod fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant.“ *securitatem* vide etiam 10, 6, 2.

10. *Unde accidit — contineat*, cf. not. crit.

Digitized by Google

ipsa contineat. Artem autem memoriae pri- 11
mus ostendisse dicitur Simonides: cujus vulgata fabula est, cum pugili coronato carmen, quale componi victoribus solet, mercede pacta scripsisset, abnegatam ei pecuniae partem, quod more poëtis frequentissimo digressus in laudes Castoris ac Pollucis exierat. Quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebrasset, jubebatur. Et persolverunt, ut traditum est. Nam cum esset grande convivium 12
in honorem ejusdem victoriae, atque adhibitus ei coenae Simonides, nuntio est excitus, quod eum duo juvenes, equis advecti, desi-

cogitationis vis i. c. cf. 10, 6, 4. ubi apparet *scribendo et edisoendo* ab una parte opponi ab altera *cogitationis vim*. Sic mox *castores* Turic.

11. *abnegatam — partem.* Sic Turic. Flor. (quanquam discerptis mire syllabis) Guelf. Camp. cum edd. ante Bad. Reliqui *abnegata — pars est*, velut Vall. Goth. Gudii quidem ad Phaedr. 4, 24. rationem legentis: *abnegatas duas ei pec. partes* non video quid commendet; nec Gronovii ad Senec. de tranquill. 14. *excitatus* pro *excitus*. *digressus*. Flor. *degressus*. Guelf. omittit. Mox *ac* pro *et* reliquorum dedi e Turic. Flor.

11. *abnegatam — partem.* „Dependet a *fabula est*." Badius. Ea quidem fabula legitur apud Cic. de Orat. 2, 86. Phaedrum 4, 24. Carmen ipsum hoc esse Simonidis, ex quo particulam Plato afferat in Protagora p. Steph. 339, suspicatur Dukerus (de quo mox) p. 98, cui diversa (sed ante eum scribens) sentit Heynius in Opusc. Tom. 1. p. 159.; nec potuissent tum pugnare Grammatici, quorum litem Platonis auctoritas diremisset. Laudatorem gentis Scopadarum Simonidem Theocritus celebrat nobilissimo loco 16, 36 — 47.

12. *atque adhibitus.* Videtur rectius omitti *atque*, quod irrepserit inter illa *AE AD*.

Digitized by Google

derare majorem in modum dicebantur. Et illos quidem non invenit, fuisse tamen gratos
13. erga se deos exitu comperit. Nam vix eo li- 986
men egresso, triclinium illud supra convivas corruit, atque ita confudit, ut non ora modo oppressorum, sed membra etiam omnia requirentes ad sepulturam propinqui nulla nota possent discernere. Tum Simonides dicitur memor ordine quo quisque discubuerat cor-

12. *in modum.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *i. domo.* (et viciſſim §. 46. *modo* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. Camp. cum Alm. ubi frequentem hanc confuſionem teſtatur Burm. cf. Drakenb. ad Liv. 39, 13, 3.) Ex Alm. *i. lomo.* Goth. *deſiderabantur* a pr. m. mox ſubterpungendo ſuſtulit, nec quidquam repoſuit (err. Geſn.). *deos.* Guelf. Camp. *eos* cum Alm. ut fertur, quem tamen cum Turic. Flor. noſtrum dare ſuſpicor, quod ab Obr. inde obtinet. Reliqui omittunt; ad quos rediit Capper. cor ille Zenodoti non habens nec jecur Cratetis. Burmannus ſimiliter confuſa demonſtrat, ut apud Liv. 1, 21, 3. ubi tamen non admittit Drakenb. *ſeſe* dantem Obr. non probo.

13. *eo limen.* Flor. inſerit *ultra*, cum Alm. non Turic. (cf. 11, 1, 78.) De ſtructura receptae vide 5, 10, 96. *corruit.* Turic. *cor fuit.* *confudit, ut.* Sic Goth. cum Voſſ. 2. Bodl. et edd. ante Ald. acc. Bad. *confunditur* Turic. Flor. (hic quidem a ſec. m.) Camp. (ſed hic ſubjuncto etiam *ut*). *confundit* Guelf. (omiſſo *ut*) *confundit ut* Flor. cum Alm. Reliqui *contudit ut.* Modo *ſuper* Goth. Mox *poſſunt* Flor. Guelf. Prae *contundendo* autem Burmannus etiam probat noſtrum, appellans locum Ovid. Metam. 5, 58. ſuaque ad Petronium annotata c. 105. *ordine.* Ald. (e Re-

13. *confudit, ut non ora modo.* cf. not. crit.

ordine quo quisque. Haec cum ſit conſtans libb. vett. ſcriptura, nolim illud quod conjectura commendarunt VV. DD., *ordinis* praeferri. Sed ne transponere quidem *quo ordine quisque* vel ita intelligere attinet, ſed referam *ordine* ad *reddidiſſe.* In omni alia ratione Qu. *discubuiſſet* ſcripturus videtur, non *discu-*

Digitized by Google

pora ſuis reddidiſſe. Eſt autem magna inter 14
auctores diſſenſio, Glaucone Caryſtio, an Leo-

gii conjectura) *ordinis* cum edd. poſterr. ante Burm. acc. Capper.

14. *Caryſtio.* Flor. Guelf. Exc. Santen. *Careſtio.* Mox *Leocranti* Flor. cum Voſſ. 2. *anagatacho* Guelf. Exc. Santen. *ſchopae* iidem, omnibus locis, ubi ſemel (15) Turic. *ſco-*

buerat. Nam ſic et Cicero „quod meminiſſet, quo eorum „loco quisque *cubuiſſet.*" cf. §. 2. *ordine refutare.*

14. *magna — diſſenſio.* Nos quidem erudita haec, Jupiter, et ingens controverſia latuit, intercidentibus eorum, qui agitarunt, Grammaticorum operibus. Quos cum agnoſcamus plerosque, Alexandrini illius muſei alumnos, negotium tamen facéſſunt Eurypylus et Apollas Callimachus. Quorum prioris notitia erui poſſe videtur nulla (cf. 10, 6, 4.); alterius nomen ſi diverſum eſt ab illo clariſſimi poetae, plane ludificatur nos caſus, cum Suidas (v. Σιμωνίδης) Callimachi, quem diſerte Cyrenaeum vocat, epigramma afferat, in quo illud ipſum proditur, de quo hic agit Qu. Vid. Fragm. Callim. 71. ubi rectiſſime Bentlejus locum illum a Qu. demonſtrari monet. Neque tamen quisquam inventus eſt veterum, qui hoc cognominis imponeret Callimacho. Olet autem illud plane Syriacam nominum veterum corruptelam, cujusmodi eſt Lucas, Silas. Equidem ſaevam ſane ſed praeſentem medicinam adhibendam cenſeo, ut reſecetur *Apollas*, velut perperam repetitum ex eo quod praecedit *Apollodorus*. Schneiderus quidem in Addendis ad Polit. Ariſtotelis (p. 491.) demonſtrat Apollam ſcriptorem apud Athenaeum 9. p. 369, adjuncto, qui correctione poſſit eodem redigi, Apella 2. p. 63, ſuadetque aut *Apollam Callimachium* ſcribi aut inſeri *et*, quae jam Bentleji fuit medicina. Poſteriorem rationem prohibere videtur, quod nonniſi unum hominem Quintiliano obverſatum teſtatur illud quod ſubjicit pronomen *quem*. Alteram difficillimam reddunt relicti nobis hodie verſus poëtae Cyrenaei, quorum non meminiſſe vix potuit Qu. Doleo nihil de hac difficultate proditum a doctiſſimis viris Dukero et van Goens in diſſertatione illius hoc praeſide defenſa, *de Simonide Traj. ad Rh.* 1768. 4. Glaucum Caryſtium celeberrimum athletam vide apud

Digitized by Google

crati, an Agatharcho, an Scopae ſcriptum ſit id carmen: et Pharſali fuerit haec domus, ut ipſe quodam loco ſignificare Simonides videtur, atque Apollodorus et Eratoſthenes et Euphorion et Lariſſaeus Eurypylus tradiderunt; an Cranone, ut Apollas Callimachus, quem ſecutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilem Theſſalum periiſſe in eo convivio conſtat, adjicitur ſororis filius: putant et ortos plerosque ab alio Scopa, qui major

pha. Camp. idem bis. *Crannone* Guelf. Camp. *Pharſali.* Guelf. Camp. *pharſalii.* Prior modo *ſit* ante *id* omittit. *Eurypylus.* Dedi quod ſolum rationem haberet, cum Locat. et multis ante Burm. item Capper. et Schneider. ad Ariſt. Polit. 5, 5, 7. in Add. Miror corrupto acquieviſſe Dukerum et van Goens, quod dant plerique, *Eurypilus;* aliqui etiam *Euripilus,* Camp. (per ſph.) *Erypilus,* Tarv. *Euryphylus,* Ald. *Euriphylus.* Scripſi autem *Lariſſaeus* pro reliquorum *Lariſſeus,* itidem cum Schneidero, ſed et Dukero. Nam formam Λαρισσαίος ſoli Jovi tribuit Steph. Byz.

15. *ſororis filius.* Flor. inſerit *et,* unde efficere malim *ejus.* Modo *periſſe* Goth. *alio.* Sic Turic. Flor. Guelf. cum Alm. Ald. Obr. probante Burm. Reliqui *illo.* *major.* Turic. *majora,* Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) *majore* cum Goth. Tarv.

Demoſthenem pro Corona p. Reisk. 331. Pauſan. 6. p. Kuhn. 475. Lucian. in Herodoto, fin. et demonſtratos ibi a Solano.

hanc famam. quod *Cranone* acciderit illa triclinii ruina; neque enim totius hiſtoriae hujus auctor hic appellatur Cicero.

15. *adjicitur.* Ab hiſtoricis etiam ejus ſororis filius periiſſe narratur. Cf. not. crit. Illud *periiſſe* ſubaudiendum etiam mox ad *putant.*

ab alio Scopa. Hic quidem, Dukero in Diſſertatione citata ſubtiliſſime calculos ſubducente, fuit auctor gentis Scopadarum, quae viguit in Theſſalia jam ante Olympiadem 46, teſte Herodoto 6, 127. unde apparet longe ſupra Simonidis aetatem rele-

Digitized by Google

aetate fuerit. Quanquam mihi totum de Tyndaridis fabulosum videtur: neque omnino hujus rei meminit usquam poëta ipse, pro- 16

16. *meminit usquam.* Turic. Flor. (hic prius a pr. m.) *meminerit unquam* cum Alm. Posterius et Guelf. Camp.

gari illius quidem primi Scopae vitam. Commodum autem poëmatis Simonidei heroëm designat nobis Athenaeus lib. 10. p. 438. Σκόπαν Κρέοντος μὲν υἱὸν, Σκόπα δὲ τοῦ παλαιοῦ υἱιδοῦν. Quanquam Perizonius ad Ael. V. H. 12, 1. et Schneiderus ad Aristot. Polit. in Add. p. 491 sqq. potatorem hunc, de quo Athenaeus, Scopam, non diversum putant a Σκόπᾳ τῷ νεωτέρῳ, de quo Aelianus l. l., quique Cyro juniori monile transmisit; Σκόπαν autem τὸν παλαιὸν de Simonideo nostro intelligant, quem tamen minus commode viri docti auctorem familiae Scopadarum dicunt, rationem non habentes antiquissimi illius Scopae, cujus disertam hic habemus mentionem. Creontis autem filius etiam, nisi priscus ille, certe Simonideus Scopas fuit, cum Scopadas ejus aevi omnes Κρεώνδας nominet Theocritus l. l, ubi cf. Schol. Succurritur autem ruinae domus Scopadarum ab ipso nostro, qui non quidem *omnes*, sed *plerosque* ab illo primo ortos periisse in hoc convivio historicorum sententiam esse narrat; modo, id quod monui; ad *ortos* intelligas *periisse* ex proximo, non ἀπὸ κοινοῦ *esse*; quanquam hoc plerisque VV. DD. accidisse suspicor, inter quos Dukerus etiam athletas illos Glaucum, Leocratem, Agatharchum ortos a Scopa vetustissimo, miro sane modo, sibi persuadet p. 97. Idem rectissime tenet (p. 98.), non totam ibi Scopadarum gentem extinctam, nec tantum calamitatis significari vocabulis ἀξρόα ἀπώλεια (v. Favor. ap. Stob. Serm. 103.).

16. *neque — meminit usquam poëta ipse.* Disputat Gesnerus de firmitate hujus argumenti, quod tum demum alicujus esse ponderis, si nemo eorum, qui rem narrarint, ipsius poëtae testimonio sit usus. Alioqui enim Quintiliano vivente multa potuisse Simonidis opera vetustate abolita esse. Equidem scriptorem meum de talibus fere securum animadverti, nec credo reputasse, integer ad se pervenerit Simonides an bona sui parte truncatus. Ceterum satis recte puto argumentari nostrum, qui plurima tamen Simonidis carmina cognove-

Digitized by Google

17 fecto non taciturus de tanta ſua gloria. Ex hoc Simonidis facto notatum videtur, juvari 987
memoriam ſignatis animo ſedibus, idque credere ſuo quisque experimento. Nam cum in loca aliqua poſt tempus reverſi ſumus, non ipſa agnoſcimus tantum, ſed etiam, quae in his fecerimus, reminiſcimur, perſonaeque ſubeunt, nonnunquam tacitae quoque cogitationes in mentem revertuntur. Nata eſt igitur,
18 ut in plerisque, ars ab experimento. Loca

taciturus. Turic. *tacitus.* Modo Flor. *Tyndariis,* item *ipſa* pro *ipſo* cum Guelf. et mox *ſui* pro *ſua.*

17. *Simonidis.* Flor. *Simonis,* a ſec. m. *Simonides,* et ſic Guelf. cum Jenſ. Locat. et poſterr. ante Ald. *notatum.* Turic. Guelf. *notavit* cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. *notari* Camp. cum Goth. Voſſ. 2. *notavit ut* Obr. Noſtrum eſt in Vall. et Flor. quoque (ut videtur). *loca. aliqua.* Flor. *loco aliqua.* Guelf. Exc. Santen. *loco de aliquo.*

ab experimento. Turic. *abae experimenti,* et continuo idem *loci.*

rat: neque enim, ſi fama illius facti vivo jam poëta viguiſſet, poterat non frequentiſſima eſſe ejus apud ipſum mentio. Poſt fata magnorum virorum talia de iis narrari ſolent. Dukerus in diſſertatione modo memorata p. 102. 3. famam de Tyndaridis evocantibus poëtam ipſo demum mortuo natam ſuſpicatur, eodem, quo hic Fabius, ſilentii argumento jam antea (p. 70.) uſus in elevanda Phaedri fide, qui celeberrimam *omnia ſua ſecum portantis* vocem Simonidi tribuit Fabb. 4, 21.

17. *credere.* Suadet Geſnerus reponi *credet.* Obrechtus nimia ductuum ipſorum cura refinxit *credet et;* Rollinus adjiciendum noſtro putat *poteſt;* et hoc fortaſſe optimum, ſi poſt *experimento* excidiſſe dicatur.

poſt tempus. i. poſt aliquod tempus, paulo longiore interjecto tempore. Haec dicendi forma hujus videtur fuiſſe aetatis, et legitur apud ipſum, ſi modo, noſtrum Decl. 289. p. 145. ubi vide Burm. ut et ad Decl. 388. p. 789. item ad I. O. 12, 3, 5.

18. *Loca diſcunt.* Fateor offendi me in hisce quae *di-*

Digitized by Google

discunt quam maxime spatiosa, multa varietate signata, domum forte magnam, et in multos diductam recessus. In ea quidquid notabile est, animo diligenter affigitur, ut sine cunctatione ac mora partes ejus omnes cogitatio possit percurrere. Et primus hic labor est, non haerere in occursu. Plus enim quam

18. *discunt.* Camp. *discant.* Goth. *discuntur* cum Voss. 2. Vall. Colb. *dicunt* Ald. sed mox post *signata* insertis verbis *concipienda esse*, nullo haud dubie MS. auctore, quanquam et Camp. eadem interjicit. Guelf. continuo *speciosa. notabile.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *nobile* cum Alm. Bodl. Goth. Voss. 2. Vall. et edd. ante Ald. acc. Badio. Correxit Regius, neque ego cum Gesnero *non malam* dixerim antiquam scripturam. cf. 9, 3, 5. *affigitur.* Flor. *adfigunt.* Mox pro *cunctatione* Tarv. *contactione.*

scuntur locis; quanquam video sane aliquam ex ipsa in qua versamur materia lucem iis contingere. Sed in illa toties animadversa litterarum C et G confusione, non fuerit temerarium rescribere *deligunt.*

non haerere in occursu. Non adeo trita potestas *occursus*, qui hic est pro omni re, quae repente se nobis offert. Usus, quo nomen *occursus* abit in rem vel hominem ipsum qui *occurrat*, plus semel reperitur in Declamm. velut 8. p. 157. „indifferentiam" (geminorum quorundam) — „mirantur „*occursus*" i. occurrentes. 18. p. 322. „laudandus" (ob pulchritudinem) „*occursibus.*" Cave autem *haerere* accipias pro *morando;* significat *titubare. Hic* adverbium sit an pronomen, dubitari potest. Hoc si probas, respiciet sensus noster ad praecedentem eumque repetet. Est enim hoc ipsum *non haerere in occursu*, cum „sine cunctatione ac mora partes domus alicujus magnae „omnes cogitatio percurrit." Sin adverbium agnoscis, *hic* i. in omni hoc negotio primum erit, quavis occasione data totam illam domum reminisci, ne ante fores quasi ejus occlusas stes nec intromittaris. *Occursum* etiam non male interpreteris quamvis illius domus partem, quae forte se offerat memoriae, ex qua deinde in omnes reliquas ordine ea discurret.

Digitized by Google

firma debet esse memoria, quae aliam memo-
19 riam adjuvet. Tum quae scripserunt vel cogitatione complectuntur, et aliquo signo, quo moneantur, notant: quod esse vel ex re tota potest, ut de navigatione, militia; vel ex verbo aliquo. Nam etiam excidentes, unius admo-

19. *Tum.* Guelf. Exc. Santen. *Tamen* cum Jens. Tarv. *complectuntur.* Turic. Flor. *complectitur.* *aliquo.* Sic Guelf. Camp. cum Voss. 2. Goth. Colb. Ald. *alio quo* Turic. Flor. Reliqui *alio.* *moneantur.* Turic. Flor. Camp. *moveantur* cum Goth. *moneatur* Guelf. sed correctum ex *moveatur.* Haec a Sphi inde initio laborare, nemo non sentiat admonitus. Quid est *vel* ante *complectuntur,* cui nihil deinde respondet? Nisi forte *et* interpretati sunt *etiam,* admodum quidem dure. Sed convenire fortasse videbatur *alio,* ut vulgo legunt: *etiam alio;* quam quid? quaerere libet. Nec bene coit *complectuntur* praesens cum *scripserunt* praeterito. Quare e veteribus haec eruere malim: *vel c. complexi sunt,* expungendo simul *et* velut nato ex evanido illo *sunt.* Eo quoque inclinat animus, ut servetur antiquum illud *moveantur* (quanquam mox §. 21. est *admonentur,* quod sane dubitationem injicit), quia imagine aliqua opus est, animum feriente, acri, cf. locum Cic. §. 22. In prioribus, quae hic tento, nostram plane rationem Gedoynus sequitur. Secunda igitur in hoc memoriae artificio ea est administratio, ut haerentibus jam animo nostro locis, sensus vel scriptos vel cogitatos suis quemque signis instruamus, mox locis praeparatis eosdem illaturi. Sic apparet differentia locorum et imaginum; nec quidquam video, quod intelligi nequeat in hac ratione, quanquam valde, ut nobis quidem et ipsi Quintiliano videtur, operosa. *excidentes,*

19. *complectuntur — moneantur.* cf. nott. critt.

vel ex re tota — vel ex verbo aliquo. „Signum illud vel „ex re tota assumitur, ut an„cora, si de navigatione aga„tur; vel ex verbo aliquo, ut, „si periodus incipit a verbo „*solet,* poterit *sol* esse signum.“ Ita Rollinus; quem ego recte hoc ex veterum ratione mnemonica tenuisse existimo, maxime conferendis iis, quae praecipit scriptor Herennianus 3, 20. 21.

excidentes. Recte Capper. huc advocat 11, 3, 133. ubi *excidens,* sicut et hic, pro

Digitized by Google

nitione verbi in memoriam reponuntur. Sit autem ſignum navigationis, ut ancora; militiae, ut aliquid ex armis. Haec ita digerunt. 20
Primum ſenſum veſtibulo quaſi aſſignant, ſecundum atrio, tum impluvia circumeunt, nec cubiculis modo aut exedris, ſed ſtatuis etiam ſimilibusque per ordinem committunt. Hoc

unius. Obr. de ſuo inſerit *res*, peſſime. *ſignum.* Flor. Guelf. *magnum* cum Alm. non Turic. cf. §. 13. *ancora — ut aliquid.* Bodl. *a. vel ſpiculum m. aut a.* ſolus, mire; ſed cf. §. 29. Modo in *vel ex verbo* Camp. omittit *ex.*

20. *digerunt.* Turic. *diligerunt.* Flor. *diligenter.* Guelf. *deligera* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Ald. niſi quod Jenſ. *diligere*, Tarv. autem *diligunt.* Camp. *dirigunt* cum Ald. Noſtrum narratur eſſe in Alm. (qui, pro *ita*, *itaque* habeat cum aliquot edd.), a ſec. m. in Vall. repoſitum teſtatur Badius. Prima dare videtur Andreana. *ſenſum veſtibulo.* Turic. Flor. inſerunt *bello cum*; Goth. Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. *bello tum.* Camp. pro *ſenſum* dat *locum* cum Andr. Ald. et aliquot Burm. Reliqui *ſ. vel locum v.* Noſtrum unus Badius, qui ſe omnem locum ex repoſitione, i. emendatione, Vallenſis dediſſe teſtatur. Nihil erat hinc alienius quam *locus*, ei praeſertim qui errorem lectoris caveret, in quo genere eximia eſt Quintiliani diligentia. *ſecundum atrio, tum impluvia.* Flor. Guelf. *ſ. puta aſtrictum in pluvia.* Camp. *ſ. puta atrium tum in pluvia*, cum edd. ante Bad. niſi quod Tarv. *artium*, (de Jenſ. tac. Geſn.). Goth. *ſ. puta a. t. i.* cum Voſſ. 2. ex quo Burm. *ſeculum.* *cubiculis — exedris.* Flor. Guelf. *cubilis — hedris.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. Bad. *c. — exhedris* (Goth. diremtim *ex hedris*). Tarv. *cubiculi — hexedris.* *ſtatuis.* Flor. *ſtatius.* Alm. *ſtacius.* Guelf. *ſtatus* cum Goth. Voſſ. 2. Noſtrum eſt in Camp. Andr. Ald. Obr. et aliquot Burm. Reliqui *ſtratis.* Noſtrum probat et bene exemplis illuſtrat Erneſtus in Clave Ciceron.

obliviſcente feriem orationis. Ineſt tamen ipſa *cadendi* ſimili-tudo. cf. 5, 7, 11. ubi qui „titubaverint — velut in gra„dum *reponuntur.*"

Digitized by Google

facto, cum est repetenda memoria, incipiunt ab initio loca haec recensere, et, quod cuique crediderunt, reposcunt, ut eorum imagine admonentur: ita quamlibet multa sint, quo- 988
rum meminisse oporteat, fiunt singula connexa quodam choro, ne errent conjungentes prioribus sequentia solo ediscendi labore.

voce *impluvium*. Mox Camp. *incipimus*, male. *at eorum*. Sic Guelf. Vall. ex eoque Bad. Reliqui *et e.* *ita quamlibet*. Sic Flor. *et q.* Camp. Reliqui *ut q.* *fiunt*. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. Vall. Jens. Tarv. *fiant* Locat. cum posterr. ante Ald. acc. Bad. Basil. Obr. *sunt* exhibent Exc. Santen. fortasse per errorem conferentis, in tanta alioqui hujus Cod. et Guelf. similitudine. Reliqui *sint*. Modo *multa sit* Turic. Flor. Mox pro *connexa* Flor. (a pr. m.) *nececa*, a sec. autem, nisi est error conferentis, *connixa*. *choro, ne errent*. Turic. (quanquam ex hoc refertur *coria*) Flor. Guelf. Exc. Santen. *corio onerant*. Solum *sorio* ostenditur ex Bodl. Vall. et sic est in Camp. Goth. Mox *consequentia* Flor. Camp. cum Alm.

20. *ut — admonentur*. „Ut „i. secundum quod." Badius.

fiunt singula — ediscendi labore. Hic sensus cum non constanter ita, ut hic comparet, in vetustissimis libris legatur, nos autem, quam minimum fieri potuit, concesserimus recentium mutationibus; tamen non nisi suspensi et dubitanter de ejus sententia pronunciabimus. Nexa haec omnia, quae animo affigimus, cum sint inter se per illam aedificii cujusdam magni subjacentem cunctis imaginem, cavetur error, in quem poterant incidere qui nihil aliud quam ediscunt verba ipsa, nullis nec locis nec imaginibus memoriae subvenientibus. Qualis autem ille est error? Potest enim duplici modo accipi, ut vel eo ipso erretur, quod contra quam debebant conjungunt prioribus sequentia, vel inter illud conjungendi negotium aliquid peccetur. *Conjungentes* itaque erit aut: *conjungendo*, aut: *inter conjungendum*. Prius si probas, inutile memoriae ostenditur nullis intervallis constitutis totam orationem continuando semper prioribus sequentia detexere. Et fateor hanc rationem mihi videri consentaneam iis quae praecedunt:

Digitized by Google

Quod de domo dixi, et in operibus publicis, 21
et in itinere longo, ut urbium ambitu, et pi-
cturis, fieri poteſt. Etiam fingere ſibi has
imagines licet. Opus eſt ergo locis, quae vel
finguntur, vel ſumuntur: imaginibus, vel
ſimulacris, quae utique fingenda ſunt. Imagi-
nes notae ſunt, quibus ea, quae ediſcenda

21. *ut urbium.* Camp. *et urbium* cum Goth.

notae ſunt. Turic. *voce.* Flor. *note.* Guelf. (hic an omitteret *ſunt*, non notavi; ſuſpicor tamen) Exc. Santen. *voces.* Certe quod vulgatur otioſum eſt et ejusdem vocabuli *notae — notamus* iteratione deforme. Nec quidquam vidi ſimilius gloſſae e margine textum invadenti quam haec: *Imagines notae ſunt*, vel etiam absque *ſunt*. Vox autem *quibus* ſine his optime applicatur illis proximis per parentheſin inſertis

fiunt ſingula connexa. Dum ſuus cuivis loco ſenſus aſſignatur, recenſendis omnibus ab initio locis nihil nos poteſt effugere, nec praepoſtero ordine proferri; ſimul autem ita dirimuntur quoque a ſe invicem ſenſus diverſi, ut alter in alterum ne incurrat. Habet ſane difficultatem, quod *fiunt* jungitur participio *connexa*, prae quibus expectes *connectuntur;* niſi forte, id quod verum cenſeo, *connexa* hic nominis adjectivi poteſtate dicuntur, cui tamen obſtat adjunctus voci ablativus, unde participii proprietas magis agnoſcitur. „*Choro* quo„dam" haec ſingula *connexa* ſignificavit Qu. Si recte legimus locum, petita, non quidem a domo, in qua verſabamur, ſimilitudine, ſed ab ea quae eſt in choream ducentibus manuum conjunctione; et ſuadet tale quid etiam hic probare locus noſtri geminus 9, 4, 129. „membra connexa „ſunt — ut homines — con„tinentur."

21. *Etiam fingere — licet.* Miror neminem haeſiſſe. Incommode certe *imagines* hic appellavit noſter, quod *loci* vocabulo indigebat, cum mox et ipſe et omnes omnino ſcriptores in mnemonices tractatione *imagines* ſedulo diſcernant a *locis*. Neque enim quidquam profecto voluit ſignificare, niſi quod etiam ficta aedificia, non modo quae alicubi inveniuntur extructa, poſſunt inſervire artificio mnemonico. Idem docet Herennianus 3, 19. extr.

notae ſunt. cf. not. orit.

Digitized by Google

ſunt, notamus: ut, quomodo Cicero dicit, *locis pro cera, ſimulacris pro litteris utamur.* 22 Illud quoque ad verbum ponere, optimum fuerit: *Locis eſt utendum multis, illuſtribus, explicatis, modicis intervallis: imaginibus autem agentibus, acribus, inſignitis, quae occurrere, celeriterque percutere animum poſſint.* Quo magis miror, quomodo Metrodorus in XII ſignis, per quae Sol meat, trecenos et

quae utique fingenda ſunt. Sic nexus quoque manifeſtior conjunctionis *ut utamur* cum *opus eſt.* Fortaſſe etiam cum Gesnero inſerendum *et* ante *imaginibus.* Mox *diſcenda* Camp.

22. *fuerit.* Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. *fuerat.* *modicis.* Turic. Flor. Guelf. *modis* cum Alm. *percutere.* Guelf. Exc. Santen. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) *percurrere* cum edd. ante Gryph. exc. Bad. qui e Vall. noſtrum. Modo pro *autem* Jenſ. (ſed hic per ſph. *aliqui*) Tarv. et edd. poſterr. ante Obr. acc. Roll. *aliquid.* tum Camp. *celeriter quemque.* Flor. *imaginis* pro *imaginibus.* *trecenos.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) *tricenos* cum Goth. et edd. ante Baſil. frequenti confuſione. cf. Drakenb. ad Liv. 40, 34, 8. Hic quidem ipſa *tricenorum* proceſſerit ratio,

Cicero dicit. Loco ſupra indicato de Or. 2, 86. item mox 87. Illi *de cera* et *litteris* mirifice reſpondet Herenniani dictum 3, 18. *imagines, ſicut litterae, delentur, ubi nihil illis utimur: loci, tanquam cera, remanere debent.*

22. *Metrodorus.* cf. 10, 6, 4. Qui hoc praeterea referret Metrodori artificium in artum locum plurimas infercientis imagines, non reperi quenquam. Malim autem *quod* prae illo *quomodo.* Mox unus, quod ſciam, MS. Gothanus *ſua* dat pro *ſuam;* quod ſane placet, ut ad *arte* referatur pronomen, non ad *memoriam;* poſitu etiam vocis *potius* hoc ſuadente. Jactabat ſe Metrodorus mnemonica magis ſua quam memoria; ubi alius ejus generis artifex unum et alterum in quovis ſigno Zodiaci fortaſſe locum poſuiſſet, ibi triginta definiens. De *vanitate* conſule nos ad 4, 2, 33.

Digitized by Google

ſexagenos invenerit locos. Vanitas nimirum fuit atque jactatio circa memoriam ſuam potius arte, quam natura gloriantis. Equidem 23
haec ad quaedam prodeſſe non negaverim, ut ſi rerum nomina multa, per ordinem audita, reddenda ſint. Namque in iis, quae didicerunt, locis ponunt res illas, *menſam*, ut hoc utar, *in veſtibulo*, et *pulvinum in atrio*, et ſic cetera: deinde relegentes inveniunt, ubi poſuerint. Et forſitan hoc ſunt adjuti, qui, 24

modo abſint *ſexageni*. Sed ſatis frequens distributiva ponere pro cardinalibus. cf. eundem Drakenb. ad 4, 16, 6. Manifeſtus imprimis Livii locus 9, 30, 3. *tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones*, ubi plane quae hic apud noſtrum ratio. Modo *ineat* Guelf. Camp.

23. *ut ſi rerum.* Turic. Flor. Guelf. *aut ſi r.* Camp. mox *redd. ſunt.* *ponunt.* Sic Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. Camp. Reliqui *reponunt.* *veſtibulo* — *atrio.* Turic. Flor. Guelf. (hic tamen *et* videtur omittere) Camp. *v. et populum i. a.* Reliqui *v. in atrio pulvinum*, ſed Goth. et Voſſ. 2. item *populum.* Ordinem MSS. reſtituimus, emendationem alicujus veterum illorum Criticorum, neſcio cujus, unice retinentes et probantes. Pro *menſam* in Guelf. eſt *merſam.* *ſic cetera.* Turic. Guelf. Exc. Santen. *ſi eſſet.* Mox Guelf. *relegantes* (a pr. m.) et *poſuerunt*, ubi Flor. *repoſuerint.*

24. *forſitan hoc.* Sic Obr. facillima emendatione. Adjuvat Flor. qui et ipſe nihil aliud niſi *f. hi.* Reliqui inſerunt *in.* Mox Flor. (a pr. m.) Guelf. *actione*, et hic *vendidiſſet.*

23. *Equidem haec.* Jam de hac quam nobis explicuit mnemonice pronunciat in universum, minus ei tribuens, quam vulgo ſólebant rhetores. Debebat ergo hic noſter ſenſus diligenter a praecedenti ſecerni, ne forte quis crederet, praeſtigias tantum illas Metrodori parum placere noſtro. Ciceronis quidem ſub perſona Antonii benignius eſt de hac arte judicium de Or. 2, 88. Mox *quae didicerunt* facillima correctione mutem in *quae digerunt.* cf. §. 18. 20.

Digitized by Google

auctione dimissa, quid cuique vendidissent, testibus argentariorum tabulis reddiderunt. Quod praestitisse Hortensium dicunt. Minus idem proderit in edisscendis, quae orationis perpetuae erunt. Nam et sensus non eandem 989
imaginem quam res habent, cum alterum fingendum sit: et horum tamen utcunque com-

Tum e Turic. Flor. enotatum *quae Hortensius*, non addita in illo quidem vulgata, in hoc autem diserte appositum est vulgatum *Hortensius*. Insertum itaque videri debet illud *quae* sine sensu post illa *quod praestitisse*. *utcunque*. Sic Turic. Flor. cum Alm. auctores facti conjecturae Gesnerianae, quam ipse (immemor Alm.) in textum intulerat; rectissime, et obsequentibus Bipp. Reliqui *utrumque*. cf. 10, 6, 7.

24. *Quod — Hortensium dicunt.* „Hortensius — a Si„senna provocatus in auctio„ne persedit diem totum et „omnes res et pretia et emto„res ordine suo argentariis re„cognoscentibus, ita ut in „nullo falleretur, recensuit.“ Seneca pater in praef. Controv. cf. et 10, 6, 4.

cum alterum fingendum sit. Res quidem suas secum ferunt imagines; sensus, i. cogitata nostra, si notare volumus, fingendum est aliquod nostra sponte signum, nec illud certum aut unum modo est: „nam — ita fit in *imaginibus*, „ut, quae nobis diligenter „notatae sint, eae parum vi„deantur insignes aliis.“ (Scriptor ad Herenn. 3, 23.) *Alterum* quod hic dicitur, est illud ipsum signum, quo sensum notamus, diversum illud ab eo quem demonstrat sensu; duo enim profecto sunt, ubicunque signatur alterum, alterum signat. Jam in *rebus* ne signum quidem, i. alterum illud, fingere opus est, quoniam qui *mensam* reminisci cupit, is nihil nisi mensae imaginem animo affigere necesse habet. Et hanc quidem verborum nostrorum partem rectissime expressit Gedoynus: „les pensées ayant une image „purement arbitraire.“ In reliquis vitio editionum erravit. Gesnerus *alterum* retulit ad *sensus* ipsos, qui dicantur esse fingendi, cum *res* se ipsae offerant. Sed hic *sensus* ipsi non finguntur, verum efficti et constituti ante notari modo desiderant; versamur enim in arte mnemonice, non in inventione oratoria. Labor est unicuique sensui suam dare

Digitized by Google

monet locus: sed sermonis alicujus habiti verborum contextus eadem arte quomodo comprehendetur? Mitto, quod quaedam nullis simulacris significari possunt, ut certe

locus. Hoc dant Turic. Flor. cum Alm. Colb. item margine Badii, exulans ab omnibus reliquis. Gesnerus carens nostro vocabulo (cum non attendisset illam in Burm. ed. commemorationem), ad *commonet* intelligere cogebatur *ars ista*, dure profecto; sed aliquanto major criticus Gallaeo, qui et hic remedium suum tentat, *addititia* haec verba *cum alterum — commonet* pronuncians *et* (i. *quia*) *inexplicabilia*. cf. 10, 3, 2.

sed — habiti. Turic. Flor. *sicut s. alicui habitu* cum Alm. nisi quod *sic.* Guelf. Exc. Santen. *si cum s. a. habitu* cum Goth. et fortasse Bodl. Andr. ex quibus non affertur *habitu.* Camp. *si cum s. a. habiti* (nisi forte in postremo erravi, quod et ibi esset *habitu*). Jens. *sed cum — habitu* cum edd. posterr. ante Basil. exc. Ald. qui ex vaga Regii conjectura *sed cum s. a. habiti*, insertis mox post *contextus* hisce: *est ediscendus.* Mihi quidem *sermo habitus* hoc loco plane non ferendus videtur; quo accedit foediissima genitivorum coacervatio, *sermonis habiti verborum contextus;* et fortasse debebam in Jensoniana acquiescere, cujus haec sententia: *Sed quomodo simul cum toto sermonis alicujus habitu poterit verborum quoque contextus eadem hac mnemonice comprehendi et contineri:* sed retinebat, quod vetustissimi illi *sicut* dant, non *si cum.* Inde efficias: *sed, ut* (potestate *quanquam*) *s. a. habitus, verborum — comprehendetur?* Camp. *comprehenditur* cum Jens. Tarv.

25. *certe.* Sic Guelf. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. Basil. Vidov., quod ipsum conjiciebat Gesn. Reliqui *certae*, nisi quod Jens. *caeterae*, Tarv. *caetere.* Modo Flor. (a pr. m.) *significet.* Annotatum est e Flor. *possunt*, quod et ipse e Camp. retuli, quasi in editis esset *possint.* Nunc suspicor in illis (Flor. et

imaginem. Aliquo tamen modo (*utcunque*) huic necessitati succurrit *locus;* et qui v. c. *atrio* domus illius memoriam occupantis assignavit certum orationis suae sensum, admonebitur illius, dum *atrium* animo obversatur, etiamsi obscurior fuerit *imago*, qua eundem instruxerat sensum.

sed — habiti. cf. not. crit.

Digitized by Google

conjunctiones. Habeamus enim ſane, ut qui notis ſcribunt, certas imagines omnium, et loca ſcilicet infinita, per quae verba, quot ſunt in quinque contra Verrem ſecundae actionis libris, explicentur, ut meminerimus etiam omnium quaſi depoſitorum: nonne impediri quidem eorum, quae dicit decurſum neceſſe

Camp.) eſſe conjunctivum. *ſcilicet.* Camp. *ſed;* male, ineſt enim levis irriſio eorum, qui innumera ſolent loca conſtituere, velut Metrodorus in Zodiaco. Nec correctione Obr. indigemus *nominum* pro *omnium.* Modo Flor. *noti.* Guelf. *notae.* *per quae.* Turic. Guelf. *p. quem.* *quot ſunt in quinque.* Turic. Flor. *quod ſ. i. q.* Guelf. *ſunt in quae ſunt i. q.* Reliqui *quae ſ. i. q.* Noſtrum leviſſima mutatione ex antiquiſſimis illis derivatum eſt; aptum illud imprimis in tam manifeſto exemplo. *ut meminerimus.* Turic. (hic etiam *memineribus*) Flor. Guelf. *ne m.* Guelf. mox *impedire.* *quidem — decurſum.* Turic. *quod quae dicit dicurſum.* Flor. Guelf. *quod quae d. d.* cum Alm. Ex hisce vetuſtiſſimorum ſcripturis tale loco auxilium quaeſivi: „meminerimus etiam" (delevimus *se*, velut natum ex errore repetendi litteras ſimiles; *ut* deinde ab librariis refictum; pendet autem

25. *conjunctiones.* „Sive „grammatice accipias hanc „vocem, verum eſt; da mihi „enim notam, quae clare bre„viterque ſignet *nam, enim„vero, tametſi?* ſive conjun„ctiones intelligas connecten„di et transeundi formulas. „Cic. de Or. 2, 88. pr. *Multa „ſunt verba, quae quaſi arti„culi connectunt membra ora„tionis, quae formari ſimilitu„dine nulla poſſunt: eorum „fingendae notae ſunt imagi„nes, quibus ſemper utamur.*" Geſnerus. In *conjunctionibus* cf. 1, 4, 18.

qui notis ſcribunt i. notarii, de quibus vide 7, 2, 24.

ut meminerimus — decurſum. Haec minime ſunt ſana, et eſt de iis diſpiciendum in nott. critt. Sententia manifeſta. Gravatur autem hanc ipſam mnemonices reprehenſionem Antonius apud Cic. de Orat. 2, 88. *Neque verum eſt, quod ab inertibus dicitur, opprimi memoriam imaginum pondere, et obſcurari etiam id, quod per ſe natura tenere potuiſſet.*

Digitized by Google

est duplici memoriae cura? Nam quomodo 26
poterunt copulata fluere, si propter singula
verba ad singulas formas respiciendum erit?
Quare et Charmadas et Scepsius, de quo modo
dixi, Metrodorus, quos Cicero dicit usos hac
exercitatione, sibi habeant sua: nos simpli-
ciora tradamus. Si longior complectenda me- 27
moria fuerit oratio, proderit per partes edi-
scere: laborat enim maxime onere: et hae
partes non sint perexiguae: alioqui rursus
multae erunt, et eam distinguent atque conci-
dent. Nec utique certum imperaverim mo-
dum, sed maxime ut quisque finietur locus:
990 ni forte tam numerosus, ut ipse quoque di-

oratio ab illa concessione orsa supra *Habeamus sane*, cf. 5, 10, 1.) „o. q. d.: nonne" (malim *non* solum, cf. 11, 1, 50.) „impediri *quoque*" (tantum abest ut adjuvetur hoc artificio mnemonico) „*dicendi cursum* n. e. d. m. cura?"

26. *Charmadas.* Flor. *Charneades*, et reliqui ante Burm. omnes *Carneades.* Nostrum esse in Turic. conferentis silentium testatur. cf. Cic. de Or. 2, 88. Ern. not. Capperonerius demonstrat Fortunatianum ex Pithoeanis Charmadae memorem p. 75.

27. *rursus.* Sic Turic. Flor. Guelf. cum Alm. Reliqui *nimis.* Mox Turic. Flor. *mute.* Guelf. conjunctim *mutuerunt, modum.* Turic. Flor. Guelf. *modo* cum Goth. Voss. 2. Jens. Tarv. non Camp. Regius correxit. *ni forte.* Sic Flor. Guelf. cum Goth. Jens. et edd. posterr. ante Gryph. *in f.* Turic. (cf. de hac confusione Drakenb. ad Liv. 38, 50, 1.) Reliqui *nisi f.* quorum et Camp. cf. eundem ad 23, 1, 8. Suspicor autem post *forte* intercidisse *est. tam numerosus.* Sic Turic. Guelf. Camp. cum Goth. Voss. 2. cum edd.

27. *laborat.* Malim *laboratur* (cf. 11, 3, 57.); neque enim in activo subjectum est manifestum. et mox *sed* pro *et. locus.* Certa tractandi propositi pars; *materiam* barbare dicimus. *numerosum* cf. ad 10, 5, 9.

Digitized by Google

28 vidi debeat. Dandi sunt certi quidam termini, ut contextum verborum, qui est difficillimus, continuet crebra meditatio, partes deinceps ipsas repetitus ordo conjungat. Non est inutile, iis, quae difficilius haereant, aliquas apponere notas, quarum recordatio commo-
29 neat et quasi excitet memoriam. Nemo etiam fere tam infelix, ut, quod cuique loco signum destinaverit, nesciat: ut, si erit tardus ad hoc, eo quoque adhuc remedio utatur, ut ipsae

ante Ald. acc. Bad. Reliqui inserunt *sit* Regio suadente; sed Badius (quanquam inepta quaedam de hexametri clausula causatus) verissime monuit, adjectivum pendere e verbo *finietur*. Mox Goth. *divelli* pro *dividi*, mire, nec inelegantер.

28. *partes — ipsas*. Flor. Guelf. (qui et τελείαν στιγμὴν ante *deinceps*) *partis — ipsa*. Prius cum ipsa illa diremtione et Exc. Santen. Modo pro *continuet* Guelf. *continet*, Obr. *contineat*. *inutile — difficilius*. Turic. *inutilisque difficilius*. Flor. Guelf. Exc. Santen. *inutilis quo difficilius*. Ex Goth. nil nisi *inutilis*, ex Alm. contra solum *difficilius* affertur. Reliqui *inutile*, *quo facilius*. Nostram e Turic. exsculpsimus. Recepta enim singulis, quae edisсenda sunt, notas apponere jubet, quod erat in illa, quam improbavit, arte. *apponere*. Goth. (tac. Gesn.) *opponere* cum Voss. 2. *ponere* Obr. mire. Mox Camp. *quae* pro *quasi*.

29. *ut, si erit — notae*. Turic. Flor. Guelf. *ut, s. e. trandus* (Flor. a sec. m. *tradendus* et sic Guelf.) *ad hoc — remedium utitur ut ipsae* (Turic. Guelf. *ipse*) *n.* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. qui tamen omnes *tradendus*, ipso accedente in hac quidem voce Aldo. Ex Alm. omissio tantum verbi *excitent* memorata, per conferentium neglectum profecto. Sed Camp. e recepta nihil quidquam mutat, nisi quod *utitur* dat. Non igitur a Badio solo *tardus*; qui sic se legere testatur, et jam tum *excitent* insertum, ac *remedio* refictum. In hacce stribligine cumulandi maxime *ut*, quod ter legitur in brevis-

29. *ut, si erit tardus — supra posui*. cf. nott. critt.

Digitized by Google

excitent notae. Hoc enim est ex illa arte non inutile, attendere signa ad eos, qui excidunt, sensus: *ancoram*, ut supra posui, si de nave

simo sensu structura minime latina, potuisse acquiescere tot VV. DD. jure mireris. Timide quidem, sed ut aliqua tamen laboranti loco medicina quaeratur, haec tento: *aut si erit tardus aliquis usque eo quoque, ad hoc remedium sunt iterum ipsae notae.* Si per compendium esset scriptum *aliquis*, poterat turbari aliquid ob illud, quo oculus aberrabat, insequens *ad hoc*. „Si una ad commonefaciendum non suffecerit nota, „quia obliti eramus, quo maxime pertineret; alteram (hoc „est in *iterum*) apponendo priori illi, vincimus eam et suo „loco alligamus." Fateor *tardus* paulo acerbius dictum videri, cum mira ante modestia Qu. leniisset idem *infelicem* appellando. cf. 10, 1, 7. Sed veram esse vetustissimam illam scripturae *trandus* emendationem, totius loci habitus dubitare non sinit. Ita mox §. 34. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Ambr. 2. *tradatur* pro *tardatur*. *Hoc enim est.* Sic Flor. quanquam inserto a sec. demum manu *enim*. Turic. *h H est*, in quibus nostra ipsa latere unusquisque videt (cf. 8. Pro. 15.). Reliqui *Hinc est*, nisi quod Bad. *Hic e*. Mox Guelf. omittit *ex* cum Goth. 2. Pro *illa* Camp. *ipsa* cum Goth. Voss. 2. Ald. *attendere signa ad eos*. Turic. Flor. *adtentus a. e.* Guelf. Camp. *attentus a. e.* cum Alm. Goth. 1. 2. Voss. 2. Bodl. et edd. ante Bad. qui repente nostrum, ratione reddita nulla. Mox *exciderunt* a Badio inde ante Obr. acc. Roll. Burm. Capper. (item Alm. ut referunt, falso profecto, neque enim ullus sic codex). Pro *attendere* Obr. *appendere*, conjiciente hoc jam Francio. *posui*. Flor. (a pr. m.) Camp. *proposui*. Ne hic quidem sensus recte legitur. Suspicor autem, trajiciendis vocabulis factum esse, ut *ad sensus eos, qui exc.* scriberetur in aliis Codd. in aliis autem *ad eos qui excidunt sensus*, quae ratio sane elegantior. Mox jungendo duas scripturas exorta est praepostera illa veterum constitutio *non inutile adtentus a. e. q. e. sensus*. Nec *adtentus* per D scriptum invenio aliis locis in Turic. Flor. Ejecto igitur male nato illo *attendendi* verbo, difficilior fit ratio accusativi in *ancoram*, quod etsi facile refingatur in *ancora*, malim tamen repeti a *proposui* (nam hoc praefero, cf. 4, 1, 39.); quo hoc maxime deducor, quod *esset* scribitur, pendens illud e praeterito *proposui*, non *est*, quo opus erat in vulgata constitutione. Nam

Digitized by Google

50 dicendum esset: *spiculum*, si de proelio. Multum enim signa faciunt, et ex alia memoria venit alia: ut cum translatus annulus vel alligatus commoneat nos, cur id fecerimus. Haec magis adhuc astringunt, qui memoriam ab aliquo simili transferunt ad id, quod continendum est: ut in nominibus, si *Fabius* forte sit tenendus, referamus ad illum *Cunctatorem*, qui excidere non potest: aut ad aliquem amicum, qui idem vocetur. quod est facilius in *Apris*, et in *Ursis*, et *Nasone*, aut *Crispo*, ut

51

qui hoc reponat pro illo, parum critice faciat. Itaque sic legam verba nostra: *Hoc enim est ex arte illa, non inutile ad eos qui excidunt sensus* (repetit quae modo dixerat: *non est inutile iis, quae difficilius haereant, aliquas apponere notas*); *ancoram, ut supra proposui, si de nave dic. esset, spiculum, si de proelio.* ad quae cf. §. 20.

50. *cur id.* Turic. Flor. Guelf. *cum his.* Tarv. *cum haec* cum Voss. 2. Goth. *cum iis* Jens. Modo Turic. Flor. Camp. *commoveat.* Goth. paulo ante *et supra*, item *et cum.*

qui memoriam. Sic Turic. Flor. Guelf. Reliqui *quae m.* Modo Camp. *stringunt.*

51. *et in Ursis.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui omittunt *in.* Modo Guelf. *consitatorem.* Mox pro *nomina omnia* Turic. Flor. Guelf., priores duo quidem et *in omnibus* antea. Mox Camp. *Aut id mem.*

50. *ut cum — commoneat.* cf. 5, 10, 44.

magis — astringunt i. firmiora reddunt, cf. 2, 2, 4. ad quem usum cf. exemplum Cic. ad Att. 10, 6. „pater — quid-„quid ego *astrinxi*, relaxat."

quod continendum est i. retinendum, ut 10, 7, 18.

51. *quod est facilius.* Malim fere *quo e. f.*

in Apris, et in Ursis. Utrumque cognomen in quibusdam gentibus usurpatum est, velut prius in Flavia apud Plin. epp. 5, 14, 4. in Arria apud Vopiscum in Numeriano, alterum frequens in inscriptionibus apud Gruterum et Muratorium. Artificium hoc mnemonicum qui inter recentes studiis adhibuerint, recen-

Digitized by Google

id memoriae affigatur, unde ſunt nomina. Origo quoque aliquando declinatorum te-
991 nendi magis cauſa eſt, ut in *Cicerone*, *Verrio*, *Aurelio*, ſi debent inferi. Illud neminem non 32
juvabit, iisdem, quibus ſcripſerit, ceris edi-
ſcere. Sequitur enim veſtigiis quibusdam memoriam, et velut oculis intuetur non pagi-
nas modo, ſed verſus prope ipſos, qui tum

ſi — inferi. Turic. *ſed hȳ miſceri.* Flor. *ſed hi miſeri.* Alm. *ſi hi miſceri.* Guelf. Camp. *ſi debet miſceri* cum Bodl. *ſi debet inferi* Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. qui primus pluralem in verbo. Parum juvit locum Obr. diſtinctione mutata, ut ad ſequentia haec pertinerent: *ſi debet miſceri illud, neminem.* Burm. et ipſe transitum ad proxima agnoſcens: *Si* (vel *ſed*) *taedet his inhaerere: illud* cet. Mihi ſuccurrit: *Sed habet miſeriam* (cf. 1, 8, 18. 5, 14, 31.) — in quo tamen abruptum illud et undique praeciſum minime placet. Turic. compendium parum intelligo. *magas* ſupra pro *magis* in Jenſ. ex ſphalmate eſſe teſtatur Tarv. carens hoc vitio. Inveteratius illud, quod Flor. Guelf. mox *ceteris* pro *ceris*.

32. *Sequitur.* Turic. *ſq̄.* Flor. *ſ. q̄.* Hic a ſec. m. *ſecuntur*, et ſic Camp. Guelf. (ſed hic cum cett. *ſequuntur*) cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. Quod mox inſerunt *in* poſt *enim* Jenſ. Tarv. merus error. *quibusdam.* Turic. *quisdam.* Flor. (a pr. m.) *quasdam.* *intuetur — modo.* Turic. Flor. Guelf. *intuentur non paginis mihi.* Camp. *intuentur non paginas modo* cum Goth. *qui tum.* Turic. Flor. Guelf. *quem cum* cum Alm. Sed Camp. *quae tum* cum Goth. Voſſ. 2.

ſentem Morhofium in Polyhiſt. 1, 2, 6. 48. ſeq. demonſtrat Geſnerus.

Cicerone, Verrio, Aurelio. De primi tertiique horum nominum origine veteres loquuntur, ut Plinius, Plutarchus, de Aurelio autem Feſtus in voce. Verrii qui originem demonſtraret, neminem reperi.

ſi debent inferi. cf. not. crit.

32. *Sequitur — ſimilis legenti.* Etſi ſententia utcunque eruitur ex verbis hisce; duriſſima tamen eſt illa tam longa ſubjecti dilatio, quod in fine tantum comparet: *qui dicit.* Quare conſulendae nott. critt.

Digitized by Google

dicit, ſimilis legenti. Jam vero ſi litura aut adjectio aliqua atque mutatio interveniat, ſigna ſunt quaedam, quae intuentes deerrare non
33 poſſumus. Haec ratio, ut eſt illi, de qua primum locutus ſum, arti non diſſimilis, ita, ſi quid me experimenta docuerunt, et expeditior et potentior. Ediſcere tacite (nam id quoque eſt quaeſitum) erat optimum, ſi non

Jenſ. Tarv. Equidem haec ita refingam: *Sequimur enim v. q. m. e. v. o. intuemur — quaecunque dicimus ſimiles legenti.* Continuo in *poſſumus* prima perſona infertur. Nec quisquam dixerit, ſubjectum elici ex *nemo* praecedente, etſi ibi *ſcripſerit* inde poterat pendere, ubi praeter neceſſitatem Francius tentat *ſcripſeris*. Alia ratio §. 46. qui locus tamen hunc defendere videri poteſt. Niſi forte et *legentibus* ſcribemus, cf. §. 47.

atque mutatio. Sic Goth. (tac. Geſn.) Camp. *atque mutata* Turic. Flor. Guelf. Reliqui *aut mutatio.* Modo Flor. *litore ut.* Guelf. *litterae ut.* Mox *deerrare* Turic. quoque et Flor. cum Alm. et Palat. Gebh. quo a Burm. inde rectiſſime mutarunt *errare* reliquorum libb. omnium.

33. *Haec ratio.* Recepi olitoris illius Gallaei opportunam conjecturam pro libb. omnium *Eſt r.* *ut eſt illi. Sic* Turic. Flor. Guelf. Exc. Santen. (poſteriorum quidem uterque *illa*) cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. *ut et illi* Camp. Tarv. cum Ald. Reliqui omittunt *eſt.* *eſt quaeſitum.* Turic. *eſtque ſitum.* Flor. *e. queſitum.* Guelf. Exc. Santen. *e. quod ſitum* cum Alm. ex quo *e. quod ſi tum*, falſo profecto, (cf. §. 13.). *eſt quod* ſine adjectione Goth. Voſſ. 2. Reliqui ante Geſn. *eſt quod tum*, diremtione multum diverſa. Continuant enim ſenſum priorem usque ad *ediſcere tacite;* novum ordientes poſt στιγμὴν τελείαν *Nam id quoque eſt quod tum.* Nec premenda laus Gallaei meliorem diſtinctionem ſuadentis; aut Burmanni *quaeſitum* illud ſola conjectura eruentis. Ille quidem et hic cultro rem gerebat, reponens: *Ediſcere tacitum erat optimum*, in quo tamen *tacitum* prae *tacite* mirifice placet; niſi forte mavis *tacentem*, vel *tacentes.* *ſi non.*

33. *illi* — *arti* i. mnemonicae, tractatae §§. 18 — 23. cf. §. 29.

Digitized by Google

ſubirent velut otioſum animum plerumque aliae cogitationes, propter quas excitandus eſt voce, ut duplici motu juvetur memoria, dicendi et audiendi. Sed haec vox ſit modica, et magis murmur. Qui autem legente 34
alio ediſcit, in parte tardatur, quod acrior eſt oculorum, quam aurium ſenſus: in parte juvari poteſt, quod, cum ſemel aut bis audierit, continuo illi memoriam ſuam experiri licet,
99a et cum legente contendere. Nam et alioqui id maxime faciendum eſt, ut nos ſubinde tentemus: quia continua lectio, et quae magis, et quae minus haerent, aequaliter transit. In 35
experiendo, teneasne, et major intentio eſt, et nihil ſupervacui temporis perit, quo etiam, quae tenemus, repeti ſolent: ita ſola, quae exciderunt, retractantur, ut crebra iteratione

Turic. Flor. Guelf. omittunt *ſi* cum Alm. Omittit *id* modo ante *quoque* Guelf. item mox dat *voci* cum Exc. Santen. item *decuerunt* Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. *et audiendi.* Turic. omittit cum Alm. non Flor. (cf. modo.) Goth. hic *modo* pro *motu*, quod ipſum optabat Francius, male.

34. *acrior eſt.* Turic. omittit, ſolus. *et quae minus.* Ambr. 2. omittit. Guelf. *et minus.* Modo *id* omittit Flor. et paulo ante *licet* abeſt ab Voſſ. 1. 3. *haerent, aequaliter.* Flor. *harent ae.* Ambr. 2. *haerente qualiter.* Camp. (niſi quod per E) *haeret ae.* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Bad.

35. *repeti.* Flor. Guelf. Exc. Santen. Camp. *reperiri* cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Bodl. Ioann. et edd. ante Ald. *reperiti* Ambr. 2. Modo Camp. *ſupervacanei* cum Andr. Ald. Sed Goth. *petit* pro *perit.* Guelf. *quo tenemus.* Illa, quae eſt in Voſſ. 2, omiſſione horum: *ita ſola — quanquam ſolent* caret Goth. Contra in Guelf. deſiderantur haec: *quanquam ſolent — quod exciderunt. iteratione.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2.

Digitized by Google

firmentur: quanquam ſolent hoc ipſo maxime haerere, quod exciderunt. Illud ediſcendo ſcribendoque commune eſt, utrique plurimum conferre bonam valetudinem, digeſtum cibum, animum cogitationibus aliis liberum.
36 Verum et in iis, quae ſcripſimus, complectendis multum valent, et in iis, quae cogitamus, continendis prope ſolae (excepta, quae potentiſſima eſt, exercitatione) *diviſio* et *compoſitio*. Nam qui recte diviſerit, nunquam poterit in
37 rerum ordine errare. Certa ſunt enim non ſolum in digerendis quaeſtionibus, ſed etiam in exequendis, ſi modo recte dicimus, prima ac ſecunda, et deinceps: cohaeretque omnis rerum copulatio, ut ei nihil neque ſubtrahi

(qui et *creba*) Camp. cum Stoer. Chouet. Leid. Roll. Obr. *intentione* Voſſ. 1. Reliqui *reiteratione*, defendente male Gibſono exemplo, quod eſt 2, 4, 13. cf. Oudendorp. ad Sueton. Claud. c. 17. extr. Modo Turic. *ſcribendo* ſine *que*.

36. *Verum et in iis.* Sic Ambr. 2. Camp. *V. etiam i. i.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. qui *V. his.* Guelf. *V. et his.* Reliqui *V. et in his.* *ſolae — exercitatione.* Turic. Flor. (ſed hic ſine praep. *ex*) *ſola quae pot. eſt et ex exercitatione.* Ambr. 2. Guelf. Camp. (quanquam hic non habet *et*) *ſola excepta q. p. eſt et e.* cum Voſſ. 3. Bern. Error in *ſola* natus e ſequente E in *excepta*, neque erat quod iis hoc annumeraret exemplis Burmannus, de quibus agit ad 7, 4, 31. *potiſſima* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Chouet. exc. Ald. Quod Alm. ejusdem accuſatur ſcripturae, confuſionem interpretor Voſſ. 2. ponere volentis (cf. §. 33.). Sed §. 40. *potiſſimum* Camp. cum Andr. Baſil. et aliquot Burm. Dein Voſſ. 1. *in* praemittit voci *exercitatione*.

37. *ei nihil.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *et n.* cf. 5, 10, 96.

37. *ſi modo recte dicimus.* Niſi forte ornamentis tam ambitioſe indulgemus, ut eorum nimio ſplendore rerum ipſarum compagem et articulos obſcuremus.

Digitized by Google

fine manifesto intellectu, neque inferi possit.
993 An vero Scaevola in lusu duodecim scripto- 38
rum, cum prior calculum promovisset, esset-
que victus, dum rus tendit, repetito totius
certaminis ordine, quo dato erraſſet recorda-

modo *dirigendis* solito errore Goth. (tac. Gesn.) cf. 11, 1, 6.

38. *scriptorum.* Goth. *scruporum* cum Vall. Jens. et edd. posterr. ante Burm. exc. duabus. Nec dubito, quin Voss. 2. quoque idem det, quanquam et hic et Alm. Voss. que 1. 6. silentur a Burm. Vnde apparet, vilioribus Codd. accensendos illos tres. Nostrum enim est in Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. ipso, Rusc. et Leid. quarum edd. ultima collata secum Exc. Santen. trahere videtur, acc. (teste Thoma Hyde in opere de Nerdiludio) Bodl. (cujus hic omissam mentionem Gibsono recte exprobrat Burm.) itemque Bern. *rus tendit.* Flor. *ostendit* cum Alm. (non Turic. cf. §. 36.) *reus tendit*

38. *An vero — minus idem ordo.* cf. 10, 3, 29. De ludo *duodecim scriptorum* hic agere nihil attinet, Lexicis (in voce Scriptum) quaevis eo facientia larga manu praebentibus. Consulenda etiam Clavis Ciceroniana Ernesti. Id tamen non praetermittendum, celebratam fuisse apud veteres in Mucio Scaevola, summo ICto, hujus ludi peritiam, cf. Cic. de Or. 1, 50. item vetus Epigramma a Salmasio prolatum ad Vopisci Proculum c. 13. et repetitum a Gesn. in Thesauro, a Burmanno in Anthol. III. Ep. 77. ubi vid. notas: — *Hoc opus* (i. hunc ludum) — *amavit* — *excellens Mucius ingenio.* Errores in dandis calculis (*dare* enim in hac re verbum proprium) commissos revocare licuisse, aliquot veterum locis, ut et nostro, apparet: vide imprimis Auson. Professor. 1, 25, locum Gesnero citatum in Thesauro, ubi itidem jactuum et datorum in hoc loco memoria laudatur. Similis in πεττεία Graecorum libertas, quo respicit Plato in Gorgia p. 461. d. et distertius auctor Hipparchi p. 229. e. Vid. Boeckh. in Plat. Minoëm p. 40. Fateor autem, quid ad historiam nostram faciat, *quod prior calculum promovisset*, mihi non liquere. An, cujus prima esset calculi promotio, si recte luderet, non poterat vinci?

Digitized by Google

tus, rediit ad eum, quicum luſerat, isque ita factum eſſe confeſſus eſt: minus idem ordo valebit in oratione, praeſertim totus noſtro arbitrio conſtitutus, cum tantum ille valeat
39 alternus? Etiam quae bene compoſita erunt, memoriam ſerie ſua ducent. Nam ſicut facilius verſus ediſcimus, quam proſam orationem: ita proſae vincta, quam diſſoluta. Sic contingit, ut etiam quae ex tempore videbantur effuſa, ad verbum repetita reddantur: quod meae quoque memoriae mediocritatem ſequebatur, ſi quando interventus aliquorum,

Guelf. Exc. Santen. *quicum luſerat.* Turic. *quo die eum cluſerat.* Flor. *quo die cum luſerat,* ſed a ſec. m. *quo cum l.* et ſic Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. Camp. cum Voſſ. 1. 3. Bern. Equidem per transpoſitionem e vetuſtis illis eruo: *quocum* (an *quicum*) *pridie* (inde eſſe litteram ſuſpicor, quae verbo *luſerat* praemittitur in Turic.) *luſerat,* quo major appareat memoriae vis. *conſtitutus.* Turic. Flor. Camp. *conſtructus* cum Alm. Bodl. Andr. An fuit *conſtrictus*? cf. 1, 13, 1. 7, 3, 14. nihil hic fuerit niſi *firmiter comprehenſus.* Mox Camp. *alterius.* „*Alterius* conjiciebat Francius, ſed perperam, „in duodecim enim ſcriptorum ludo alternis luditur, et calculi promoventur." Burmannus.

39. *proſae vincta, quam diſſoluta.* Sic ed. Leid. Choueti marg. Ambr. 2. (niſi quod hic *proſe*). Sed Turic. *proſe victata q. diſſoluta.* Flor. *proſae junctata* (a ſec. m. *juncta*) *q. diſſoluta.* Guelf. Exc. Santen. (in Exc. quidem *diſſoluta* non memoratur) *per ſe juncta q. diſſoluta.* Camp. *proſae juncta q. diſſoluta.* Reliqui *proſam vinctam q. diſſolutam,* quod aures ipſae reſpuunt. Noſtram ſcripturam inſcius miratur Gibſ., probat peritus Burm. Ceterum Goth. Jenſ. *junctam* cum Voſſ. 2. et edd. poſterr. ante Bad. E Voſſ. 3. *evincta* memorat Burm., fidem noſtrae faciens. Mox *contigit* Turic. Flor. *ſequebatur.* Guelf. Goth. (tac. Geſn. ſed a pr. tantum m.) *ſequebatur.* cf. 10, 2, 26.

quicum luſerat. cf. not. crit.
conſtitutus. cf. not. crit.

Digitized by Google

qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coëgiſſet: nec eſt mendacio locus, ſalvis qui interfuerunt. Si quis tamen 40
unam maximamque a me artem memoriae quaerat, *exercitatio* eſt et *labor*: multa ediſcere, multa cogitare, et, ſi fieri poteſt, quotidie, potentiſſimum eſt. Nihil aeque vel augetur cura, vel negligentia intercidit. Quare et pueri ſtatim, 41
ut praecepi, quam plurima ediſcant, et, quaecunque aetas operam juvandae ſtudio memoriae dabit, devoret initio taedium illud et ſcripta et lecta ſaepius revolvendi, et quaſi eundem cibum remandendi. Quod ipſum hoc
994 fieri poteſt levius, ſi pauca primum, et quae

bantur cum Voſſ. 3. Ordinant Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Stoer. ita: *mediocr. mem.* quod neſcio quomodo praeplacet. *coëgiſſet.* Guelf. Exc. Santen. *cogitaſſet.* Mox lepidus in Voſſ. 3. error *emendatio* pro *eſt mendacio;* et plane ſomnolentiae index in Voſſ. 1. *honorare* pro *iterare.* Pro *nec eſt m.* Flor. (a pr. m.) *neceſſe eſt m.* Modo Guelf. *merentur.* Flor. *quia hunc* pro *qui h.*

40. *ediſcere.* Turic. Flor. Camp. *diſcere.* Mox Turic. *concitare,* ubi Ioann. Voſſ. 1. 3. *agitare:* ſed ante *ediſc.* Voſſ. 3. *multa* omittit. Haec in Florilegio Santen. corrupte enotantur: *maxima memoriae ars eſt exercitatio · nil eque augetur ut cura · vel intercidit ut negligentia.* Mox Ambr. 2. *plurime diſcant.* Guelf. *p. diſcant.*

41. *et lecta.* Turic. Flor. omittunt cum Alm. Mox Turic. *revolundi.* Camp. *remordendi* pro *remand.* et omittit *et* ante *ſcr.* *levius.* Leid. *lenius,* per ſph. haud dubie, nec egebat loquacitate improbantis recte quidem Gibſoni.

nec eſt mendacio — interfuerunt. Neſcio quomodo displicet haec aſſeverandi diligentia. Sed ea ſupra quoque uſus eſt. 4, 2, 86.

41. *ſtudio* i. arte et induſtria. Non deſideraturus eras vocem, ſi abeſſet. *Praecepit* haec noſter 1, 1, 35. et 2, 7, 25. ſq.

Digitized by Google

odium non afferant, coeperimus ediſcere: tum quotidie adjicere ſingulos verſus, quorum acceſſio labori ſenſum incrementi non afferat, in ſummam ad infinitum usque perveniat: et poëtica prius, tum oratorum, noviſſime etiam ſolutiora numeris, et magis ab uſu dicendi
42 remota, qualia ſunt jurisconsultorum. Difficiliora enim debent eſſe, quae exercent, quo ſit levius ipſum illud, in quod exercent: ut athletae ponderibus plumbeis aſſuefaciunt manus, quibus vacuis et nudis in certamine utendum eſt. Non omittam etiam, quod quotidianis experimentis deprehenditur, minime fidelem eſſe paulo tardioribus ingeniis recen-
45 tem memoriam. Mirum dictu eſt, nec in promtu ratio, quantum nox interpoſita affe-

odium. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. Camp. cum Alm. Bodl. Voſſ. 1. 3. Andr. et aliquot Burm. Reliqui *taedium.* Modo *pauci* Ambr. 2. Guelf. item mox Turic. Flor. (hic a pr. m.) *adſervant* cum Alm. Omittunt *ſingulos* Turic. Flor. Alm. Quod Turic. Guelf. Exc. Santen. *addicere,* levius ſane. Pro *ad inf.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *ac i.* cum Voſſ. 2. Jenſ. cf. 10, 7, 24. *prius, tum.* Turic. *pustum* (etiam *oratorium*). Camp. *prius poſtmodum.*

42. *plumbeis aſſuefaciunt.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *publicis adſuefacerent.* Ex Alm. nonniſi *publicis.* Iſta *quo ſit — exercent* omittit Camp.

43. *promtu ratio.* Turic. Flor. (hic a. pr. m.) *propter ratio.* Alm. poſt compendium vocis *propter* habet: *cura.* Modo

odium laboris hujus. cf. 8, 5, 30. Hic quidem, quod raro ei contingit, *taedium* modo poſitum eleganter *odio* variavit, ne idem recurreret.

ab uſu dicendi i. oratorio, ne forte uſum *loquendi* intelligas, qui eſt etiam remotior ab orandi majeſtate, quam ICtorum illa carmina.

Digitized by Google

rat firmitatis, ſive requieſcit labor ille, cujus ſibi ipſa fatigatio obſtabat, ſive concoquitur, ſeu maturatur, quae firmiſſima ejus pars eſt, recordatio: quae ſtatim referri non poterant, contexuntur poſtera die, confirmatque memoriam idem illud tempus, quod eſſe in cauſa ſolet oblivionis. Etiam illa praevelox fere cito 44
effluit, et, velut praeſenti officio functa nihil in poſterum debeat, tanquam dimiſſa discedit. Nec eſt mirum, magis haerere animo, quae diutius affixa ſint. Ex hac ingeniorum diverſitate nata dubitatio eſt, *ad verbum ſit ediſcendum dicturis, an vim modo rerum atque ordinem complecti ſatis ſit:* de quo ſine dubio non poteſt in univerſum pronunciari. Nam ſi me- 45

Turic. Flor. *dictum.* *requieſcit.* Sic Ambr. 2. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum edd. ante Baſil. *requies cum* Turic. Flor. cum Alm. Reliqui *quieſcit.* *ſive concoquitur, ſeu maturatur, quae firm.* Sic Turic. Flor. niſi quod ex hoc non refertur *quae.* Reliqui *ſ. maturatur atque concoquitur ſeu firmiſſima,* exc. Camp. qui in extremis hisce *ſive quod firmiſſima;* et Jenſ. *ac coquitur* cum edd. poſterr. ante Ald. (cf. 8, 4, 16.) item Goth. *ſive concoquitur.* *poſtera die.* Camp. *poſtero d.* cum Ald. Bad. Baſil. Gryph. Gibſ. Obr. Roll. cf. 6, 3, 90. Mox *confirmant quae* Turic. Guelf. Modo *contextum* Camp. item *referre* cum Ruſc.

44. *eſt, ad verbum.* Sic Turic. Ambr. 2. Camp. cum Goth. Vall. Voſſ. 1. 3. (e Voſſ. 2. affertur *an adverbium*) Geſn. Bip. *eſt an v.* Guelf. cum Jenſ. Tarv. Reliqui *e. an ad v.* quorum Flor. eſſe mirer. Burm. noſtrum probans debebat recipere; cf. 5, 13, 11. Modo Goth. (tac. Geſn.) Camp. *pervelox.* Guelf. omittit *discedit,* item mox *poteſt* inter *non* et *in.* Ambr. 2. *dicturus.* Goth. *ſatis eſt,* quod cf. ad 4, 1, 28.

43. *quae ſtatim — poſtera die.* Haec epiphonematis loco ſubjunguntur per aſyndeton. *referri* interpretor ſingulatim repeti, *contexi* continuo orationis flumine decurrere.

Digitized by Google

moria ſuffragatur, tempus non defuit, nulla me velim ſyllaba effugiat: alioqui etiam ſcribere ſit ſupervacuum. Idque praecipue a pueris obtinendum, atque in hanc conſuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis diſcamus ignoſcere. Ideoque et admoneri, et ad libellum reſpicere vitioſum, quod libertatem negligentiae facit, nec quisquam ſe parum tenere judicat, quod, ne ſibi excidat, non
46 timet. Inde interruptus actionis impetus, et reſiſtens ac ſalebroſa oratio, et qui dicit ediſcenti ſimilis, etiam omnem bene ſcriptorum gratiam perdit vel hoc ipſo, quod ſcripſiſſe ſe confitetur. Memoria autem facit etiam promti ingenii famam, ut illa, quae dicimus, non domo attuliſſe, ſed ibi protinus ſumſiſſe vi-

995

45. *defuit.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voſſ. 1. 2. Bern. Sed Jenſ. (tac. Geſn.) *defit* cum edd. poſterr. ante Gryph. Placet. Reliqui *deſit.* Mox Guelf. *effugi. At.* Flor. (a pr. m.) *effugi.* Mox pro *ſcribere ſit* Turic. *ſcriberes.* Jenſ. (tac. Geſn.) *praecipue a pueris* inſerit poſt *ſcribere,* eximens inde ubi nunc eſt, cum edd. poſterr. ante Ald. Correxit Regius. *redigenda.* Flor. Camp. *religenda* cum Alm. (non Turic. cf. 38.) modo Turic. *hac conſuetudine.* Ambr. 2. Guelf. *conſuet. ne memoria.* Turic. mox *admoveri.* Flor. *judicant.*

46. *Inde.* Turic. Flor. Camp. omittunt, quae ſequuntur ſuperioribus jungentes. Mox Goth. (tac. Geſn.) *et ſalebr.*

45. *a pueris obtinendum.* Cave intelligas ablativum pendentem a verbo: eſt adverbium. cf. 2, 5, 19. Teſtatur quae ſequitur prima perſona *ne nobis diſcamus.*

46. *reſiſtens — oratio.* cf. 10, 3, 19. Burmannus huc advocat Ovid. Heroid. 4, 8. (ubi inter VV. LL. eſt *reſtitit;* v. Heinſ. et Burm.) et Valer. Flacc. 6, 755. ubi „pauliſper ſacra *reſiſtunt.*“

domo attuliſſe. cf. 6, 3, 33.

Digitized by Google

deamur: quod et oratori et ipsi causae plurimum confert. Nam et magis miratur, et minus timet judex, quae non putat adversus se praeparata. Itaque in actionibus inter praecipua servandum est, ut quaedam etiam, quae optime vinximus, velut soluta enunciemus, et cogitantibus nonnunquam et dubitantibus similes quaerere videamur, quae attulimus. Ergo quid sit optimum, neminem fugit. Si vero aut memoria natura durior erit, aut non suffragabitur tempus, etiam inutile erit ad omnia se verba alligare, cum oblivio unius eorum cujuslibet, aut deformem haesitatio- 47 48

plurimum. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *primum.* Modo *quod de oratori* Turic. *et* ante *oratori* omittunt Jens. et edd. posterr. ante Ald. acc. Bad. Mox Guelf. *putet.*

47. *Itaque.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *Ideoque* Jens. cum posterr. edd. ante Gryph. exc. Ald. Reliqui *Idque.* Mox *junximus* Guelf. Camp. cum Bodl. Voss. 3. Goth. et edd. ante Ald. acc. Bad. Mox post *nonnunquam* Turic. Flor. inserunt *qua.*

48. *quid sit.* Turic. *qui s.* et mox *suffragantibus*, suprascripto E super T, an ut esset *suffragante* scil. *tempore?* Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. *indicat* cum Voss. 3. Bern.

Ad nostrum locum Burmannus demonstrat in hac locutione Cic. ad Famill. 7, 25. ibique Victorium, et Petron. c. 38.

47. *quae optime vinximus.* cf. §. 39. Pronunciatione ipsa sic divelli et rursus conjungi debent ea, quae summo compositionis artificio structa sunt, ut pereat quidem aliquantum ex illius virtutis animadversione, sed simul magna simplicitatis species quaeratur. cf. 9, 4, 77. In illa *cogitantium* et *dubitantium* similitudine Gesnerus recte lectorem ad 9, 2, 61. remittit.

48. *quid sit optimum.* i. cum omnia naturae bona respondent. cf. §. 45. Quod adhuc tractabat *bonum;* nunc transit ad *remedium.* cf. 1, 1, 11.

inutile. cf. 5, 10, 82.

Digitized by Google

nem, aut etiam ſilentium inducat; tutiusque multo, comprehenſis animo rebus ipſis, li-
49 bertatem ſibi eloquendi relinquere. Nam et invitus perdit quisque id, quod elegerat, verbum: nec facile reponit aliud, dum id, quod ſcripſerat, quaerit. Sed ne hoc quidem infirmae memoriae remedium eſt, niſi in iis, qui ſibi facultatem aliquam dicendi ex tempore 996
paraverunt. Quod ſi cui utrumque defuerit, huic omittere omnino totum actionum laborem, ſi quid in litteris valet, ad ſcribendum potius ſuadebo convertere. Sed haec rara in-
50 felicitas erit. Ceterum quantum natura ſtudioque valeat memoria, vel Themiſtocles teſtis,

49. *elegerat — dum id, quod.* Turic. omittit cum Alm. non Flor. is enim *verbo* pro *verbum* (cf. 45.). Camp. *dum quod* pro *d. id q.* *paraverunt.* Flor. (a pr. m.) omittit. Camp. *praeparaverunt.* Modo Turic. *quae ſicut facult.* Mox Turic. *quo* pro *Quod,* et omittit *cui,* ut et Flor. (ſed hic a pr. m.). Item Turic. *committere* pro *omittere.* Turic. Flor. (ſed hic a pr. m.) *integritas* pro *infelicitas* cum Alm. Pro *imperabat* Goth. *imperavit* cum Jenſ. et edd. ante Ald. acc. Bad. Sed Camp. *imperaret.*

49. *convertere* intelligo: „illud quod in litteris valet“

50. *Themiſtocles.* „Apud „Thucyd. 1, 137. annuum ſibi „tempus dari petit, ut paret „ſe ad colloquium regis: de„inde c. 138. ὁ δ' ἐν τῷ χρό„νῳ — τῆς τε Περσίδος γλώσσης „ὅσα ἠδύνατο κατενόησε, καὶ τῶν „ἐπιτηδευμάτων τῆς χώρας. Vi„de, quam circumſpecte. Plu„tarchus augere videtur p. 229. „H. Steph.“ [Wechel. p. 126. d.] „Ἐνιαυτὸν αἰτησάμενος καὶ „τὴν Περσίδα γλῶσσαν ἀτε„χρώντως ἐκμαθών. Cornelium „Nepotem ſecutus videtur no„ſter 2, 10, 1. qui *multo com„modius* eum narrat *verba apud „regem feciſſe, quam hi pote„rant, qui in Perſide erant „nati.“ Geſnerus. Idem in reliquis deſignat de Mithrid. Plin. 7, 24. 25, 2. Gell. 17, 17. ubi optimi libri *quinque et viginti et gentes et linguas* habeant. De Craſſo Val. Max. 8, 7, 6. De Cyro Plin. 7, 24.

Digitized by Google

quem unum intra annum optime locutum esse Persice constat: vel Mithridates, cui duas et viginti linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuisse: vel Crassus ille dives, qui, cum Asiae praeesset, quinque Graeci sermonis differentias sic tenuit, ut, qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem jus sibi redditum ferret: vel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina. Quin 51
semel auditos quamlibet multos versus protinus dicitur reddidisse Theodectes. Dicebantur etiam nunc esse, qui facerent, sed mihi nunquam, ut ipse interessem, contigit: habenda tamen fides est vel in hoc, ut, qui crediderit, et speret.

III. *Pronunciatio* a plerisque *actio* dicitur, sed prius nomen a voce, sequens a gestu vide-

50. *jus sibi.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. Reliqui *sibi jus.* Modo *vel* ante *Crassus* Turic. omittit, mox *qua* Camp. ante *quisque*, post idem *apud* Guelf. Transponit Camp. *cred. est tenuisse nom.* expeditiore structura. *Qui* pro *Quin* Flor. (a sec. m.) Guelf. *Dicebatur* Guelf. cum Voss. 1. Obr. Pro *etiam nunc* Turic. *ei aut nunc*, Flor. *et aut*, a sec. m. *etiam* solum, Camp. transponens *etiam dicebantur nec.* Goth. Jens. (tac. Gesn.) *D. etiam esse nunc.* Pro *mihi nunquam* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *nonnunquam.* Turic. *interesse.* Goth. (tac. Gesn.) *interesset.* Guelf. *ego* pro *ipse.* Pro *contigit habenda* Turic. *cogitabunda*, Flor. (a pr. m.) *cogit h.* Camp. *nihil* pro *in hoc.* Jens. Tarv. *ut* omittunt. Goth. pluralem *crediderint - sperent*, qui placet.

Inscriptio capitis uncialibus litteris scripta legitur in Turic. Ambr. 2., eadem in Guelf. Goth. Exc. Santen. sed minu-

Val. Max. 8, 7. ext. 16. sed fabulosum, nec reperiri apud Xenophontem Cyrop. 5, 3, 17. (46.)

51. *in hoc.* cf. 6, 2, 27.

Digitized by Google

tur accipere. Namque *actionem* Cicero alias *quasi sermonem*, alias *eloquentiam quandam corporis* dicit. Idem tamen duas ejus partes facit, quae sunt eaedem pronunciationis, *vocem* atque *motum*. Quapropter utraque appellatione indifferenter uti licet. Habet autem 2 res ipsa miram quandam in orationibus vim ac potestatem; neque tam refert, qualia sint, quae intra nosmet ipsos composuimus, quam quo modo efferantur: nam ita quisque, ut au-

sculo charactere, quo acc. Bern. Jens. Tarv. In Camp. nulla esse videtur, cum nihil annotarim; a Flor. omnem inscriptionem abesse, diserte doceor. Est autem haec ex Turic. *de pronuntiatione sub quo capite* (Jens. Tarv. *caput*) *de vocis natura de cura ejusdem de gestu de cultu quid cuique cause* (Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. Bern. *causae*, Jens. Tarv. *causa*) *conveniat quid cuique parte* (Guelf. Exc. Santen. Goth. Tarv. *parti*, Jens. *pati*) *et sententiis et verbis quid* (Goth. Jens. Tarv. inserunt *et* ante *quid*) *quemque deceat intuendum est* (Ambr. 2. *instituendum est*, Guelf. Exc. Santen. Bern. *intuendum esse*, Jens. Tarv. *intuendum*, solum, Goth. utramque vocem omittit). Ex Vall. eundem capitis titulum affert Badius, nec tamen ultra vocem *verbis*. Reliquae edd. ante Gesn. inscribunt *de pronuntiatione*, exc. Obr.

1. *eaedem*. Turic. Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. Camp. *eadem*. An forte rectius, ut ad sequens referatur, non ad *partes? vocem* enim et *motum* recte neutro genere complectaris. Modo Guelf. *quendam;* Goth. (tac. Gesn.) *Item*. Sed hic et inserit *est* inter *nomen* et *a*.

2. *neque tam*. Sic Turic. Camp. Reliqui inserunt *enim*, ubi Goth. Jens. et edd. posterr. ante Basil. *Nec e.* (tac. Gesn. et in *tam* err.) cf. 4, 2, 84. Mox Flor. *sunt;* modo Goth. (tac. Gesn.) *atque potestatem*. Voss. 2. (non Goth.) *imposuimus* pro *eomp.* *nam ita*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp.

1. *Cicero*. De Orat. 3, 59. *Est enim actio quasi sermo corporis*. Orat. c. 17. *Est enim actio quasi corporis quaedam eloquentia, cum constet e voce atque motu.*

eaedem. cf. not. crit.

Digitized by Google

dit, movetur. Quare neque probatio ulla,
997 quae aliquo modo venit ab oratore, tam firma
eſt, ut non perdat vires ſuas, niſi adjuvatur
aſſeveratione dicentis. Affectus omnis lan-
gueſcat neceſſe eſt, niſi *voce*, *vultu*, totius
prope *habitu corporis*, inardeſcat. Nam cum 3
haec omnia fecerimus, felices tamen, ſi no-
ſtrum illum ignem judex conceperit: nedum
eum ſupini ſecurique moveamus, ac non ipſe

(ſed hic et *Itaque* dat) omittunt *nam*. *quae aliquo modo*. Sic Goth. Jenſ. cum edd. poſterr. ante Baſil. *q. ullo quo m.* Turic. Reliqui *quae modo*. *adjuvatur*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Alm. Goth. Reliqui *adjuvetur*; et Camp. *ni*. *omnis langueſcat — inardeſcat*. Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. quanquam ex hoc *langueſcant* nec *inard.* memoratur. Goth. *omnes langueſcunt* (hoc tac. Geſn.) — *inardeſcunt* cum Voſſ. 2. Sed Ambr. 2. *omnes langueſcant — inardeſcunt* cum Jenſ. et Vall. ut capio Badium. Reliqui *omnes langueſcant — inardeſcant*. Camp. *totus* pro *totius*.

3. *tamen, ſi*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. ante Stoer. *ſumus, ſi* Obr. (err. Geſn.) *ſumus, ſi tamen* Bip. Obrechtum ſequi ſibi viſi e Geſneri nota. Reliqui *ſi tamen*. Mox *eum* omittunt Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. (ſed Vall. habet), item *moveamur* dant Ambr. 2. Guelf. cum Jenſ. et poſterr. edd. ante Ald. Paulo ante *illum* omittit Goth. *ac non ipſe*. Sic Turic. Flor. Ex Alm. *et n. i.* Goth. *an non et ipſa* cum Voſſ. 2.

2. *quae aliquo — oratore* „quae non tota eſt inartificia-„lis." cf. 5, 1, 1. „quas" (orator) „— quodam modo gigneret." *Neque probatio* autem valet *ne probatio quidem*.

niſi — aſſeveratione dicentis. cf. dicta ad 1, 4, 20.

3. *felices tamen, ſi*. Quod hic omittitur verbum ſubſtantivum, facile ſuccurrit ex antecedentis verbi prima perſona; qualis in felicitatis praedicatione frequens eſt ellipſis, etiamſi hujus quidem ipſius locutionis exemplum demonſtrare non contingit. De *igne* illo judici admovendo recte Almelovenus demonſtrat Cic. de Or. 2, 45. extr.

Digitized by Google

4 noſtra oſcitatione ſolvatur. Documento ſunt vel ſcenici actores, qui et optimis poëtarum tantum adjiciunt gratiae, ut nos infinito magis eadem illa audita, quam lecta, delectent; et viliſſimis etiam quibusdam impetrant aures, ut, quibus nullus eſt in bibliothecis locus, ſit 5 etiam frequens in theatris. Quodſi in rebus, quas fictas eſſe ſcimus et inanes, tantum pronunciatio poteſt, ut iram, lacrimas, ſollicitudinem afferat, quanto plus valeat neceſſe eſt, ubi et credimus? Equidem vel mediocrem orationem, commendatam viribus actionis,

et ipſe Gyph. (1544.) *non et ipſe* Stoer. cum poſterr. ante Obr. Reliqui *ac n. et i.*

4. *infinito magis.* Sic Goth. Voſſ. 2. *infinitae m.* Guelf. cum Jenſ. Tarv. Reliqui *infinite m.* Noſtrum recte commendat Burm. duobus noſtri exemplis 8, 4, 25. 11, 3, 172. Sic *infinitum* adverbii loco in Decl. Qu. 357. p. 356. Mox Guelf. *delectant.* Modo Camp. *auctores.* *impetrant.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Jenſ. Obr. Geſn. Bip. *impetrent* reliqui, quibuscum Goth. facit, err. Geſn. Mox *nullis* Jenſ. Tarv. *frequens* omittit Guelf.

5. *fictas.* Camp. *victas.* cf. 6, 3, 9. *ubi et credimus.* Guelf. *u. neceſſeſt ubi et cr.* An fuit *ibi* ante *nec. eſt?* Mox Flor. *adfirmarim.* Voſſ. 1. *affirmatum* omittens ille *momenti.*

4. *viliſſimis — quibusdam impetrant aures.* Concinnitatis eſſe videtur ut poſt *quibusdam* inſeratur *ita.* Simili modo *ita* uſurpat noſter 1 Pro. extr. „*ita* deſunt, ut — cor„rumpant." 10, 1, 49. „*ita* „multa, ut — petant." Ceterum poëtae, quales hic deſcribuntur, nobis quoque contigerunt, celebriores fortaſſe apud exteros quam domi.

5. *Quodſi in rebus — ubi et credimus.* cf. 6, 2, 35. Fateor autem, in extremis hisce aliquid deeſſe mihi videri; adeo deſinit potius quam abſolvitur ſententia. An a Quintiliano fuit: *ubi et creditur nobis et credimus?*

Digitized by Google

affirmaverim plus habituram esse momenti, quam optimam eadem illa destitutam. Siquidem et Demosthenes, *quid esset in toto dicendi opere primum*, interrogatus, *pronunciationi palmam* dedit, eidemque *secundum* ac *tertium locum*, donec ab eo quaeri desineret: ut eam videri posset non praecipuam, sed solam judi- 6
998 casse: ideoque ipse tam diligenter apud An- 7
dronicum Hypocriten studuit, ut admirantibus ejus orationem Rhodiis non immerito

6. *dicendi opere.* Guelf. *d. genere.* Goth. *genere d.* cum Voss. 2. et edd. a Jens. ante Ald. *opere dicendi* Vall. Ald. Bad. Mox *summum* pro *primum* Jens. cum edd. posterr. ante Gryph. acc. Obr. Item *palam* Ambr. 2. Guelf. cum Bern. *eidem* Turic. Tum *definiret* Camp. *desierit* Goth. Verbum *quaeri* omittunt Voss. 1. 3. Mox Goth. (tac. Gesn.) *possit* pro *posset.*

7. *ideoque.* Turic. Flor. *ideo* cum Alm. *Hypocriten.* Sic Bern. Capper. *hypocrite* Flor. *Ipocritē* Guelf. *Hippocratem* Goth. Jens. Tarv. *hyppocratum* Voss. 2. Reliqui

6. *et Demosthenes — non immerito Aeschines.* Demonstrant DD. VV. loca de hisce veterum: Cic. de Or. 3. 56. Plin. H. N. 7, 30. Val. Max. 8, 10. Plin. Epist. 2, 3, 10. 4, 5, 1. Plutarch. in vitis X rhett. Philostr. de vitis Sophist. 1, 19, 5. Auson. Professor. 1, 19. Photium Bibl. n. 61. p. 29. Hoesch. Hieronym. in praef. bibll. ad Paulinum. Illam rationem, qua omnis locus alicui rei tribuitur, elegantibus exemplis illustrat Gesnerus Catonis Majoris, primum, alterum, tertium in re rustica *pascere* esse respondentis, ablegans ad Columell. 6 pr. 5., et Minoris de suo erga fratrem amore, Plutarch. in Cat. p. 761.

7. *Andronicum Hypocriten.* „*Satyrum* nominat Plutarchus p. 1556. (p. 849. Wech.) in vita majore: . sed in ea qua novem reliquos complexus est" (quae sane est Pseudo-Plutarchi) „p. 1552. (p. 844. Wech.) *Neoptolemum*; *Andronicum* denique eodem in loco (p. 845.) ubi etiam tres illas de actione s. hypocrisi responsiones enarrat." Gesnerus.

Digitized by Google

4 noſtra oſcitatione ſolvatur. Documento ſunt vel ſcenici actores, qui et optimis poëtarum tantum adjiciunt gratiae, ut nos infinito magis eadem illa audita, quam lecta, delectent; et viliſſimis etiam quibusdam impetrant aures, ut, quibus nullus eſt in bibliothecis locus, ſit 5 etiam frequens in theatris. Quodſi in rebus, quas fictas eſſe ſcimus et inanes, tantum pronunciatio poteſt, ut iram, lacrimas, ſollicitudinem afferat, quanto plus valeat neceſſe eſt, ubi et credimus? Equidem vel mediocrem orationem, commendatam viribus actionis,

et ipſe Gyph. (1544.) *non et ipſe* Stoer. cum poſterr. ante Obr. Reliqui *ac n. et i.*

4. *infinito magis.* Sic Goth. Voſſ. 2. *infinitae m.* Guelf. cum Jenſ. Tarv. Reliqui *infinite m.* Noſtrum recte commendat Burm. duobus noſtri exemplis 8, 4, 25. 11, 3, 172. Sic *infinitum* adverbii loco in Decl. Qu. 357. p. 356. Mox Guelf. *delectant.* Modo Camp. *auctores.* *impetrant.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Jenſ. Obr. Geſn. Bip. *impetrent* reliqui, quibuscum Goth. facit, err. Geſn. Mox *nullis* Jenſ. Tarv. *frequens* omittit Guelf.

5. *fictas.* Camp. *victas.* cf. 6, 3, 9. *ubi et credimus.* Guelf. *u. neceſſeſt ubi et cr.* An fuit *ibi* ante *nec. eſt?* Mox Flor. *adfirmarim.* Voſſ. 1. *affirmatum* omittens ille *momenti.*

4. *viliſſimis — quibusdam impetrant aures.* Concinnitatis eſſe videtur ut poſt *quibusdam* inſeratur *ita.* Simili modo *ita* uſurpat noſter 1 Pro. extr. „*ita* deſunt, ut — cor„rumpant." 10, 1, 49. „*ita* „multa, ut — petant." Ceterum poëtae, quales hic deſcribuntur, nobis quoque contigerunt, celebriores fortaſſe apud exteros quam domi.

5. *Quodſi in rebus — ubi et credimus.* cf. 6, 2, 35. Fateor autem, in extremis hisce aliquid deeſſe mihi videri; adeo deſinit potius quam abſolvitur ſententia. An a Quintiliano fuit: *ubi et creditur nobis et credimus?*

Digitized by Google

affirmaverim plus habituram esse momenti, quam optimam eadem illa destitutam. Siquidem et Demosthenes, *quid esset in toto dicendi opere primum*, interrogatus, *pronunciationi palmam* dedit, eidemque *secundum* ac *tertium locum*, donec ab eo quaeri desineret: ut eam videri posset non praecipuam, sed solam judi- 998 casse: ideoque ipse tam diligenter apud Andronicum Hypocriten studuit, ut admirantibus ejus orationem Rhodiis non immerito

6. *dicendi opere.* Guelf. *d. genere.* Goth. *genere d.* cum Voss. 2. et edd. a Jens. ante Ald. *opere dicendi* Vall. Ald. Bad. Mox *summum* pro *primum* Jens. cum edd. posterr. ante Gryph. acc. Obr. Item *palam* Ambr. 2. Guelf. cum Bern. *eidem* Turic. Tum *definiret* Camp. *desierit* Goth. Verbum *quaeri* omittunt Voss. 1. 3. Mox Goth. (tac. Gesn.) *possit* pro *posset.*

7. *ideoque.* Turic. Flor. *ideo* cum Alm. *Hypocriten.* Sic Bern. Capper. *hypocrite* Flor. *Ipocritē* Guelf. *Hippocratem* Goth. Jens. Tarv. *hyppocratum* Voss. 2. Reliqui

6. *et Demosthenes — non immerito Aeschines.* Demonstrant DD. VV. loca de hisce veterum: Cic. de Or. 3. 56. Plin. H. N. 7, 30. Val. Max. 8, 10. Plin. Epist. 2, 3, 10. 4, 5, 1. Plutarch. in vitis X rhett. Philostr. de vitis Sophist. 1, 19, 5. Auson. Professor. 1, 19. Photium Bibl. n. 61. p. 29. Hoesch. Hieronym. in praef. bibll. ad Paulinum. Illam rationem, qua omnis locus alicui rei tribuitur, elegantibus exemplis illustrat Gesnerus Catonis Majoris, primum, alterum, tertium in re rustica *pascere* esse respondentis, ablegans ad Columell. 6 pr. 5., et Minoris de suo erga fratrem amore, Plutarch. in Cat. p. 761.

7. *Andronicum Hypocriten.* „*Satyrum* nominat Plutarchus p. 1556. (p. 849. Wech.) in vita majore: . sed in ea qua novem reliquos complexus est" (quae sane est Pseudo-Plutarchi) „p. 1552. (p. 844. Wech.) *Neoptolemum*; *Andronicum* denique eodem in loco (p. 845.) ubi etiam tres illas de actione s. hypocrisi responsiones enarrat." Gesnerus.

Digitized by Google

Aeſchines dixiſſe videatur, *quid ſi ipſum audiſſetis?* Et M. Cicero *unam in dicendo*
8 *actionem dominari* putat. Hac Cn. Lentulum plus opinionis conſecutum, quam eloquentia, tradit: eadem C. Gracchum in deflenda fratris nece totius populi Romani lacrimas concitaſſe: et Antonium et Craſſum multum valuiſſe, plurimum vero Q. Hortenſium. cujus rei fides eſt, quod ejus ſcripta tantum intra famam ſunt, qua diu princeps oratorum, aliquando aemulus Ciceronis exiſtimatus eſt, noviſſime, quoad vixit, ſecundus: ut appareat, placuiſſe aliquid eo dicente, quod legentes non inveni-

Hypocritem. cf. 1, 10, 4. 2, 17, 12. A pr. m. Flor. *andronicam.* *audiſſetis.* Guelf. *audiſſent* cum marg. Baſil.

8. *Hac Cn. L.* Turic. *haec N. Lent.* Flor. *Nam Cn. L.* Camp. *Hac enim L.* Ante *Gr.* Turic. omittit *C.* pro *tradit* idem *tradidit* et *quem* pro *quam.* Guelf. *ſecutum.* *et Antonium.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui omittunt *et.* *qua diu.* Sic Turic. Ambr. 2. Camp. *quamdiu* Flor. Guelf. (hic diremtim) cum Goth. Voſſ. 2. Bern. Jenſ. Reliqui *qui d.* Mox *orator* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. 3. Sed Vall. et jam Camp. et Tarv. noſtrum dant; cf. 5, 10, 91.

Et M. Cicero. Satis aliena haec videtur praenominis adjectio: quare malim *Etiam Cic.* ut monui ad 1, 10, 4. cf. praef. noſtr. p. 79. Dixit autem haec Cicero de Or. initio cap. 56. De Lentulo, Gracho, Antonio, Craſſo, Hortenſio loca ſunt in Bruto c. 66. 89. 58. 43. 88. de Orat. 3, 56. In Hortenſio remittit jam Regius ad Gellium 1, 5. de ejus nimiis in agendo munditiis et geſtibus dicteria referentem.

8. *intra famam.* cf. 3, 1, 1. item hic §. 45. ne forte auſcultes Gallaeo corrigenti *infra f.*; quem revinoit Burm. cf. Dukerum in Indice Flori h. v. noſtri quoque loci non immemorem.

Digitized by Google

mus. Et hercule cum valeant multum verba 9
per se, et vox propriam vim adjiciat rebus, et
gestus motusque significet aliquid, profecto
perfectum quiddam fieri, cum omnia coie-
runt, necesse est. Sunt tamen qui rudem illam, 10
et qualem impetus cujusque animi tulit, actio-
nem judicent fortiorem, et solam viris dignam:
sed non alii fere, quam qui etiam in dicendo
curam et artem et nitorem, et quidquid stu-
dio paratur, ut affectata et parum naturalia
999 solent improbare; vel qui verborum atque
ipsius etiam soni rusticitate, ut L. Cottam di-
cit Cicero fecisse, imitationem antiquitatis
affectant. Verum illi persuasione sua fruan- 11
tur, qui hominibus, ut sint oratores, satis pu-
tant nasci: nostro labori dent veniam, qui
nihil credimus esse perfectum, nisi ubi na-
tura cura juvetur. In hoc igitur non contu-

9. *hercule.* Sic Turic. Guelf. Camp. Reliqui *hercle.* cf. 10, 2, 3. Mox Turic. *dum.* Voss. 1. *convaleant* pro *cum val.* Pro *adjiciat* Turic. *adiat.* Pro *vim* Ambr. 2. *viam* cum Voss. 1. 3. Bern. *coierunt.* Sic Turic. Flor. Camp. cum edd. ante Basil. *coirunt* Ambr. 2. *cor.* Guelf. *coisse* Goth. Voss. 2. *conniter.* Voss. 1. Modo *significent* Goth. Voss. 2. *ne significet* Voss. 1. *est* post *necesse* omittit Guelf. Mox *juris* Guelf. pro *viris.*

11. *natura cura juvetur.* Turic. *n. juventus.* Flor. (a pr. m.) *n. juventur.* Ab Alm. abest *cura. igitur.* Camp.

10. *Cottam dicit Cicero.* Loca sunt de Orat. 3, 11. 12. Brut. 74. vide et nos ad 1, 4. 17. Ratio refellendi hos qui artem excludunt eadem quae 9, 4, 3. 4.

11. *natura cura juvetur.* Displicet homoeoteleuton continuum, quale et supra §. 9. *profecto perfectum.* Nostro tamen loco remedio fuisse videtur cacophoniae, quod *cura* in penultima habet acutum, *natura* circumflexum.

12. *non contumaciter.* In

Digitized by Google

maciter consentio, primas partes esse naturae.
12 Nam certe bene pronunciare non poterit, cui aut in scriptis memoria, aut in iis, quae subito dicenda erunt, facilitas promta defuerit: nec si inemendabilia oris incommoda obstabunt. Corporis etiam potest esse aliqua tanta defor-
13 mitas, ut nulla arte vincatur. Sed ne vox quidem exilis actionem habere optimam potest. Bona enim firmaque ut volumus uti licet: mala vel imbecilla et inhibet multa, ut insurgere et exclamare; et aliqua cogit, ut intermittere et deflectere, et rasas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Sed

consentio, mox iterum dans. *in* ante scriptis omittunt Turic. Flor. *defuerint* Ambr. 2. cum Voss. 1.

13. *exilis*. Sic Turic. Flor. Ex Alm. *exilii*. Reliqui *nisi liberalis*. Mox *habere* omittit Turic. item *ut* ante *volumus* omittunt Turic. Camp. Pro eodem Flor. *sit*. *insurgere et exclamare*. Sic Basil. *i. et clamare* Flor. (a pr. m.). Reliqui omittunt *et*. *ut intermittere*. Sic Turic. Flor. cum Alm. *ut vel sibi intermittere* Camp. Reliqui *ut summittere*. Mox *et* nobiscum dant Turic. Ambr. 2. Guelf. Voss. 1. 3. Reliqui omittunt. *rasas*. Camp. *raucas* cum edd. ante Obr. nisi quod nostrum in marg. Gryphii (1544.).

unam vocem coaluisse putandae sunt duae, velut *non arroganter* supra 4, 2, 86. cf. 12, 1, 20.

13. *rasas fauces — reficere*. In *rasis faucibus*, quae est omnium MSS. scriptura, non debebant haerere nec alia omnia tentare VV. DD. *deforme canticum* nequaquam *vociferationem* intelligemus cum Gesnero, verum mollem pronunciandi modum, consulentem illum consauciatis, i. *rasis*, faucibus. cf. §. 20. 23. *deforme* illud est et parum virile. cf. 11, 1, 56. et quae ibi demonstrantur loca. *foedum*, quo vocabulo appellatur hoc cantandi vitium, idem plane est ac *deforme*. Satis bene Gedoynus: „un fausset „désagréable."

Digitized by Google

nos de eo nunc loquamur, cui non fruſtra praecipitur. Cum ſit autem omnis actio, ut 14
dixi, in duas diviſa partes, *vocem geſtumque*, quorum alter oculos, altera aures movet, per quos duos ſenſus omnis ad animum penetrat affectus, prius eſt *de voce* dicere, cui etiam *geſtus* accommodatur. In ea prima obſervatio eſt, *qualem habeas*: ſecunda, *quomodo utaris*. Natura vocis ſpectatur *quantitate* et *qualitate*. *Quantitas* ſimplicior: in ſumma 15

loquamur. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui *loquimur*. cf. §. 138. Modo Goth. (tac. Geſn.) *et latus*, male; Camp. *fatigantium*.

14. *altera aures*. Turic. Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. *alter a.* cum Voſſ. 1. Modo Flor. Guelf. *diviſas*. Turic. *geſtum* ſine enclitica, Camp. *et geſtum*. Mox Flor. *primus eſt*, et in ſubſequentibus Turic. Camp. *primo obſervatio*.

15. *Quantitas*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *Quantitatis* cum Alm. *enim* noſtro ſubjicitur in Jenſ. et edd. poſterr. ante Bad. Pro eo *eſt* habent Alm. Baſil. Gryph. Omittunt voculam nobiscum Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. Reliqui addunt *eſt* poſt *ſimplicior*. Ingratus, ſi attendas, ſtructurae rigor apparet et ſimilitudo in iſtis continuo junctis: *Quantitas ſimplicior, Qualitas magis varia*. Quare e vetere illa ſcriptura haec ernō: *Quantitatis ſimplicior ratio*. cf. 5, 13, 19. *in ſumma*. Turic. Guelf. *in ſummam* cum Goth. Voſſ. 2. cf. 9, 2, 72. ubi omnes conſentiunt in receptam. Lubrica ſane eſt hujus varietatis dijudicatio; neque enim momentum facit quod *ad ſummam* ſolet dici aut quod *in ſummam proficere*. Noſtram tueri videtur locus Ciceronis ad Qu. Fr. 3, 5. *in omni ſumma*. cf. nos ad 1 Pro. 20. Mox *eſt* poſt *exigua* omittit Flor. poſt *varia* autem Ambr. 2. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. et edd. ante Ald. acc. Bad. Obr. *ſunt multi* nobiscum Turic.

15. *Quantitas ſimplicior*. cf. not. crit.

Digitized by Google

enim *grandis* aut *exigua* eſt: ſed inter has extremitates mediae ſunt ſpecies, et ab ima ad ſummam ac retro multi ſunt gradus. *Qualitas* magis varia eſt. nam eſt et *candida*, et *fuſca*, et *plena*, et *exilis*, et *levis*, et *aſpera*, et *con-*1000
tracta, et *fuſa*, et *dura*, et *flexibilis*, et *clara*, et *obtuſa*. *Spiritus* etiam *longior*, *breviorque*.
16 Nec cauſas, cur quidque eorum accidat, perſequi, propoſito operi neceſſarium eſt: eorumne ſit differentia, in quibus aura illa concipitur, an eorum, per quae velut organa meat; an ipſi propria natura, an prout move-

Flor. Guelf. Camp. Reliqui *m. f.* *varia eſt. nam eſt et.*, Turic. *v. plena n. e. e.* Flor. *v. plena eſt e.*, a ſec. m. *v. eſt eſt e.* *et levis.* Sic Ambr. 2. et Bern. Omittunt haec Turic. Flor. (qui tamen a ſec. m. ante *contracta* inſerit ſolum *lenis*) Camp. cum Alm. Plura deſiderat Guelf. et quidem haec: *et levis — et flexibilis.* Reliqui *et lenis.* Voci *aſperae* opponendam duxi *levem* (cf. 20.), quanquam et *lenitas* eſt in illa oppoſitione, velut 10, 2, 23. ubi ſoli Jenſ. et Tarv. V habent pro N, cf. Erneſtus in Technologia v. λειότης, ubi eſt diverſa huic τραχυφωνία. Etiam Cic. de Nat. deor. 2, 58. *vocis genera — leve, aſperum.*

16. *accidat.* Turic. Flor. Guelf. (hic et modo *quicquid*) *accidit* cum Goth. *an eorum.* Flor. omittit *an.* Camp. *ac eorum.* Guelf. modo *cura.* *meat; an.* Guelf. *media*

candida. Hoc ad vocem translatum vocabulum de induſtria tractat Demetrius de eloc. §. 86. Vide et Erneſt. in Technol. Gr. in v. λευκός. De *levi voce* cf. not. crit. *Fuſa* facile apparet quomodo *contractae* reſpondeat, ſi memineris uſum *fundendi* 10, 5, 11.

16. *in quibus aura illa concipitur.* „De eadem re, vul„gatum ille quidem errorem „ſecutus, Cicero de Nat. Deor. „2, 55. *Quae ſpiritu in pulmo„nes anima ducitur, ex ea pars „redditur reſpirando, pars con„cipitur cordis parte quadam* „etc.“ Geſnerus.

per quae velut organa meat. cf. 1, 2, 30.

an ipſi propria natura. Non dubito, quin expungendum ſit

Digitized by Google

tur; lateris pectorisve firmitas, an capitis etiam plus adjuvet. nam opus est omnibus, sicut non oris modo suavitate, sed narium quoque, per quas, quod supereſt vocis, egeritur. Dulcis

tanquam. *lateris pectorisve.* Turic. Ambr. 2. Guelf. *l. pectorisne.* Goth. (tac. Gesn.) *pectoris laterisve.* *firmitas.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *infirmitas* cum Alm. *capitis etiam plus.* Goth. Voss. 2. Jens. omittunt *etiam* cum edd. posterr. ante Ald. acc. Bad. Gesn. Bip. *sicut.* Hoc cum expunctum vellet uncisque notaret Gesnerus, non attendit, spectare ista *omnia* ad universa illa quae praecedunt, deinde ne in ipso quidem *capite* sufficientem solius oris suavitatem agnosci. Ita haec de *ore* et *naribus* exempli magis speciem habent, quam ipsius, de qua agitur, rei momentum; quo apparet, *sicut* rectissime poni. *superest.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *est* cum Alm. Mox *egreditur* Turic. Flor. Jens. (tac. Gesn.) cum Alm. Bodl. et edd. meis praeter Camp. et Ald. ante Stoer. multisque apud Burm. redeunte eodem Rollino, quod est frugibus inventis glandes malle. E Voss.

an. Proponitur hic novum quaestionum par, quibus singulis in initio nullum *an* praemitti oportet. Eadem ratione tertium explicatur, ubi, *lateris pectorisve an capitis firmitas* plus vocem adjuvet, in incerto est. Sic enim, id quod cum paucis fecimus, haec dirimenda fuerunt, ne forte *movetur* referretur ad *firmitas*, cujus verbi solum subjectum est *vox*. De eo igitur est dubitatio, utrum propria cujusque hominis voci sit natura, an talis sit vox, qualis vis ea, per quam propellitur.

dulcis — exprobrans sonus. Hoc continuandum est iis, quae dicuntur de residua vocis parte egerenda; ne forte quis credat, permitti a nostro graviorem sonantioremque spiritum naribus excussum (eleganter Gesnerus appellat *anhelatum naribus minaciter displosis sonum*), qualis narratur fuisse Plinii majoris dormientis (Plin. Epist. 6, 16, 13.). Is enim est *exprobrans sonus*, qui se audiri et animadverti quasi imperat, qui se auribus ingerit, qualis significatio est in beneficiis *exprobrandis*, quae oblivisci eum non patimur, in quem contulimus. Valde similis est potestas *imputandi* §. 33. Fateor autem, pro *tamen* fortasse aptius futurum *enim*; cf. 10, 2, 22.

Digitized by Google

esse tamen debet, non exprobrans sonus.
17 *Utendi* voce multiplex ratio. Nam praeter illam differentiam, quae est tripertita, *acutae, gravis, flexae:* tum *intentis*, tum *remissis*, tum *elatis*, tum *inferioribus modis*, opus est, *spatiis* quoque *lentioribus* aut *citatioribus.*
18 Sed his ipsis media interjacent multa: et, ut facies, quanquam ex pauciſſimis constat, infinitam habet differentiam: ita *vox*, etsi paucas, quae nominari possint, continet species, *propria* cuique est: et non haec minus auri-
19 bus, quam oculis illa dignoscitur. Augentur

1. 3. *segeritur.* *esse tamen.* Hoc ordine Turic. Flor. Ambr. 2. (qui tres omittunt mox *debet* cum Alm. Voss. 1. 3. Bern.) Guelf. Goth. (tac. Gesn.). Reliqui *t. e.* Item Turic. *exprobras sonos*, Voss. 1. 3. *e. focus*, Camp. *e. s. sed.* An, omisso *debet*, fuit a Qu. manu: *d. et lenis tamen n. e. s.?* ut plane hoc cohaereret antecedentibus, more appositionis ad *vocis quod egeritur.* Exc. Santen. *esse debet* desiderare dicunt.

17. *Utendi voce.* Turic. *utenda vocis* cum Alm. non Flor. (cf. 11, 2. 49.) An fuit *utendae vocis?* cf. Drakenb. ad Liv. 2, 34, 11. *tripertita.* Sic Ambr. 2. Reliqui, quantum video, *tripartita.* cf. 5, 14, 5. *Nam* omittit Goth. pro *elatis* autem Ambr. *flatis*, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *inflatis* cum Voss. 1. 2. 3.

18. *his.* Sic Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Basil. Omittunt Turic. Flor. (hic a sec. m. *is*) Camp. cum Alm. Reliqui *iis.* Mox *constet* Goth. cum Voss. 2. Jens. et posterr. ante Bad. cf. 1 Pro. 18. Verba *habet differentiam* omittunt Ambr. 2. Guelf. (hic et *infinita* dat) cum Voss. 1. 3. et Jens. (tac. Gesn.) posterioribusque ante Ald. qui editi omnes *infinita.* Sed Goth. (tac. Gesn.) *infinita differentia ita* cum Voss. 2. Deinde *possunt* Turic. Basil. *possent* Goth. Jens. cum edd. posterr. ante Ald. *dinoscitur* Turic. ut Voss. 3. *dinoscitur*, de qua varietate hic agit Burm. et ad Declam. p. 157. et ipsam *dinoscimus* Turic. infra §. 31. cum Alm. Voss. 1. 3.

Digitized by Google

autem ſicut omnium, ita vocis quoque bona, cura: negligentia minuuntur. Sed cura non eadem oratoribus, quae phonaſcis, convenit: tamen multa ſunt utrisque communia, *firmitas corporis*, ne ad ſpadonum et mulierum et aegrorum exilitatem vox noſtra tenuetur: quod ambulatio, unctio, veneris abſtinentia, facilis ciborum digeſtio, id eſt frugalitas, praeſtat. Praeterea ut ſint *fauces integrae*, id eſt, molles ac leves, quarum vitio et *frangi-*

19. *cura: negligentia.* Turic. Flor. inſerunt *in* cum Alm. Reliqui interponunt *et;* noſtrum e conjectura. Poſt *negl.* Ambr. 2. Guelf. inſerunt *vel inſcitia* cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Jenſ. et edd. poſterr. ante Bad. qui exulare ineptum emblema teſtatur e Vall. ut abeſt noſtris quoque bonis libris. Modo Camp. *ſpec. et propr.* Guelf. *voces* cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. *omnia* quoque pro *omnium* edd. illae. Camp. *vero* mox pro *non.* Guelf. omittit *communia.* *ad ſpadonum.* Turic. omittit *ad*, ſed Flor. pro eodem *a* et mox *exilitate*, quod habet et Alm. Mox *vinctio* Ambr. 2. cum Bern. *junctio* Flor. Guelf. Mox *veneni* Bern. Pro *digeſtio* iterum *abſtinentia* Turic. Flor. *idem* Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. Bern. Poſt *frugal.* Camp. inſerit *et.*

20. *leves.* Camp. *lenes* cum edd. ante Bad. cf. §. 15.

19. *omnium.* Malim *omnia;* vide not. crit.

ambulatio. „Cic. ad Att. 2, „23. pr. *Cum recreandae vo-* „*culae cauſa neceſſe eſſet mihi* „*ambulare, haec dictavi am-* „*bulans*, ubi plura Graevius, „quae ad hujus rei rationem „pertinent. Breviter *ambula-* „*tio* digeſtionem ciborum „juvat: *unctio* tranſpiratione „nimia impedienda vires con- „tinet, quare etiam phthiſicis „commendatur: *veneris* ab- „uſus ut toti nervorum ge- „neri, ſic his, quibus ad vo- „cem formandam opus eſt, „inimicus: quare *fibula* im- „poſita continebant cantores „et actores ſuos magiſtri etc. „Adde laudatam aliquoties“ [velus 11, 2, 24.] „Senecae „de Porcio Latrone praefatio- „nem.“ Geſnerus.

id eſt frugalitas. cf. 10, 3. 26.

Digitized by Google

tur, et *obſcuratur*, et *exaſperatur*, et *ſcinditur* vox. Nam ut tibiae, eodem ſpiritu accepto, alium clauſis, alium apertis foraminibus, alium non ſatis purgatae, alium quaſſae ſonum reddunt: ita fauces *tumentes ſtrangulant* vocem, *obtuſae obſcurant*, *raſae exaſperant*, *convulſae* fractis ſunt organis ſimiles. 21 *Finditur* etiam *ſpiritus* objectu aliquo, ſicut lapillo tenues aquae, quarum fluxus etiamſi ultra paulum coit, aliquid tamen cavi relinquit poſt id ipſum, quod offenderat. Humor quoque vocem aut nimius impedit, aut con-

et exaſperatur. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. omittunt cum Alm. Deinde *vox* abeſt ab Ambr. 2. Guelf. Mox *ſtrangulantur* Turic. ex ſequente littera V.

21. *fluxus*. Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. *ſpiritus* cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. Alm. Bodl. Ioann. et edd. ante Bad. (niſi quod Jenſ. per ſolitum compendium *ſpus*). Illud notabile, quod Exc. Santeniana cum Leidenſi collata nullam hic varietatem oſtendunt. Bad. quidem et Baſil. *fluctus* e Badii conjectura. Noſtrum nulla hic certa auctoritate nititur, ut et ipſum rarum eſt apud ſcriptores. Codd. ſcriptura cum repetendo antecedens nata videatur, tutius fuerit reponere *curſus* vel *decurſus*; nam ut propius accedas, non eſt neceſſe. Modo Guelf. Exc. Santen. *finguntur* pro *finditur*, item *objecto* Guelf. *Humor*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) *tum* cum Alm. *aut — aut*. Sic Turic.

20. *obtuſae* fauces, in quibus haeret Gallaeus, ſuadens prae eis *obeſas*, facile agnoſcuntur ex eo, quod pervulgatum eſt *obtundere vocem*, cf. Drakenb. ad Liv. 7, 2, 9. Cum enim *claritatem* amiſerunt fauces, *obtuſae* ſunt factae. *Obeſas* equidem a *tumentibus* non dignoſcam. De *raſis* vidimus ſupra §. 13. *convulſae*, quod ipſe Gallaeus cenſet, ſunt ſpaſmo laborantes.

21. *fluxus*. vide not. crit.

Digitized by Google

ſumtus deſtituit. Nam fatigatio, ut corpora, non ad praeſens modo tempus, ſed etiam in futurum afficit. Sed ut communiter et phonaſcis et oratoribus neceſſaria exercitatio, qua omnia convaleſcunt, ita curae non idem genus eſt. Nam neque certa tempora ad ſpatiandum dari poſſunt tot civilibus officiis occupato, nec praeparare ab imis ſonis vocem ad 22

Flor. Camp. Reliqui *ut — ita.* *Nam fatigatio, ut.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. (ex hoc tamen non affertur *ut*) Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 1. 3. (niſi quod horum uterque *fatigato*) 2. et edd. ante Baſil. Reliqui *N. et fatigatio.* *non ad.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt. Mox *ſed oratoribus* Turic. Flor.

22. *neceſſaria exercitatio.* Sic Turic. Camp. cum Alm. non Flor. (cf. §. 17.) Reliqui inſerunt *eſt.* Mox poſt *genus* omittunt *eſt* Ambr. 2. Guelf. cum Obr. Pro *qua* Flor. (a pr. m.) *quia.* *ſpatiandum.* Ambr. 2. Guelf. *ſpirandum* cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald.

nec praeparare. Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. *n. praeperare* Ambr. 2. Cum haec afuerint ab antiquiſſimis libris, credibile eſt, aliquid datum poſtmodo ſoli conjecturae. Neque enim mihi placet verbum *praeparare* in hoc loco; pro quo malim *repetere* vel tale quid, quod ei fortaſſe perſuadebo, qui inſpexerit locum a Geſnero jam demonſtratum Cic. de Or. 1, 59. Hunc profecto locum ante oculos habuiſſe noſtrum, cum iſta ſcriberet, nemo facile dubitabit.

Nam fatigatio — afficit. Hic quoque *Nam* interpretare reſpiciendo ad ſententiam paulo ante ſuppreſſam; quod rectiſſime tenuit, ſuo more circumloquens, Gedoynus, dum interponit: *Fatigationem cavere ne opus quidem eſt, ea enim* etc. cf. 9, 4, 84. 1, 5, 67. 1, 11, 10. 2, 4, 19. 27. Accuſativum autem ad *afficit* ex proximo repete *vocem;* ſic apparet, quid ſit *ut corpora.* Pariter *ut corpora* fatigatione etiam in futurum debilitari videamus, ita et *vocem* corrumpi monet.

22. *nec praeparare.* vide not. crit.

Digitized by Google

ſummos, nec ſemper a contentione condere licet, cum pluribus judiciis ſaepe dicendum
23 ſit. Ne ciborum quidem eſt eadem obſervatio. Non enim tam molli teneraque voce, quam forti ac durabili opus eſt: cum illi omnes, etiam altiſſimos ſonos, leniant cantu oris, nobis pleraque aſpere ſint concitateque dicenda, et vigilandae noctes, et fuligo lucubrationum bibenda, et in ſudata veſte duran-
24 dum. Quare vocem deliciis non molliamus, nec imbuatur ea conſuetudine, quae duratura

Eſt ibi: *vocem — ſenſim excitant, eandemque — ab acutiſſimo ſono usque ad graviſſimum ſonum recipiunt et quaſi quodammodo colligunt.* Inde intelligitur, quid ſit „vocem a“ (id eſt *poſt*) „contentione *condere*.“ Eſt enim hoc verbum in Turic. Flor. Ambr. 2. ut et Alm. Voſſ. 3. *contendere* Guelf. cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. *cedere* Camp. cum Andr. *conquieſcere* Ald. e conjectura Regii. Reliqui *concedere*, quorum ſunt Goth. Vall. Hoc Burmannus interpretatur, domum ire vel aliquo, ubi requieſcamus; praepoſtere: oportebat enim verbum eſſe, quod regeret accuſativum *vocem*. Illud levius, quod pro *imis ſonis* Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. *imiſſionis* vel *immiſſ.* Mox pro *Ne* Turic. Flor. Camp. *nec* cum Alm.

23. *dicenda*. Turic. Flor. cum Jenſ. *dicendi*. Pro *bibenda* Flor. (a pr. m.) *vivenda*. Sed *inſudata* conjunctim, ut e Voſſ. 1. affertur et eſt in aliquot editis, meorum MSS. nullus.

24. *quae duratura — firmetur conſuetudine*. Turic. (qui et mox *quo diſſ.*) Flor. Guelf. omittunt cum Alm. propter homoeoteleuton. Ambr. 2. *quam deſideratura ſit f. e. — f. c.*

pluribus judiciis. cf. 11, 1, 78. ubi ſunt *centumviralia judicia duplicia*.

23. *cantu oris*. cf. §. 13.

24. *nec imbuatur — conſuetudine*. Quamvis aſſuetus negligentiae illi, qua laborat noſter in iterandis iisdem vocabulis, valde tamen offendor hac geminata *conſuetudine*, quae quidem turbas quoque non exiguas dedit. vide not. crit.

Digitized by Google

non ſit: ſed exercitatio ejus talis ſit, qualis uſus: nec ſilentio ſubſidat, ſed firmetur conſuetudine, qua difficultas omnis levatur. Edi- 25
ſcere autem, quo exerceáris, erit optimum: nam ex tempore dicentes avocat a cura vocis ille, qui ex rebus ipſis concipitur, affectus: et ediſcere quam maxime varia, quae et clamorem, et disputationem, et ſermonem, et flexus habeant, ut ſimul in omnia paremur.

cum Bern. *quam deſertura ſit — f. c.* Camp. cum Goth. (de omiſſa voce *non* tac. Geſn.) Voſſ. 2. Vall. *quae deſiderata non ſit — f. c.* Voſſ. 3. *quam deſideratura non ſit — f. c.* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. Cum et haec vetuſtiſſimorum auctoritate careant, fateor me propendere in illam Ambr. ſcripturam, cui par fere tamen fuerit Goth. modo ſcribatur *quae*. Noſtra debetur Regii ingenio, qui *non* jam inveniebat in libris. Modo *imbuamur*, quod plurimae habent edd. (non Camp.) in nullo eſt MS. Deinde *ne ſilentio* Ambr. 2. Camp. cum Goth. Jenſ. Tarv. *ſubſideat* autem Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. de Goth. err. Geſn. qui perperam etiam inde enotavit *firmiter*. Mox *levetur* praeter Goth. et Voſſ. 1. (an 2?) Camp. quoque, ut ſuſpicor; male. Sententiam hanc *conſuetudine difficultas omnis levatur* excerpſit Florileg. Santen.

25. *quo exercearis, erit.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *quod non e. dicentes avocat a.* Turic. Ambr. 2. *dicentis avocata* cum Voſſ. 3. Sed Flor. *dicentis avocatur.* Guelf. *dicentis a notata.* Camp. *dicentis advocati* cum Voſſ. 2. *dicentis avocati* Goth. *dicentem advocata* Jenſ. cum edd. ante Ald. *dicentem avocat a* Geſn. Bip. Reliqui *dicenti avocatur*. Noſtrum e conjectura, praeeunte Geſnero. Mox Turic. *quae*. Poſt *affectus* omittunt *et* Ambr. 2. Guelf. cum Goth. Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald.; male, ut notat Regius. *flexus*. Turic. Camp. *deflexus*. Hic ne ipſi quidem vetuſtiſſimo obſequendum duxi, quia de voce ſemper eſt *flexus*, non *deflexus*. Mox *in omnia* omittunt Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm.

exercitatio — qualiſ uſus. cf. 29. item 1, 11, 14.

25. *et flexus* i. e. ejusmodi locos, quos deceat miſerabilis ille ſonus, ad canticum paene accedens. cf. §. 170. 1, 11, 12. Malim ſane *flexum* ſingulariter.

Digitized by Google

26 Hoc ſatis eſt. Alioqui nitida illa et curata vox inſolitum laborem recuſabit, ut aſſueta gymnaſiis et oleo corpora, quamlibet ſint in ſuis certaminibus ſpecioſa atque robuſta, ſi militare iter, faſcemque et vigilias imperes, deficiant, et quaerant unctores ſuos, nudumque ſudo-
27 rem. Illa quidem in hoc opere praecipi quis ferat, vitandos ſoles atque ventos, et nubila etiam ac ſiccitates? Ita ſi dicendum in ſole, aut ventoſo, humido, calido die fuerit, reos deſeremus? Nam crudum quidem, aut ſatu- 1005

26. *recuſabit.* Turic. *recuſavit.* Modo Guelf. omittit *illa.* Mox Turic. Flor. (hic a pr. m.) *et* pro *ut, adſueta* iidem. Turic. *item* pro *iter.* *faſcemquè.* Sic Turic. Ambr. 2. Guelf. (horum uterque male mox deſiderat *et*) cum Alm. Voſſ. 3. Reliqui *faſcesque.* Aliquot etiam vett. edd. de infeliciſſima Regii conjectura *facesque.* (Similis error Badii, qui *ſpatioſa* ſua in textum quoque aſſumſit.) Mox Turic. Flor. (hic a pr. m.) *implere* cum Alm. *deficient* Ambr. 2. Guelf. cum Voſſ. 1. 3. Poſiremus et *quaerent*, utrumque Flor. a ſec. m. *deficiat* Camp. idemque *victores.* Flor. (a pr. m.) *pudorem* cum Alm. (cf. 22.) *ludumque* Baſil. non e ſphalmate.

27. *calido.* Sic Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. 3. Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. acc. Bad. *gallico* Turic. cum Alm. (cf. 26.) *gelidove* Camp. Reliqui *calidove.* Goth. (tac. Geſn.) *diſereremus* cum Voſſ. 2. *deſereremus* Vall. (tac. Barm.) *diſeremus* Jenſ. (tac. Geſn.) *deſeramus* Tarv. *diſſeremus* Voſſ. 1. 3. Mox *quidem crudum* Turic. Flor. Ambr. 2. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Neceſſario transpoſuit Regius. cf. 4, 2, 128. Guelf. *quidam crudum* et mox *quidem.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *evecto.*

26. *faſcemque.* Virgil. Georg. 3, 46. 47. *Romanus — Injuſto ſub faſce viam - carpit.* Quorum hic Pſeudo — Turnebus mentionem facit, *mulos Marianos* vide in Lexicis voce *mulus.*

nudumque ſudorem. Opponitur ei, qui in veſte perferendus eſt, §. 23.

Digitized by Google

rum, aut ebrium, aut ejecto modo vomitu, quae cavenda quidam monent, declamare neminem, qui ſit mentis compos, puto. Illud 28
non ſine cauſa eſt ab omnibus praeceptum, ut parcatur maxime voci in illo a pueritia in adoleſcentiam transitu, quia naturaliter impeditur, non, ut arbitror, propter calorem, quod quidam putaverunt; nam eſt major alias; ſed propter humorem potius; nam hoc aetas illa turgeſcit. Itaque nares etiam, ac pectus, eo 29
tempore tument, atque omnia velut germinant, eoque ſunt tenera et injuriae obnoxia.

28. *omnibus.* Turic. *hominibus.* Flor. (a pr. m.) *ominibus.* Turic. Ambr. 2. (hic et *adu*) *adoleſcentia* cum Voſſ. 1. Bern. *transi* Turic. *qui* Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Bern. Goth. Voſſ. 1. 2. Vall. Jenſ. Tarv. *non* omittitur a Turic. Flor. (hoc a pr. m.) et Alm. *propter* itidem a Turic. Flor. (hoc a pr. m. a qua et *calor eſt*). Sed Guelf. *non arbitror p. c.* et ſic Flor. a ſec. m. *alias.* Turic. *alas* cum Alm. *alis* Ambr. 2. *in aliis* Camp. cum Goth. et edd. ante Stoer. acc. Roll. Reliqui *aliis.* Noſtrum e conjectura. *haec* Guelf. (et hic viciſſim *illo*) cum Jenſ. non Tarv. Pro *turgeſcit* Turic. *ſucceſſit* cum Alm. et Palat. Gebh. probante hoc, nempe ut ſcribatur *ſucceſcit*, quod verbum quis unquam legit? nec quidquam elegantius vulgato.

29. *germinant — tenera.* Sic Turic. (niſi quod *geminant* et obſcurius encliticam, quae poſſit accipi *quod*) cum Ald. quod a quibusdam legi jam Regius teſtatur. Flor. Camp. *g. eo quod ſunt t.* Ex Alm. *g. eo quod t.* (cf. 4, 3, 3.) Baſil. *g. eoque t.* cum aliquot Burmanni. Reliqui omittunt *eoque ſunt.* Ante *germ.* Turic. Flor. Camp. repetunt *eo tempore.* Jenſ. priore loco inſerit *maxime* inter *eo* et *tempore* cum edd. poſterr. ante Bad. *nates* quoque Guelf. pro *nares.* Pro *ſicut* Turic. *ſic.* Guelf. *vox non.* Ambr. 2. *dicens.* Pro *orationi* Turic. Camp. *ordine* cum Alm.

Digitized by Google

Sed, ut ad propoſitum redeam, jam confirmatae conſtitutaeque vocis genus exercitationis optimum duco, quod eſt operi ſimillimum, dicere quotidie, ſicut agimus. Namque hoc modo non vox tantum confirmatur et latus, ſed etiam corporis decens et accommodatus
30 orationi motus componitur. Non alia eſt autem ratio pronunciationis, quam ipſius orationis. Nam ut illa emendata, dilucida, ornata, apta eſſe debet: ita haec quoque emendata erit, id eſt, vitio carebit, ſi fuerit os facile, explanatum, jucundum, urbanum, id eſt, in quo nulla neque ruſticitas neque peregrinitas reſonet. Non enim ſine cauſa dicitur
31 *barbarum Graecumve*. Nam ſonis homines,

30. *Non alia eſt autem.* Turic. Flor. *n. a. ſed eſt alia.* Error natus e compendio *aī* (cf. 11, 1, 67.). Camp. *non eſt autem alia;* placet. De transponendo *autem* vide Drakenb. ad Liv. 6, 17, 3. item Lexica. Omittit Guelf. *quam ipſ. or.* item *reſonet.* Pro *peregrinitas* Camp. *peregrinum* et *graecum. Verum* pro *graecumve. Nam.* Mox Guelf. *ſuaviloquentiorem* cum Jenſ. Tarv. (quanquam hi magis *ſua vi loquentiorem*) et edd. poſterr. ante Ald.

30. *illa — haec.* cf. 8, 6, 8, et mox hic §. 41. Gradus illi virtutis oratoriae, ut ſit oratio *emendata, dilucida, ornata, apta,* ubique agnoſcuntur a noſtro, velut 1, 5, 1. hic autem in pronunciatione percenſentur iidem §§. 30 — 33. (*emendata*) 33 — 40. (*dilucida*) 40 — 61. (*ornata*) 61 ad finem usque capitis (*apta*); niſi quod a §. 65. inde ad 167. propria geſtus tractatio inferitur.

31. *barbarum Graecumve.* Hujus quidem proverbii nullum praeterea auctorem reperimus, et video accipi quaſi dictum de eo, qui pronunciet parum latine, proptereaque aut barbarus videatur aut Graecus; quare Geſnerus remittit nos ad 1, 1, 13. ubi de corruptis Graeco ſono la-

Digitized by Google

ut aera tinnitu, dignoſcimus. Ita fiet illud, quod Ennius probat, cum dicit *ſuaviloquenti* 1004*ore Cethegum fuiſſe*: non quod Cicero in his reprehendit, quos ait *latrare, non agere.* Sunt enim multa vitia, de quibus dixi, cum in quadam primi libri parte puerorum ora formarem, opportunius ratus, in ea aetate facere illorum mentionem, in qua emendari poſſunt. Itemque ſi ipſa *vox* primum fuerit, ut ſic di- 32

31. *his.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. *is* Camp. Reliqui *iis.* Jenſ. Tarv. *agit* pro *ait*, non Camp. Mox *dixit* Turic. (cf. 9, 3, 97. Etiam 6, 3, 47. Ambr. 1. *dixit*, ſed per compendium *dix.*) item *arte.* Mox Flor. (a ſec. m.) Guelf. *emendationem* pro *mentionem.*

32. *Itemque.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Goth. Bern. Reliqui *Itaque.* *ſi — fuerit, ut.* Sic Turic. Flor.

tinis agitur. Poſſit tamen non de latina modo pronunciatione uſurpatum eſſe, ſed a Graecis ipſis repetitum, ut *barbarus* et *Graecus* hic eſſet pro *vitioſo* et *emendato* in genere; in qua ratione reponendum *Graecumne* (cf. §. 16.). Sic apparet, nihil medium eſſe, ſed aut eruditum aut illiberalem unumquemque prodi, ut primum locutus fuerit. Niſi forte, hoc ſi volniſſet, transpoſiturus erat *Graecum barbarumne.* Haereo autem in eo quoque, quod neutrum ponitur, non maſculinum; neque enim accuſativum quomodo hinc eruam reperio; et tamen in proximis homo dignoſcitur, non res. Sed in proverbiis cum multa ſupprimi ſoleant, potuit tamen et hoc accuſativo maſculino efferri, modo recte expleatur ſententia, quod iis facile, qui locutionem norunt. Cf. ad ſententiam univerſam 8, 1, 3. et de praeſtantia Romanae pronunciationis, cujus meminit Geſnerus, Cic. de Or. 3, 11.

Ennius — latrare. „Apud „Cic. Bruto 15. ubi et illud, „*Latrant jam quidam oratores, „non loquuntur.* Sic de Orat. „3, 34. de Pericle, *At hunc non „clamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat.*" Geſnerus. cf. et noſtr. 2, 15, 4.

in quadam primi libri parte. „1. 1, 37. 1, 5, 32. 33. 1, „8, 1. inprimis vero 1, 11 in„tegro." Geſnerus.

32. *Itemque ſi — patietur.*

Digitized by Google

cam, *ſana*, id eſt, nullum eorum, de quibus modo retuli, patietur incommodum: deinde non *ſurda*, *rudis*, *immanis*, *dura*, *rigida*, *vana*, *praepinguis*, aut *tenuis*, *inanis*, *acerba*,

(quanquam ex hoc *ſi* ab initio non memoratur, per incuriam puto) Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Bodl. Ioann. Alm. Voſſ. 2. 3. Bern. et edd. ante Gryph. Reliqui *ſit i. v. p. ut*, omiſſo *fuerit*. Cujus ſcripturae vindices narrantur Voſſ. 1. Andr. Sich. ita tamen ut *ſi* habeant, non *ſit*. Mox pro *ſic* Turic. Camp. *ſi*. *modo retuli*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Camp. cum Alm. Bodl. Voſſ. 1. 3. et edd. inde a Burm. exc. Capper. is enim revocavit reliquorum *nunc dixi*, artis criticae et eloquendi peritiſſimus homo. Apparet, qui ſint viliores Codd. (velut Guelf. Vall. Goth. Voſſ. 2.), hic ſaltem meliorum ſcriptura medente vitio illi nimis frequenti in noſtro, cum modo fuiſſet (§. 31.) *de quibus dixi*, et hic *ut ſic dicam*. *patietur*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 1. 2. 3. Bern. et edd. ante Gryph. Reliqui *patiatur*. *ſurda*. Sic Turic. Flor. cum Alm. Reliqui *ſubſurda*. Mox Turic.

Referenda haec ſunt eo, quibus §. 30. opus eſſe dicebatur, ut pronunciatio vitiis careret, quorumque ope exiſteret illud, quod Ennius probat. Verba autem *fuerit* et *patietur* ſibi invicem reſpondent, utrumque futuri temporis. In *patiendo* ille eſt Graeciſmus, de quo egimus ad 1, 2, 31, quanquam de rebus ingratis modo uſurpatus.

ſurda. Hoc vocis appoſitum alibi non legitur, ut nec alterum, quod hic plerique, ſed recentiores, libri praeferunt *ſubſurda*. Facillima tamen intellectu vocabuli poteſtas, quae non recedit ab illa, per quam *caecum* dicitur quod non ſpectatur. Simplex compoſito praetuli, praeter auctoritatem veterum librorum, eo quoque quod nihil hic in vocis malae vituperio erat mitigandum, ut nec reliqua, quae ſubjiciuntur, leniores habent appellationes. Recte Geſnerus utitur loco Ciceronis de Orat. 3, 11. *vox abſona atque abſurda*. Alioqui, cum *ſubrauca* Cic. Brut. 38., quidni *ſubſurda* dicta fuerit? et *ſubabſurda* vidimus 6, 3, 99, ſed non de voce.

vana vox qualis ſit, juxta cum Burmanno ignoro, et verum credo quod reponere velit ipſe, *vaſta*, cui commen-

Digitized by Google

puſilla, *mollis*, *effeminata*: *ſpiritus*, nec *brevis*, nec parum *durabilis*, nec *in receptu difficilis*. *Dilucida* vero erit *pronunciatio*, primum, ſi verba tota *exierint*, quorum pars *devorari*, pars *deſtitui* ſolet, plerisque extremas ſyllabas non perferentibus, dum priorum 55

pura pro *dura*. *in receptu*. Turic. Ambr. 2. *i. praeceptu* cum Bern. Sed Flor. *in praeceptum* cum Voſſ. 1. 3. *i. perceptum* Guelf. *i. interceptu* Camp. *i. perceptu* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Bad. qui ex Vall. noſtrum, acc. Goth.

55. *exierint*. Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Andr. Ald. Obr. *exigerint* Ambr. 2. *exegerint* Guelf. Reliqui *exegerit*. Fruſtra Burmannus vulgatam tuetur loco 9, 4, 106. ubi *exigitur* ſignificatu longe huic diverſo. *perferentibus*. Sic Turic. Guelf. cum Alm. Bern. Reliqui *proferentibus*. Modo Turic. *nos* pro

dando adhibet Columell. 1, 9. *vaſtitatem oris* et 7, 12. *canem vaſti latratus*, praeter aliquot Ciceronis loca facilia inventu: vide et Ern. Clav. h. v. Longius petitum et minus pro Quintiliani candore, quod et ipſum tentat ille, *rava*, „quae „eſt, teſte Feſto, *parum liqui*„*da*, *proxime canum latratum* „*ſonans*, unde *rabulae* dicti, „de qua vid. Heinſ. ad Ovid. „1. Am. 12, 19." et ipſe praefert alterum. *Inanis*, quae recenſetur inter diverſa vitia, rectiſſime monetur noſtrum vocabulum plane falſum oſtendere. *Varia*, quae eſt Geſneri conjectura, forte in ipſa Campani ed. legitur (eſt autem frequentiſſima harum vocum permutatio, vid. Drakenb. ad Liv. 22, 7, 4); et fuerit, ut putat ille, „inconſtans, in qua „tenorem quendam ſervare „non poſſis, quam in poteſtate „adeo non habeas, ſed quae „ſubito in alium tonum quaſi „elidatur." Mihi quidem ea ratio minime placet. Eſt *vox varia* etiam in laude §. 145. Capperonnerius Burmanni conjecturam maligne laudans et vulgatae praeſidia quaerens nihil proficit.

33. *perferentibus*. Plus hoc eſt quam *proferentibus*. Vix enim quisquam *extremas ſyllabas* plane non *profert*, ſed plerique non *perferunt ad audientes*. cf. 8 Pro. 15. item 4, 1, 47. *Deſtitui* ſyllabas tum puto, cum iis juſta vis vocis non contingit; neque enim cum Geſnero discerptas a reliquis, „ſine quibus placere aut

Digitized by Google

ſono indulgent. Ut eſt autem neceſſaria verborum explanatio, ita omnes imputare et velut annumerare litteras, moleſtum, et odio-
54 ſum. Nam et vocales frequentiſſime coëunt, et conſonantium quaedam inſequente vocali diſſimulatur. utriusque exemplum poſuimus,

Multum ille et terris. — —

55 Vitatur etiam duriorum inter ſe congreſſus,

non, item *non* cum Flor. pro *dum*: acc. videtur Alm. qui et mox, itidem per compendium, *ſono non ind.*, ubi Turic. *ſolo non i.* *imputare.* Sic Turic. (niſi quod *inputatte*) Flor. Ambr. 2. (et horum uterque *in*, non *im*) Guelf. cum Goth. Alm. Voſſ. 2. Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. acc. Bad. Geſn. Bip. Reliqui *computare.* Camp., ut nos, *annumerare* cum edd. ante Burm.

54. *diſſimulatur.* Sic Turic. Flor. Reliqui *diſſimulantur.* Mox in loco Virgil. omittit Turic. *ille.* Goth. *inde* pro *unde* (cf. 9, 4, 51.). Camp. *Idemque* pro *Ideoque.* Flor. *Catullo* cum Camp. et edd. ante Ald., quomodo et 6, 3, 81. cum Guelf. ſed ſine hisce erroris ſociis.

„intelligi adeo non poſſint" intelligo. *Devorantur*, quae vix prodeunt ore, *deſtituuntur*, quae claritate carent. Ad *annumerandum* a Geſnero recte citatur Cic. de Or. 3, 11. *exprimi litteras putidius.* Supra quoque apud noſtrum eſt *explanatio vocum* 1, 5, 33. et modo *os explanatum.* vid. Ern. Clav. Cic. h. v. item nos ad 9, 4, 34.

54. *poſuimus.* 9, 4, 40. „conſonantium *quaedam*" hic eſt non niſi *una* i. e. M, quare ſingularis ponitur *diſſimulatur.* In exemplo quidem illo libri noni hoc *et terris* adjectum non legimus, quo ipſo fit, ut utriusque, et eliſionis vocalium et corruptae litterae M, non adeo manifeſtum fuerit exemplum. Num igitur eo loco haec vocabula aſcribenda ſunt? Suſpicor magis, hic, ubi nunc verſamur, male memorem fuiſſe noſtrum ejus, quod ſupra poſuerit, cum praeſertim id ipſum alibi compareat 9, 3, 52. cf. not. crit.

Digitized by Google

unde *pellexit*, et *collegit*, et quae alio loco dicta sunt. Ideoque laudatur in Catulo *suavis appellatio litterarum.* Secundum est, ut *sit oratio distincta*, id est, ut, qui dicit, et incipiat ubi oportet, et desinat. Observandum
1005 etiam, quo loco sustinendus et quasi suspendendus sermo sit (quod Graeci ὑποδιαστολὴν vel ὑποστιγμὴν vocant), quo deponendus.

35. *id est, ut, qui d.* Turic. *idem qui d.* Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. *i. e. qui d.* cum Goth. Jens. Tarv. Ex Alm. *id qui d.* E Voss. 1. *ut quae dicat.* Haesi, an sequendi essent vetustissimi libri, hac sententia: *Secundum* illud, *ut sit oratio distincta*, quod dixi, continetur hoc praecepto: *et incipiat et desinat is qui dicit* cet. in qua ratione vides alienum *ut;* sed cum facillime intercidere potuerit, inferendum suadenti Regio contra ire non libuit. Ut nunc est, conjunctivi *incipiat, desinat* pendent ab *ut;* alioqui essent praecipientis, et pro imperativis. Locatelli ed. obtemperaverit Regio, an e MS. expresserit scripturam, dubitari potest. *et* post *oportet*, quod inserit Regius, mei praeter Jens. omnes habent. Guelf. *etiam incipiat.* Modo *ratio* pro *oratio* Ambr. 2. Guelf.

quod Graeci. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Gryph. Reliqui *quam.* cf. 5, 11, 5. 7, 8, 2. Modo Turic. *sustinendum sed.* Flor. *sustinendum et.* Camp. *substituendus et.*

ὑποδιαστολὴν vel ὑποστιγμήν. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Goth. Vall. (tac. Burm.) et edd. ante Ald. exc. Camp. (nam et Jens. nonnisi unum *vel*) acc. Stoer. Chouet.

35. *alio loco.* Reponendum arbitror: *illo loco* (qualis satis frequens est confusio, cf. 10, 1, 24. item 11, 2, 15.). Neque enim potuit statim omittere ejus, quo nos modo remittebat, loci mentionem; modo latius eundem comprehendas a §. 33. usque ad 40 finem.

in Catulo. apud Cic. in Bruto c. 74.

Secundum est. Spectat hoc ad ea, quibus *dilucida* fit pronunciatio §. 33.

sustinendus — suspendendus sermo. cf. 9, 4, 68. ubi *sustinetur spiritus.*

Digitized by Google

36 Suſpenditur, *Arma virumque cano:* quia illud ad ſequentia pertinet, ut ſit, *virum, Trojae qui primus ab oris:* et hic iterum. nam etiamſi aliud eſt, unde venit, quam quo venit, non

Leid. Reliqui inſerunt *vel* ὑποσυστολὴν, quod pro ὑποδιαστολὴν aliquot libri dare narrantur in Leid., mihi quidem non viſi. Ald. Baſil. Obr. tres voces dant, quamvis Burmanno teſtante, deſiderare eos *vel* ὑποστιγμὴν. Turic. ſane et Alm. *vel* ὑποστιγμὴν omittere dicuntur, ſed in Turic. agnoſco errorem, cum illud quod ex eo affertur, ὑποστιλλὴν manifeſto ſit ὑποστιγμήν. Fere ſic et Ambr. 2. ὑποστιγαλὶν Guelf. et ὑποστασιολὴ. Sed aberrationes illae firmant noſtram. Sic non ſolo Goth. duce, id quod doctiſſimus Schneiderus jam fecerat, Lexicis Graecis proſcribemus novitiam voeem; nec quidquam proficit verboſa Gibſoni ſedulitas, ſi maxime in ſuis Bodl. et Ioann. (quod ne memorat quidem diſerte) invenit ὑποσυστολὴν. Nec tantum ejus oculis credo. Miror quod Camp. a Geſnero discrepantem non notavi.

36. *illud ad.* Sic Turic. Flor. cum Alm. Reliqui inſerunt *virum.* Modo Turic. *quae,* Flor. *qui* pro *quia.*

venit, quam quo venit. Turic. Flor. *veniat q. quod v.* cum Alm. Omnia haec *non diſtinguendum — continetur* abeſſe narrantur a Voſſ. 2. ubi ſuſpicor alterum vel tertium ſimul deeſſe *venit.* Nihil tale in Goth. (cf. 10, 1, 32.). Recepta premitur ſane iſto poſt *unde* indicativo, quem ego quomodo

36. *quia illud — pertinet.* Omne id quod adhuc lectum fuit, deſignatur pronomine *illud,* ut non opus ſit cum pleriſque, ſed recentioribus, libris inſerere *virum* poſt pronomen, qualis ſtructura non eſt pro elegantia ſcriptoris noſtri. cf. 1, 7, 8. 9, 3, 64. 9, 4, 65. Hoc autem tenendum in praecepto, quod *ſuſpendere* opponitur *deponendo* vel *diſtinguendo.* Neque enim jubemur intervallum his locis facere pronunciandi (quod nemo non facturus erat); ſed τελείαν στιγμὴν ponere vetamur. Ad *ſuſpenditur* intelligendus *ſermo,* ne forte credas, ipſa verba Virgiliana facere ſubjectum. Id vetat quod mox eſt *hic* ad verbium. Subaudies igitur ante illa verba: *in his, ad illa,* vel tale quid. Quae noſtri ſenſus ratio facit, ut diffidam illi, quam ſupra (1, 8, 1.) dedi *diſtinguendi verſum* interpretationi.

Digitized by Google

distinguendum tamen, quia utrumque eodem modo verbo continetur, *venit*. Tertio *Ita-* 37
liam, quia interjectio est, *fato profugus*, et continuum sermonem qui faciebat, *Italiam Lavinaque*, dividit. Ob eandemque causam, quarto *profugus*, deinde, *Lavinaque venit litora*. ubi jam erit distinctio, quia inde alius incipit sensus. Sed in ipsis etiam distinctionibus tempus alias brevius, alias longius dabimus. Interest enim, sermonem finiant, an sensum. Itaque illam distinctionem, *Litora*, 38

tuear non reperio; sed *quod* illud Turic. et Flor. in cujus vicinia recte erat hic modus, fiare nequit. Praeterea praesens *veniat* loci hujus non est; debebat dici *venerit*, quod tamen si minus facere momentum credatur, inventam putem medicinam, ut expungatur secundo loco verbum (cujus ipsa in hoc sensu frequentia salebras habet) sic: „unde veniat „quam quo, non dist. — *venit*." *eodem modo verbo.* Sic Turic. cum Alm. (quanquam per compendium *o* *m*). Reliqui omittunt *modo*.

37. *quia interjectio.* Turic. *qua injectio.* Camp. *quia injectio.* cf. 8, 2, 15. 4, 2, 121. de *interjiciendo.* *dividit — Lavinaque.* Omnia haec omittit Guelf. Sed Camp. modo *Italiam* ignorat. *quarto.* Turic. Flor. *quarta.* *finiant.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Obr. Reliqui *finiat.* Mox *illam* ante *distinct.* om. Guelf. Idem *spiritu*, et *sequar*, et *altero* pro *altae*.

37. *qui faciebat.* Insolens haec *faciendi* significatio commune aliquid habere videtur cum illa grammatica, quam vide 1, 6, 13 seqq. „Conti„nuus sermo eam formam ha„biturus erat, ut legeretur „protinus *Lavinaque* post *Ita*„*liam*." *Sed in ipsis — dabimus.* Quanquam ferri sane haec structura potest, fateor magis mihi probari, si, vel expuncta vel in *his* mutata praepositione *in*, dativus contingat verbo *dabimus*.

Digitized by Google

protinus altero ſpiritus initio inſequar: cum illuc venero, *Atque altae moenia Romae*, deponam, et morabor, et novum rurſus exor-
39 dium faciam. Sunt aliquando et ſine reſpiratione quaedam morae etiam in periodis: ut in illa, *In coetu vero populi Romani, negotium publicum gerens, magiſter equitum*, etc. Multa membra habet; ſenſus enim ſunt alii atque alii: et ſicut una circumductio eſt, ita paulum morandum in his intervallis, non interrumpendus eſt contextus. Sed e contrario ſpiri-

39. *in periodis.* Turic. *inperio.* Flor. *in periho.* Compendium illud Guelf. et Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) mutant expreſſo ipſo *et cetera* cum edd. ante Gryph. (cf. 5, 11, 12.)

Multa membra habet. Hoc ordine mei praeter Goth. Jenſ. edd. poſterr. ante Leid. Geſn. Bip. Hi enim *multa h. m.* Id ſoli conjecturae dedi Geſnerianae, quod cum ipſo et Bip. ſcripſi *habet* ſingulari numero, ceteris omnibus pluralem oſtendentibus. *et ſicut — circumductio eſt.* Turic. *ſuunam circumductionem.* Flor. Camp. *ſub unam circumductionem* cum Alm. Voſſ. 2. Goth. (niſi quod hic addit ab initio *aliquando*). *et unam circumductionem* Ambr. 2. Obr. *ſicut unam circumductionem* Voſſ. 3. *ſicut una c. e.* Voſſ. 1. Mihi liquet, in vetuſtiſſimo quoque eſſe *ſub u. circumductionem.* Ut autem tota haec ῥῆσις in vulgata laborat, ita Obr. maxime ſequendum reor reſtituentem ſic: „ut enim illa *In coetu „vero — etc.* multa membra habent (ſenſus enim ſunt alii at„que alii ſub unam circumductionem); ita paulum — contex„tus." Geminatum breviſſimo intervallo *enim* nihil moramur, cf. 6, 5, 4. et modo §. 30. 31. *ſub* cum accuſativo ſtructum vide apud Drakenb. ad Liv. 2, 55, 1. *circumductio* eſt *periodus*, cf. 9, 4, 118. *paulo* pro *paulum* Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Ald. *Sed e contrario.* Sic Flor. Camp. cum Alm. *Sed eſt contrarios* Turic. Hic item *ſpiritus*

39. *ſicut — circumductio eſt.* cf. not. crit. Locus Ciceronis eſt Philipp. 2, 25. *ſurripiendum* ſpiritum cf. ad 4. 2, 78.

Digitized by Google

tum interim recipere sine intellectu morae necesse est: quo loco quasi surripiendus est: alioqui si inscite recipiatur, non minus afferat obscuritatis, quam vitiosa distinctio. Virtus autem distinguendi fortasse sit parva. sine qua tamen esse nulla alia in agendo potest. *Ornata* 40
1006est pronunciatio, cui suffragatur *vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans aëra et auribus se-*

cum Flor. Camp. Modo Flor. *contextis* et mox Guelf. *surripiendum.*

40. *beata.* Guelf. *boata.* Obr. *laeta.* Burm. malit *lata,* usus varietate in 5, 14, 31. (ubi et Flor. Ambr. 1. *beatissimi*) et hic §. 82. „*latiorem* vocem." Gesnerus *latum* in vitio poni arbitratur §. 10. ubi vocabulo hoc noster quidem non utitur, sed iis sane, quo ibi nos remittit Qu., locis Cicero. Burmanno autem demonstratum exemplum ipsius conjecturae repugnat; ibi enim profecto est in vitio *latitudo* vocis. *Beatam* igitur *vocem* cum Gesnero intelligere „ut *felix ingenium*" cogor, „quae virtutes omnes habeat, quae sufficiat una „omnibus contentionibus, remissionibus, quae eadem, prout „opus, sit acuta et gravis etc." quanquam plane quidem non acquiescens in hac interpretatione. Illud in genere videtur tenendum in hac appositorum vocis multitudine, non certa et ad artis formulam redacta discrimina hic notari, sed aliquid latius fundi, in quo possit una appellatio alteri valde respondere. Quid autem sit quod pro *beata* Goth. 2. et Kapp. dicuntur dare *foris,* plane non exputo [Corruptum videtur e *fortis* interpretamento. B.]. Nihil tale in meis quidem libris. Mirus etiam Aldus, id quod nemo notavit, post *beata* inferens *bona.* Robertus Titius, indicante Burm., *elata* reponebat pro *beata.* *aëra et auribus.* Sic Turic. Flor.

40. *beata.* cf. not. crit. *secans aëra et auribus sedens.* Hoc conjungendum unique vocis proprietati assignandum est, ut apparet inferto hic demum *et.* Neque enim in tanta enumerationis multitudine *et* ita subjiceretur, si ultimum aeque distaret a proximo, quam a reliquis.

Digitized by Google

dens. Eſt enim quaedam ad auditum accommodata, non magnitudine, ſed proprietate, ad hoc velut tractabilis, utique habens omnes

Camp. (ſed hic *ora* pro *aëra*) cum Alm. Voſſ. 3. Ald. *erecta a.* Guelf. ut et marg. Baſil. *aerae tauribus* Ambr. 2. Reliqui omittunt *et.* Modo pro *morae* Flor. *mori.* Pro *pura* Voſſ. 1. 3. *pulchra*, de qua confuſione agentem Bentlejum conſulere

Conatur ſcriptor virtutes vocis quam manifeſtiſſimis notis ſignare, non quidem paratis illis, ſed quas ipſe nunc fingat. Quare minus aſſentior Geſnero ſuavitatem hic magnam vocis agnoſcenti, „quae ita demulſerit auditorem, ut etiam poſt „dicendi finem audire illam „ſibi videatur, quemadmodum ille Nigrini Lucianei „auditor c. 7. τῆς φωνῆς, inquit, „ὁ ἦχος ἐν ταῖς ἀκοαῖς παραμέ„νει.“ Ego magis ad naturalem vocis habitum refero, ut quae facile poſſit exaudiri et in aures imas penetret, nec quaſi ad earum modo fores accidat. Aliud erat et magis figurate dictum *ſedere* 9, 4, 94.

Eſt enim quaedam. Neminem hic quaeſiſſe video, quae eſſet ratio harum ſententiarum per conjunctionem *enim* nectendarum. Ne id quidem quisquam diſerte monet, ſubjectum noſtri ſenſus non eſſe *pronunciationem*, ſed *vocem.* Quanquam hoc agnovit Gedoynus, qui ſuis fortaſſe popularibus recte dicere eſt viſus, cum rationem, quare *ornatum* appellaretur aliquod pronunciationis genus, afforri audierunt eam, qnod eſſet aliqua vox certo modo comparata etc. Sed ii ante oculos non habuerunt difficultatem, quae eſt in latinis, ubi, poſtquam ſuffragari dicta eſt ornatae pronunciationi vox *magna*, protinus ſubjicitur haec ejus rei cauſa, quia vox ſit *non magnitudine*, ſed proprietate accommodata ad auditum. Has turbas ut componamus, mutandum erit *enim* in *etiam* (quae eſt frequentiſſima confuſio, cf. 11, 1, 82.), ut intelligatur, etiam praeter illam tantam vocis felicitatem, qualis modo tot ejus virtutibus enumerandis demonſtrata erat, quaeque nonniſi raro hominibus contingere poteſt, eſſe aliquas naturae in hoc genere dotes, non quidem ſummas, ſufficientes tamen huic negotio. *Ad hoc,* in quo et ipſo lapſus eſt Gedoynus, ſignificatu accipiendum erit eo, quem vidimus 3, 6, 53. *Eſt*, quale hic in initio ſenſus, ſaepiſſime animadvertimus, velut 7, 2, 11. In hac ſane ſtructura, etiam ob ſoni ſuavitatem et fere malis prae *etiam*, velut

Digitized by Google

in se, qui desiderantur, sonos intentionesque, et *toto*, ut ajunt, *organo* instructa: cui aderit lateris firmitas, spiritus cum spatio pertinax, tum labori non facile cessurus. Neque gra- 41

jubet Burm. ad Horat. art. poët. v. 99. Mox Camp. *atque* pro *utique*. *sonos*. Ambr. 2. *sinus* cum Bern., blandienti, sed inani, specie. Voss. 1. 3. *simul*. Guelf. *sine*.

et toto — instructa: cui. Turic. *et toto u. a. organa cui*. Flor. *et tota u. a. organa cui* cum Alm. (cf. §. 27.). Guelf. nihil nisi *et* desiderat, haec dans: *intentiones quae toto* etc. Illa quidem Florentina scriptura carere potest participio; neque tamen veram existimo. [v. Addenda.] *cum spatio*. Guelf. *tum f.* cf. 4, 1, 66. Poterat, sicubi alias, hic rectum videri *tum*; sed diligentiorem tamen arbitror rationem vulgatae. Nec probandus Obr. qui mox *tum est ultra* pro *cum e. u.* item §. 44. idem *tum gratiam*. *facile cessurus*. Turic. Flor. (hic primam vocem disjunctim) *facilices rursus*. Camp. (omisso antea *non*) *f. cessurus rursus*.

4, 2, 128. Sed ne haec quidem dura mutatio, ut *enim* transeat in *et*; cf. Drakenb. ad Liv. 34, 50, 7. Fortasse tamen praestiterit *autem* reponere pro *enim*, quae et ipsa confusio rara non est; cf. 3, 3, 10. item hic §. 62. Ita nullum fuerit asyndeton in nostra sententia. *Utique* significat, id saltem non debere desiderari in ista vocis mediocritate, ut omnibus sonis satisfaciat.

toto — organo instructa. „Cui non unus modo atque „alter sonus respondeat, sed „quicunque sunt in polychor„do vel hydraulico organo, „toni pareant. Vid. 11, 3, 16. „ubi tubos quosdam vel ti„bias intelligi, per quas spiri„tus meet, apertum est: sectio„ne vero 169, *organum* esse „systema plurium sonorum. „Elegans Tertulliani descri„ptio ex lib. de anima c. 14. „etiam hic legatur: *Specta „portentosissimam Archimedis „munificentiam, organum hy„draulicum dico, tot membra, „tot partes, tot compagines, „tot itinera vocum, tot com„pendia sonorum, tot commer„cia modorum, tot acies tibia„rum, et una moles erant „omnia.* Ctesibio tribuit, et „nominat Plin. 7, 37. s. 38. et „leguntur hodie machinatio„nes id genus in discipuli „illius Heronis Spiritalibus in „fine. Poëticas descriptiones „suppeditavimus ad Chrestom. „Plini. 47. no. 12. p. 404.“ Gesnerus.

Digitized by Google

vissimus autem in musica sonus nec acutissimus orationibus convenit. Nam et hic parum clarus, nimiumque plenus, nullum afferre animis motum potest: et ille praetenuis, et immodicae claritatis, cum est ultra verum, tum neque pronunciatione flecti, neque diutius
42 ferre intentionem potest. Nam vox, ut nervi, quo remissior, hoc gravior et plenior: quo tensior, hoc tenuis et acuta magis est. Sic ima vim non habet, summa rumpi periclitatur. Mediis ergo utendum sonis; hique cum au-

41. *autem.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Gryph. Reliqui *ut*, foedissimo asyndeto, nec ulla proba sententia. *et hic — et ille.* Turic. Flor. Camp. *in his — ille* (omisso ante *et*), conspirante in priore varietate Alm. Sententia quidem non est nulla in hac ratione. *in his* pro *horum duorum;* nec statim sic recurrit perturbatus pronominum ordo, de quo vide modo §. 40. Elegantior tamen videri potest vulgata. Goth. *et ille — intentionem potest* omittit propter homoeoteleuton. (cf. §. 36.) Pro *ultra* Flor. *vulnera.* *praetenuis.* Guelf. *protinus* (superscripta sunt haec *ptenuis, tennis*). Obr. *pertenuis*, ut secunda Guelf. manus. Sed cf. 11, 1, 31.

42. *hoc gravior.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Reliqui inserunt *et;* sed vicissim unus Camp. idem infercit mox ante *tenuis.* Pro *quo* autem *tam* Jens. et posterr. edd. ante Ald. correxit Regius. Errore carent MSS. et princeps. Mox Turic. Flor. *tenuissem acutum* pro *tenuis et acuta*, item *summarum periclitatur* pro *summa rumpi periclitatur*, proclivi errore. *ergo — excitandi, cum.* Turic. Flor. *e. utensionis eique tum a. interpre-*

41. *gravissimus — in musica sonus.* Nihil aliud *in musica* hic significat, quam si dictum esset *in chordis*, vel *in lyra*, et recte νήτης et ὑπάτης admonet Pseudo-Turnebus. cf. 1, 10, 3.

Digitized by Google

genda intentione excitandi, cum ſummittenda ſunt temperandi. Nam prima eſt obſervatio 45
recte pronunciandi, *aequalitas*, ne ſermo ſubſultet imparibus ſpatiis ac ſonis, miſcens longa brevibus, gravia acutis, elata ſummiſſis, et inaequalitate horum omnium, ſicut pedum, claudicet. Secunda *varietas*, quod ſolum eſt pronunciatio. Ac ne quis pugnare inter 44

tatione e. tum. Ambr. 2. *igitur u. ſ. h. tum a. i. e. tum.* et ſic plane Guelf. (niſi quod *ergo*, et *hi quoque*, quorum utrumque et Goth. tac. Geſn.) Ex Alm. nihil affertur niſi *interpretatione.* Camp. *e. u. ſ. ii quoque c. a. intentio eſt e. c.* cum Vall. et edd. ante Ald. Is enim *iique* cum Bad.; *hique* dare narrantur Alm. Voſſ. 1. 3. ſed *ii quoque* Voſſ. 2. *intentione* nobiscum Voſſ. 3. Reliqui *igitur* (hoc edd. poſt Camp. exc. Ald. cf. 5, 10, 54.) *u. ſ. h. c. a. intentio eſt e. c.* Suſpicor primitus fuiſſe *ſonis eſt hique*, quo minus placet verbum ſubſtantivum ponere pro ablativo *intentione.* Et hic et mox *ſummiſſis et* per duplicem M, prae quo Geſnerus maluit *ſubm.* (Nec in poſterum auctoritatibus defendemus noſtram rationem, quacum Turic. Flor. ſemper, ni fallor; reliquorum optimi plerumque conſpirant; cf. et *ſummoveri* 11, 1, 85. 12, 2, 15.) Ambr. 2. poſtremum *ſummiſiſſet*, Turic. autem, Flor. Guelf. omittunt *et* poſt participium (pro quo ipſo *ſummis* Flor.). *inaequalitatis* mox Camp. Poſt *claudicet* Jenſ. inſerit iterum *ſermo* cum edd. poſterr. ante Stoer. male, nec ullo addicente MS. Iidem qui hic et mox §. 45. *ſummiſſo.*

43. *Secunda varietas.* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. *ſecundo varietatis* cum Alm. *quod ſolum.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Jenſ. et poſterr. ante Ald. acc. Leid. Rollin. Sed Goth. *quod ſola.* Camp. *quae ſola.* Reliqui *quae ſolum.* Modo poſt *varietas* mecum *eſt* omittunt Turic.

43. *quod ſolum eſt pronunciatio.* Non tam *varietatem* ipſam ſolam dicit eſſe pronunciationem, ſed tum demum eſſe *pronunciationem*, quae quidem mereatur hujus nominis honorem, ſi *varietur* illa. Quare maluit neutrum genus hic prae feminino. cf. 9, 4, 33. item hic §. 35. Ita

Digitized by Google

ſe putet aequalitatem et varietatem; cum illi virtuti contrarium vitium ſit inaequalitas, huic, qui dicitur *μονοειδὴς*, quaſi quidam unus aſpectus. Ars porro variandi cum gra- 1007
tiam praebet, ac renovat aures, tum dicentem ipſa laboris mutatione reficit: ut ſtandi, am-

Flor. Ambr. 2. Guelf. Gamp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Bad. qui e Vall. inſeruit, parum eleganter, nec credo, quod narrant, eſſe in Alm. Ex illo *varietatis* vetuſtiſſimorum efficio: *varietas, id quod* cet.

44. *vitium ſit.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *ſ. v.* Modo *putat* Turic. et ſola Leidenſis omittit *Ac* ante *ne quis.* *qui dicitur — quaſi quidam.* Turic. *quae d. μ.* (ſaltem nihil varietatis notatur in graeco) *q. q.* Flor. *quae d.* ανομοια (Graecum valde ſimile huic praefert Tarv. ſic: *ανομια*) *q. q.* Ambr. 2. *qui* (ſic enim refertur) *d.* MONOIΔIa *quiſi q.* Guelf. *quae d. μενωδία q. q.* Femininum *quae* ex Voſſ. 1. 2. quoque affertur, item *que* pro *qui* eſt in Goth. (tac. Geſn.) Sed Bern. *quae d. μονοειδὶα qui ſi quidem.* Obr. *quàe d. μονοειδία q. q.* Edd. ante Ald. hoc ordine *quae d. quaſi quidam μονοειδὴς* praeter Camp. qui ad amuſſim noſtrum dat, ut poſſit inde profeciſſe videri corrector ille Regius; ſed ordinem hujus tenent omnes MSS.

aſpectus. Ars porro v. cum. Turic. *aſpectos porro v. ei.* Etiam Alm. narratur omittere *ars.* *renovat.* Ambr. 2. Guelf. *renovet.* Hic et *unum* omittit ante *diu.*

ſupra ne *dicere* quidem quenquam agnoſcebat, niſi qui diſpoſite cet. 10, 7, 12.

44. 45. *Ac ne quis — ſoni intentio.* In his qui orationem expedire cupiat, eum notas criticas inſpicere oportet. *Discordantem ab oratione vocem* demonſtrat Almelov. in loco Pliniano Epiſt. 2, 19, 6, ſed levi ſimilitudinis ſpecie deceptus, propter *discordiae*, quod ibi eſt, vocabulum. Idem in *μονοτονία* Ciceronis utitur loco Brut. c. 66. *vocis parva contentio, omnia fere ut ſimiliter atque uno modo dicerentur.* Quod ait noſter *paulo poſt ſe tractaturum*, id eſt in loco de *apta* pronunciatione a §. inde 61. Ad „nihil—unum „diu" cf. 1, 12, 7.

Digitized by Google

bulandi, ſedendi, jacendi vices ſunt, nihilque eorum pati unum diu poſſumus. Illud vero 45
maximum, (ſed id paulo poſt tractabimus) quod ſecundum rationem rerum, de quibus dicimus, animorumque habitus, conformanda vox eſt, ne ab oratione discordet. Vitemus igitur illam, quae Graece *μονοτονία* vocatur, una quaedam ſpiritus ac ſoni intentio: non

45. *ſed id.* Turic. Flor. Camp. *ſ. illud.* Et mox Flor. *pertractavimus* pro *poſt tr.* Turic. *poſt tractavimus.* Item *confirmanda* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Alm. Voſſ. 1. Goth. et edd. ante Ald. exc. Camp. qui tamen ante hanc vocem inſerit *et.* *discordet — una quaedam.* Turic. *discorde. V. i. i. q. G. μ. v. ita q.* Flor. item *ita* pro *una.* Camp. *discordare videamur. Igitur illa q. G. μ. v. u. q.* Voſſ. 1. *videmus* pro *vitemus.* Goth. *quidem* pro *quaedam.* In ſequentibus Voſſ. 2. *ac toni* dare narratur, quale nihil Goth. (cf. §. 41.); ſed hic ſupra *ratione* (tac. Geſn.) pro *oratione* ante *discordet.*

Huc usque percenſui loci, ut nunc eſt, vexatiſſimi varietates, quo facilius multiplicem ejus difficultatem demonſtrare poſſem. Namque, ut ab hoc ordiar, minime placet, quod, cum modo Graecum vitii vocabulum retulerit, continuo, quaſi nihil tale praeceſſerit, iterum *μονοτονίας,* ut Graece vocetur, mentionem facit. Majus autem fit illud incommodum, ſi ſcripturas vetuſtiſſimas prioris vocis Graecae intuemur. Cenſet quidem Capper., quae eſt fatua ejus oratio, neque enim lenius hic ullum congruit vocabulum, „ſatis pro„babilitatis habere videri lectionem Obrechti" (quae eſt et Bern.), ſed an vocabulum Graecum eſſet *μονοτιδία,* quaerere neglexit magnus Helleniſtes. Mihi liquet verbum illud, ut quisque vetuſtiſſimus eſt liber, exhiberi ita: *μονῳδία,* nec caret auctoritate iſta appellatio, quae tamen ipſa ſane novis nos premat interpretandi miſeriis. Ut enim jam negligatur ea, de qua dixi, moleſta *μονῳδίας* et *μονοτονίας* ſimilitudo, quid eſt, quod *μονῳδίαν* reddit noſter „quaſi quendam unum „*aſpectum?*" Nihil illic oculi gerunt, aurium eſt negotium. At ſi rurſus permittere te malis vulgatae, quippe quae careat

Digitized by Google

ſolum ne dicamus omnia clamoſe, quod inſanum eſt; aut intra loquendi modum, quod

hisce naevis, vide mihi inſolentiam et inconſtantiam dicendi, ubi primum, id quod tetigi, in mero audiendi opere *aſpectus* foris arceſſitur, deinde Graeca dictio ſic implicatur orationi, ut fiat ea, non artis aliquod vocabulum, ſed latini, quo utitur noſter in explanando, ſubſtantivi appoſitum: *μονοειδὴς aſpectus*. Nec usquam in libris oſtenditur, quod tamen magis ferri poterat: „quod dicitur *μονοειδές*." Quod autem Turic. nulla notatur in hoc Graeco differentia, obſcurioribus litterarum ductibus imputo, qui agnoſci non potuerint. Equidem mihi ipſe iraſcor, quòd nihil ſani extundo. Debebat enim, ſi forte *cantus* excidiſſet poſt *unus*, ratio aliqua iniri mutandae vocis *aſpectus*, in qua vitium ſatis aperte demonſtrat Turic., *aſpectos* profecto non daturus, niſi aliquid male lectum ibi eſſet a librario. Hoc modo compendifaceremus melioreque aliquo mutaremus etiam moleſtum illud *ars*, quod novitium corrigentis librarii commentum eſſe, *plane mihi* perſuadetur. Rurſus *porro* probum eſt et habet ſolitam noſtro vim in transitu et oppoſitione. cf. 2, 3, 5. 3, 6, 8. Alioqui *pronunciationis variandae* ſane blandiri poſſit. Praeter haec ſalebrae ſunt in eo quoque, quod illud *ne quis — putet* manet *ἀναντακόδοτον*; quanquam video poſſe intelligi ſimplicem diſſuaſionem; ſed hoc ſi voluiſſet Qu., dicturum arbitror: *Nec quisquam — putet*, non ut nunc eſt, ubi *Ac* jubet expectare pendentem inde ſententiam. Neque enim credo jungi ſic poſſe: „Ac, ne — aſpectus, ars porro cet." Alias enim *porro* in initio ſenſuum poni ſolet. Sic apparet, opinor, etſi res et ſententia ſatis perſpiciatur in hisce, orationem tamen longe eſſe a ſanitate, quam, ne conjecturis quidem tentandis, ei reddere mihi contingit, contento utcunque hac difficultatis expoſitione. Gallaeum, gloſſas accuſantem in hisce *quaſi — aſpectus* et *una — intentio*, commemorare vix attinet. Verba haec *ipſa laboris — diu poſſumus* habet Floril. Sanctn. hisce ſolis mutatis: *mutatio, nihil*, vel *nil*. [Vid. Addenda.]

intra loquendi. Turic. *inter alloquentem* cum Alm. quanquam hoc per compendium. Flor. *intra alloquentem*. Erroris

45. *intra loquendi modum*. cf. §. 8. Solita autem *loquendi* et *dicendi* oppoſitio, cf. 4, 2, 118, qua uſus eſt Eupolis,

Digitized by Google

motu caret; aut ſummiſſo murmure, quo etiam debilitatur omnis intentio: ſed ut in 46
iisdem partibus iisdemque affectibus ſint tamen quaedam non ita magnae vocis declinationes, prout aut verborum dignitas, aut ſententiarum natura, aut depoſitio, aut inceptio,

origo patet in Turic. Pro *debilitatur* Turic. Flor. *dedi latus.* Camp. *debilitetur.* Mox *declamationes* foedum vitium Guelf. cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Bad. Nihil tale in Camp. qui nec *caret* poſt *motu* omittit cum Jenſ. et edd. ante Ald. Sed *ſunt — quidem* paulo ante Tnric. Camp.

46. *inceptio.* Turic. Flor. Camp. *interceptio* cum Alm. male; vox proba *inceptio* et hujus loci. Modo *depropoſitio* Ambr. 2. *dispoſitio* Goth. Omnia haec omittit Guelf. *aut verborum — ſententiarum natura* inter duo *aut.* Solitus error *poſtulavit* in Turic. Flor. *alia reductiora* omittunt iidem cum Alm. *ſubductiora* dat Camp.

referente Plutarcho in Alcibiade p. 196. E. λαλεῖν ἄρι-στος, ἀδυνατώτατος λέγειν. Quid mox ſit *etiam*, parum aſſequor. Sane *debilitatur* murmure omnis intentio, ut non videatur opus hoc tanquam inexpectatum lectori ingerere addendo *etiam.* An ita accipies: „ipſa quoque in„tentio debilitatur"? Ne hoc quidem valde placet.

46. *aut depoſitio, aut inceptio.* Haec transpoſita malit Geſnerus; praeter neceſſitatem, ut opinor, quoniam *clauſulae* notabiliores *initiis*, ut in compoſitione (9, 4, 62.), ita in pronunciatione. Neque eidem aſſentior *depoſitionem* intelligenti θέσιν talem, „cum ad finem ſententia non illa quidem eodem „plane tenore profertur, ſed „nec praecipitatur, ſed mo„derato quodam flexu et in„clinatione *deponitur.*" Hoc *clarum* eſſe ait ex iſtis §. 38. *deponam — exordium faciam.* Equidem ibi nullum flexum vocis neque quidquam proprium video artificioſae pronunciationis, ſed plenam ſenſus enunciandi concluſionem, τελείαν στιγμὴν diverſam ab ὑποστιγμῇ. *Sententiarum depoſitio* eſt ubi nullus ſit *transitus*; neque enim ante hunc plane *deponenda* vox, ſed *ſuspendenda*; quod mihi offendi videtur illo ipſo, quo Geſnerus nos remittit, loco.

Digitized by Google

aut transitus poſtulabit: ut qui ſingulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt, ſine quo ne membris qui-
47 dem ſuas lineas dediſſent. Proponamus enim nobis illud Ciceronis in oratione nobiliſſima pro Milone principium, nonne ad ſingulas paene diſtinctiones, quamvis in eadem facie, tamen quaſi vultus mutandus eſt? *Etſi vereor, judices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere*
48 *incipientem timere.* Etiamſi toto propoſito contractum atque ſummiſſum, quia et exordium eſt, et ſolliciti exordium: tamen fuerit, neceſſe eſt, aliquid plenius et erectius, cum dicit, *Pro fortiſſimo viro*, quam cum, *Etſi*

47. *nobiliſſima.* Turic. Flor. *noviſſima* cum Alm. Modo Camp. *Praeponamus.* Pro *facie* idem *facile.* Flor. autem pro *judices* dat *vidit.*

48. *Etiamſi toto.* Sic Camp. *etiam toto* Turic. Flor. cum Alm. Reliqui inſerunt *eſt.* Mox *commiſſum* Turic. Flor. Camp. cum Alm. Pro *quia* Turic. Flor. *quae,* Ambr. 2. Guelf. *qua,* Camp. *quod.* Poſtremus cum edd. ante Ald. poſt conjunctionem omittit *et,* male. *cum dixit.* Sic Turic.

eminentiora — reductiora. His illuſtrandis praeter alia minus propria adhibet Burmannus 2, 17, 21. quo loco *eminere* et *recedere* dicuntur quaedam in opere pictoris; item Philoſtr. in vita Apoll. 2, 20. τὸ ἰσόχουν et ἐξίχουν, ubi Olearius noſtro utatur (cf. 8, 5, 29.). Picturae vocabula peritiſſime uſurpavit; cf. 8, 3, 25.

47. *in eadem facie, tamen — vultus.* Egregie et maxima cum proprietate opponuntur *facies* et *vultus* (magis quidem quam *frons* et *facies* 4, 1, 42.), et hinc, quod tamen non adeo manifeſtum, ſua de *vultu* et *facie* ſumſiſſe Vallam (Elegg. 4, 13. p. 315.) ſuſpicatur Badius.

48. *contractum atque ſummiſſum.* Hic verba prope ſynonyma. Aliter uſurpata ſupra 11, 1, 45.

Digitized by Google

1008 *vereor*, et, *Turpe ſit*, et, *Timere*. Jam ſe- 49
cunda reſpiratio increſcat oportet, et naturali quodam conatu, quo minus pavide dicimus, quae ſequuntur, et quod magnitudo animi Milonis oſtenditur, *Minimeque deceat, cum T. Annius ipſe magis rei publicae de ſalute, quam de ſua perturbetur.* Deinde quaſi objurgatio ſui eſt, *Me ad ejus cauſam parem animi magnitudinem afferre non poſſe.* Tum invidioſiora, 50
Tamen haec novi judicii nova forma terret oculos. Illa vero jam paene apertis, ut ajunt, tibiis, *Qui, quocunque inciderunt, conſuetudi-*

Camp. Reliqui *dum.* cf. 10, 6, 7. Inter *viro* et *quam* Goth. (tac. Geſn.) inſerit *dicere* cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Gryph. Sed Guelf. *cum* omittit ante *Etſi*, ut et Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Ald. acc. Badio. Mox Camp. pro *et Timere* dat *etiam T.*

49. *quod magnitudo.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Bern. Reliqui *quo m.* *rei publicae de ſalute.* Sic Turic. Flor. Reliqui *de r. p. ſ.* cum Cic. libris. Sed iidem modo *majus.* Mox *partem* et *invidioſa ora* Flor.

50. *inciderunt, conſuetudinem.* Sic Turic. Flor. Guelf.

49. *quo minus pavide dicimus.* Dictum eſt *quo minus* pro *quia minus* (ſic *eo minus* 8, 3, 13.), non *ut eo minus;* ſed hoc facile intelligitur indicativo, non conjunctivo, ſubjecto. Parum tamen hoc attenderunt qui mox fere omnes „*quo* magnitudo — oſten„ditur" verum crediderunt, *quo* pronomen relativum, niſi fallor, interpretantes, quod referretur ad „*conatu*", eodemque trahentes prius *quo.* Inde eſt quod Rollinus *et* poſt *oportet* ſupervacuum cenſet, niſi forte ſignificet *etiam;* cui nihil opponit Burmannus. Sed reſpondet *et* hoc alteri ante *quod*, ſententia tali: „*Non ſolum* naturali quodam „conatu, quia ſequentia minus „pavide dicimus, increſcat „oportet ſecunda reſpiratio, „*ſed etiam* propterea quod „magnitudo animi Milonis „oſtenditur."

50. *apertis — tibiis.* Nihil

Digitized by Google

nem fori, et priſtinum morem judiciorum requirunt. Nam ſequens latum etiam atque fuſum eſt, *Non enim corona conſeſſus veſter*
51 *cinctus eſt, ut ſolebat.* Quod notavi, ut appareret, non ſolum in membris cauſae, ſed etiam in articulis eſſe aliquam pronunciandi varietatem, ſine qua nihil neque majus neque minus eſt. Vox autem ultra vires urgenda non eſt. Nam et *ſuffocatur* ſaepe, et majore

Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 3. Reliqui inſerunt *veterum* e Cicerone. Sed Camp. *inciderit* et *requirit.* Pro *judiciorum* Turic. Flor. *judicio.* cf. 10, 7, 4. Guelf. *deſiderant* pro *requirunt* cum marg. Baſil. cf. Ern. not. ad loc. Cic. Modo pro *tibiis* Camp. *oculis* (manifeſta imperiti librarii correctione). Pro *fuſum* Jenſ. (tac. Geſn.) *effuſum* cum edd. poſterr. ante Baſil.

51. *neque majus — eſt.* Guelf. *neque minus neque majus e.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Stoer. *nec minus nec majus e.* Poſt haec verba autem Camp. iterum inſerit *Non enim veſter — ſolebat.* *ſuffocatur* Sic Camp.

ad hujus proverbii illuſtrationem VV. DD. afferunt, niſi ut remittant ad 1, 11, 6. Equidem, Eraſmo duce (Adagg. 1, 5, 96.), huc ſimilitudinis certe cauſa advocaverim, quibus utitur Geſnerus ad 1, 2, 30. verſus Sophocleos (Brunck. Fr. Incert. 80.): *Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, Ἀλλ' ἀγρίαις Φύσαισι Φορβειᾶς ἄτερ* (cf. Langbaen. ad Long. p. 20.). Apparet hic minus tectam ſignificari eorum quae fiant in judicio reprehenſionem, cum in proximis invidia modo eidem facta fuerit.

Nam ſequens — fuſum eſt. „Tantum abeſt, ut ſit con„tractum atque ſummiſſum.“

51. *membris — articulis.* Elegans translatio, quo deduxit uſus horum vocabulorum in figuris (9, 3, 98.) et in compoſitione (9, 4, 122. item apud Cic. de Or. 2, 88.). Quod autem ſine hac varietate negat quidquam majus aut minus eſſe, eodem redit quod de pictura mutuatus erat §. 46. Neque enim ſine ea umbrae ullae in tabula.

Digitized by Google

nisu minus clara est, et interim *elisa* in illum sonum erumpit, cui Graeci nomen a gallorum immaturo cantu dederunt. Nec *volubilitate* 52
nimia confundenda, quae dicimus: qua et distinctio perit, et affectus; et nonnunquam etiam verba aliqua sui parte fraudantur. Cui contrarium est vitium nimiae tarditatis. Nam et difficultatem inveniendi fatetur, et segnitia solvit animos, et, in quo est aliquid, tempo-

suffocat Turic. Flor. Reliqui *suffocata*, in quo est pravus participii tanquam adjectivi usus (cf. 11, 2, 20.). Mox Turic. *usu*, Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *nixu* cum Voss. 2. cf. 8, 4, 9. 2, 12, 2. Guelf. *illisa* et *irrumpit*, quorum posterius a pr. m. et in Goth. fuit. *Graeci nomen.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (err. Gesn.) Camp. cum Alm. Jens. et edd. ante Gryph. acc. Obr. Reliqui κλωσμὸν inferunt, male; nec igitur attinet vocem, quae recentiorum huic loco illustrando commentum est, emendare et ad veritatem redigere, in quo occupatur doctissimus Schneiderus in Lexico Graeco.

52. *qua et distinctio.* Turic. Flor. *quae d.* Camp. *qua d.* Modo quod sphalma Stephanianum *confidenda* mutat in *concidenda* Gallaeus, nihili est. Neque ego magis quam Burm. ullum vidi librum, qui, id quod Salmas. ad Tertull. Pall. p. 158. tanquam „editionum" lectionem notat, *fundantur* daret pro *fraudantur*. Mox Turic. Flor. *inveniendis fateretur*. item Turic. *sed iniquos aliquid*, Flor. *sed in quos aliquod* pro *et in quo est aliquid*. Ex Alm. *si iniquos*, omisso *aliquid*. Verba *promtum sit os* omittunt Turic. Flor. cum Alm. Pro *lentum* Goth. (tac. Gesn.) *emptum*.

a gallorum — cantu. Quam hic in mente habuerit Quintilianus vocem, viri docti non exputant: nam plane alienus est suffectus ille κλωσμὸς (v. Not. Crit.), quae gallinarum est glocitatio. Ad rem autem recte huc advocant Juvenalis (5, 90.) „vocem angustam, qua deterius „nec Ille sonat, quo mordetur „gallina marito."

52. *est aliquid* sc. momenti, ut plene habes 9, 4, 84. Cf. 9, 4, 65.

temporibus praefinitis. Puto

Digitized by Google

ribus praefinitis aquam perdit. Promtum ſit os, non praeceps: moderatum, non lentum.
53 Spiritus quoque nec crebro receptus concidat 1009
ſententiam: nec eo usque trahatur, donec deficiat. Nam et deformis eſt conſumti illius ſonus, et reſpiratio ſub aqua diu preſſi ſimilis, et receptus longior, et non opportunus, ut qui fiat, non ubi volumus, ſed ubi neceſſe eſt. Quare longiorem dicturis periodum colligendus eſt ſpiritus: ita tamen, ut id neque diu, neque cum ſono faciamus, neque omnino ut manifeſtum ſit: reliquis partibus optime inter juncturas ſermonis revocabitur.
64 Exercendus autem eſt, ut ſit quam longiſſimus: quod Demoſthenes ut efficeret, ſcandens in adverſum continuabat quam poſſet plurimos verſus. Idem, quo facilius verba ore libero exprimeret, calculos lingua volvens di-

53. *receptus.* Flor. *receptum* cum Alm. non Turic. (cf. §. 40.) Mox *non* ante *ubi* omittunt Turic. Flor. cum Alm. ſed Turic. prius quoque ante *oportunus* deſiderat. *diu neque* omittit Guelf. Mox Ambr. 2. *perihodon*, Guelf. *periodon*. Pro *optime* Turic. Flor. *optimum ei.*

54. *continuabat.* Guelf. *concinebat* cum marg. Baſil. (ſed ibi eſt *conciebat*) Gryph. (1536.) referente Burm.

Idem, quo. Turic. Flor. *de quo quo.* Pro *ut corpora* iidem *et c.* (cf. §. 21.)

hic verſatum illum male continuandi ſolitum librariis errorem, et reponendum eſſe *praefinitam.* Qui enim dativum *praefinitis temporibus* repetat a verbo *perdit*, quaſi *tempori perdatur* id, quod eidem non inſervit, inſolentius hoc dicendi genus vix ullis probet exemplis.

53. *reliquis partibus.* Quod hic praemitti velit Francius *in*, non opus eſt. cf. 10, 1, 88.

54. *Demoſthenes.* Vid. ad 10, 3, 25.

Digitized by Google

cere domi ſolebat. Eſt interim et longus, et 55
plenus, et clarus ſatis ſpiritus, non tamen firmae intentionis, ideoque tremulus: ut corpora, quae aſpectu integra, nervis parum ſuſtinentur. Id *βράγχον* Graeci vocant. Sunt qui ſpiritum cum ſtridore per raritatem dentium non recipiunt, ſed reſorbent. Sunt qui crebro anhelitu, et introrſum etiam clare ſonante, imitentur jumenta onere et jugo laborantia. Quod affectant quoque, tanquam in- 56
ventionis copia urgeantur, majorque vis

55. βράγχον. Ambr. 2. ΒΡΑΜΟΝ. Guelf. βκαμον. Tarv. βραγμον. E vetuſtiſſimis nil affertur diverſae ſcripturae. Id ipſum quod Tarviſina dat, Geſnerus conjectura eruit, cum adhuc quidem vox iſta Graeca incognita ſit, repetens illud e loco Hippocratis Epid. 7, 11. ubi teſte Foëſio pro βραγχώδης MSS. habent βραγμώδης. Neque enim in βράγχῳ, ut uſurpatum videamus a ſcriptoribus, poſſe, id quod hic fiat, agnoſci *longum, plenum, ſatis clarum ſpiritum.* Deinde fontem vocabuli βραγμὸς cum eodem Foëſio cenſet eſſe βραχεῖν, quod apud Heſychium reddatur ἠχῆσαι, ψοφῆσαι (et notiſſimum ſane Homericum ἔβραχε); unde deducit ſignificatum ſonum, qualis e ſiglinis vitioſis et rimam agentibus exeat; eumque hic a Fabio deſcribi. Quae omnia ſatis mihi blandiri fateor. *jugo.* Flor. *juga* (ſolito errore, de quo §. 52.). Alm. *honore* pro *onere*, neutro meorum addicente (cf. 53.).

56. *majorque — quae.* Turic. Flor. *major qui ſe laquentiae ingruatur major quae.* An forte praetuleris haec: *atque vis — in-*

55. βράγχον. cf. not. crit. *Sunt qui — recipiunt — reſorbent — imitentur.* Hic quoque religioſe libros ſequimur noſtros, miro modo primum indicativum, deinde conjunctivum dantes. cf. mox §. 60. Ne illud quidem Oudendorpii decretum, verbis opinionem et ſenſus animi ſignificantibus conjunctivum aſſignans, hic quidquam proficere video. cf. nos ad 11, 1, 82. et 9, 4, 33.

Digitized by Google

eloquentiae ingruat, quam quae emitti faucibus poſſit. Eſt aliis concurſus oris, et cum verbis ſuis colluctatio. Jam tuſſire, et expuere crebro, et ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, et oris humore proximos ſpargere, et majorem partem ſpiritus in loquendo per10 nares effundere, etiamſi non utique vocis ſunt vitia; quia tamen propter vocem accidunt, 57 potiſſimum huic loco ſubjiciantur. Sed quod-

gruat major quam quae? item *tamure* pro *humore* cum Alm. *immitti* Goth. pro *emitti*. Mecum *expuere* Camp. et edd. ante Gibſ. Reliqui S inſerunt, nec Codd. recedere narrantur, niſi quod Goth. (tac. Geſn.) *et ſpuere*. Guelf. Camp. *trocleis* ſine aſpiratione cum edd. ante Gryph. exc. Tarv. Paulo ante *alius* pro *aliis* Jenſ. (tac. Geſ.) cum edd. poſterr. ante Baſil. exc. Aldo. *et* ante *aliis* inſerit meorum ſolus Gryph. Sed Voſſ. 1. 3. *Eſt en al.* *loquendo*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. cum Alm. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. exc. Camp. Reliqui *eloquendo*. Ut toties *eloqui* repoſuimus (cf. l. 9. extr.), ita hic viciſſim expellendum erat. *ſpiritus*. Ambr. 2. *ſpiritum*, et ſic e veteri libro Salmaſius ad Tertull. de Pall. p. 164. qui tamen hanc in accuſativo duriorem ſtructuram exemplis non probat. Mox Turic. Flor. *qua tamen*, iidemque omittunt *accidunt*. Camp. *vocis ſint*.

57. *Sed*. Turic. Flor. *ſe*. Mox Turic. Ambr. 2. *is* pro

56. *concurſus oris*. cf. 10, 7, 8. item hic §. 121.

trochleis. Fateor hanc ſimilitudinem abruptius inductam videri. Reponam equidem quod facile excidebat *velut*. Qui autem hic aliquid tentant, *tracheis* ſubſtituere ſuadentes pro *trochleis*, ad partes vocatis Macrobio (7, 15.) et Gellio (17, 11.), nihil prorſus agunt; quorum ſuſpicionem primus memorat Laurentius Valla apud Badium, ita tamen ut ipſius fuiſſe haud aegre agnoſcas.

proximos ſpargere. „Ablegat nos hic Burmannus ad „ſua in Petro. c. 44. obſerva„ta et Schol. Ariſtoph. Acharn. „1149.“ Geſnerus. Add. Creſoll. Vacatt. Autumn. 2, 7, 14. p. 245.

Digitized by Google

cunque ex his vitium magis tulerim, quam, quo nunc maxime laboratur in cauſis omnibus ſcholisque, cantandi: quod inutilius ſit, an foedius, neſcio. Quid enim minus oratori convenit, quam modulatio ſcenica, et nonnunquam ebriorum aut comiſſantium licentiae ſimilis? Quid vero movendis affectibus contra- 58
rium magis, quam, cum dolendum, iraſcendum, indignandum, commiſerandum ſit, non ſolum ab his affectibus, in quos inducendus eſt judex, recedere; ſed ipſam fori ſanctitatem ludorum talarium licentia ſolvere? Nam Ci-

his, Goth. (tac. Geſn.) *iis*. Tum Ambr. 2. *liberatur* cum Bern. Sed Flor. *candita* pro *cantandi* cum Alm. ubi Burm. ſuſpicatur *cantica*, vel *canticum*, ineleganti ſtructura. Guelf. *inutilis*. Turic. Flor. *ante fedius*. (Nemo reponat *anne*.) Camp. *inut. an fed. ſit.* *comiſſantium*. Turic. *commiſantium*. Bern. *comiſantium*. Guelf. *comeſſantium* cum Goth. (ſi modo) Locat. et edd. poſterr. ante Burm. exc. Ald. Bad. Obr. eodem redeunte Capper. e quo liceat quaerere, qui ſint quos *comaſſantium* ſcribere narrat *tanquam a κωμάζειν*. cf. 7, 10, 9. *commenſantium* Camp. *comeſantium* Voſſ. 2. Bad. qui a *comedo* repetens duplicem M proſcribit, nec S geminatam fert. *commeſantium* Jenſ. (err. Geſn.) cum Vall. Tarv. Ald. *commeſſantium* Obr. cf. Drakenb. ad Liv. 4, 7, 5. Noſtrae rationi addicere videntur Flor. Ambr. 2. ut et 3, 6, 26. Ambr. 1. ubi Flor. *comeſatur* (a ſec. m. *comeſator*), Ambr. 2. *comiſator*, Camp. *comeſſator*. Pro *dolendum* mox Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *docendum* cum Voſſ. 1. 3. cf. mox §. 61.

58. *his affectibus*. Sic Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. Reliqui *iis a*. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *effectibus*. cf. 8, 6, 63. Mox *indicendus* Ambr. 2. cum Bern. *foris* Guelf. cum Voſſ.

57. *inutilius*. cf. 11, 2, 48. De *cantu* hoc cf. §. 23.

58. *ludorum talarium*. Non eſt unum, in quo haereamus,

Digitized by Google

cero *illos ex Lycia et Caria rhetoras paene cantare in epilogis* dixit. Nos etiam cantandi
59 ſeveriorem paulo modum exceſſimus. Quisquamne, non dico de homicidio, ſacrilegio,

1. 3. *rhetoras.* Sic Turic. (niſi quod *reht.*) Flor. Ambr. 2. (hic *reth.*) cum Alm. Jenſ. Tarv. Loc. Venet. *Horas* Voſſ. 1. Reliqui *rhetores.* Modo *litia* Camp. item *ſeviorem.* Obr. *in cantando* male pro *cantandi*, ubi Bern. *in cantandi.* Mox *quanquamne* Turic. Flor. cum Alm. *de* ante *hom.* omittunt Ambr. 2. Guelf. Pro *quisquam* Turic. Flor. *quis* cum Alm. Pro *fidibus ac tibiis* Voſſ. 1. 3. mire *ſub his actionibus.*

quod forma tertiae declinationis hinc aliena objicitur, cum, id quod notant VV. DD., *talárium*, non *talárem*, ludum Cicero dicat Offic. 1, 42. ad Att. 1, 16. Sed longe difficilius dictu, quae ſit ratio, cum ſcenae modo admoniti ſimus, ad aleae ludum protinus deveniendi. Cui equidem nequaquam iis concilior, quae Geſnero miniſtravit Werlhofius, Ciceronis verbis Philipp. 2, 23. „Hominem omnium „nequiſſimum, qui non dubi„taret *vel in foro alea ludere* „cet.“. Etiam minus ſatisfacit Geſnerus *talium* reponi ſuadens pro *talarium*, quo dici non poteſt quantum enervetur ſententia. Ingenioſiſſima autem et neſcio an vera eſt Pithoei (ſive Danielis eſt, a Pithoeo relata, *Dan.* enim aſcribitur, cf. 6, 2, 11.) emendatio, ita refingentis vulgatam: *Lyciorum et Carum.* Huic examuſſim congruit quod continuo infertur „*Nam* — illos „ex Lycia et Caria rhet.“, quodque in nulla alia loci conſtitutione ſanum videtur; cum *nam* illud hoc uno modo habeat quo referatur. Sic Gedoynus quoque, quomodo haec verteret, rationem invenit. Nec obſtat quod Cicero quidem eo, qui demonſtratur, loco Orat. c. 18. *Phrygiam* nominat, non *Lyciam*; hoc enim eſt e ſolitis noſtri erratis, nec reſpiciendum in remedio hic inveniendo niſi id, quod Quintilianus cogitabat, cum haec ſcriberet. Si tamen peccatum forte ſit hic a librario, qui *Lycia* ſcripſerit pro eo, quod Qu. ipſe voluerit, quanquam memoria lapſus, *Lydia*, fiat etiam lenior medela reponendo: *Lydorum et Carum.*

59. *Quisquamne — lite cantat.* Quid ſit faciendum in illis gravioribus offendit, ſed non proprio, ut hic, ad pro-

Digitized by Google

parricidio, sed de calculis certe atque rationibus, quisquam denique, ut semel finiam, in lite cantat? Quod si omnino recipiendum est, nihil causae est, cur non illam vocis modulationem fidibus ac tibiis, immo hercule, quod est huic deformitati propius, cymbalis adjuvemus. Facimus tamen hoc libenter: nam 60
nec cuiquam sunt injucunda, quae cantant
101 ipsi, et laboris in hoc, quam in agendo, minus est. Sunt et quidam, qui secundum alia vitae vitia, etiam hac ubique audiendi, quod

59. *hercule.* Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *mehercule*, nisi quod Jens. (tac. Gesn.) *mehercules* cum edd. ante Gryph. quod contra Vall. sequi se testatur Badius. cf. 6, 3, 74. *turpius* Camp. pro *propius*. Mox pro *nec cuiquam* Ambr. 2. *ne avi quam* cum Bern. Sed Guelf. *ne avi unquam*, Goth. (tac. Gesn.) *nec cuiuquam*. Hinc fortasse Obr. illae deliciae: *Nam more avium cuique sunt jucunda*. Singularem *cantat ipse* nonnisi a Gryphio inde edd. ante Burm. Guelf. tamen *ipsis*, at Locat. Ven. Rusc. *cantat: ipsi*.

60. *Sunt et.* Sic Turic. Camp. cum Ald. Reliqui *Et sunt*. Mox *qui* pro *quid* dant et *non* omittunt Turic. Flor. posterius cum

nunciationem respectu 6, 2. 31. 11, 1, 53. 84. circa leviora autem ridicula artificia 8, 3, 14.

huic deformitati propius, cymbalis. Personant enim cymbala in Gallorum sacris. cf. *psalteria* 1, 10, 31.

60. *nec cuiquam — et laboris — minus est.* Recte structuram pronominis *quisquam* cum plurali defendit Burmannus, cujus immemor erat Drakenb. ad Liv. 9, 36, 1.; male tamen ille ad hujusmodi locutiones revocat locum 9, 2, 79. ubi *inutiles* ad vocem *persona* referendo plane aberravit. Attendenda etiam oppositio in istis *nec — et*. cf. 9, 4, 38. *in agendo* interpretare: „in recta et ab hisce deliciis aliena pronunciatione.“

alia vitae vitia. cf. 1, 8, 9. „omnia deliciarum vitia“ item hic §. 76. oculi infecti ostenduntur mollitie hominum rel.

Digitized by Google

aures mulceat, voluptate ducantur. Quid ergo? non et Cicero dicit esse *aliquem in oratione cantum obscuriorem?* et hoc quodam naturali initio venit? Ostendam non multo post, ubi et quatenus recipiendus sit hic flexus, et cantus quidem, sed, quod plerique
61 intelligere nolunt, obscurior. Jam enim tempus est dicendi, quae sit *apta pronunciatio.* Quae certe ea est, quae iis, de quibus dicimus, accommodatur. Quod quidem maxima ex parte praestant ipsi motus animorum, sonatque vox, ut feritur; sed cum sint alii veri affectus, alii ficti et imitati, veri naturaliter erumpunt, ut dolentium, irascentium, in-

Alm. *naturali initio.* Turic. *natura i.* (idem ante *quodam* iterum inserit *et*). Nostrum dant Ambr. 2. Guelf. Jens. et edd. ante Basil. Sed Camp. *naturae vicio.* Reliqui ante Gesn. qui nostrum reduxit, *n. vitio,* quorum videntur esse et Flor. Alm. (cf. 55.) *Ostendimus* Flor. cum Kapp. *volunt* (pro *nolint*) Turic. Flor. Camp. cum Voss. 2. et edd. ante Leid. exc. Gryph. Non memoratur Gothanus. Nec habet cum Voss. 2. et Jens. *quid* pro *quod.*

61. *Jam.* Turic. *an.* Flor. Goth. (tac. Gesn.) *certa* pro *certe.* Flor. Ambr. 2. *is* pro *iis.* Flor. *accommodatus.* Camp. *praestat,* item *ficti alii,* ordine elegantiore. Mox *irascentium, indignantium* omittunt Turic. Flor. cum Alm. (cf. §. 58. iidem

naturali initio. Sic modo §. 49. *naturali — conatu.* Locus autem Ciceronis legitur in ipso, quod paulo ante respeximus, c. 18. Orat., ubi et illud de *initio naturali,* quanquam non his ipsis vocabulis, ut possis pro *venit* optare infinitivum *venire,* sed tum *et* ante *Cicero* erit pro *etiam,* nec tam eleganter referetur ad alterum illud ante *hoc.*

61. *sonatque — feritur.* Hic quidem *vox* plane similitudinem habet *chordae:* nihil in hisce voluntarii soni esse ostenditur, sed vox dicitur repercussa animi moventis imago.

Digitized by Google

dignantium; sed carent arte, ideoque sunt disciplina et ratione formandi. Contra qui effinguntur imitatione, artem habent: sed hi carent natura: ideoque in iis primum est bene affici, et concipere imagines rerum, et tan- 62

animi motus.) Pro *carent* Goth. *canent.* *ideoque sunt.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Bern. Stoer. Chonet. Leid. Reliqui inserunt *non*; pessime, cum sic *formandi* perperam accipiatur pro hoc *formabiles.* cf. et mox §. 62. ubi in eadem vocis *ideoque* subjectione nulla est negatio. Naturalibus motibus adhibendum artis regimen; fictis veritas naturae impertienda. In illa negatione noster protinus ad eorum castra transiret, quos reprehendit supra §. 11. Non erat igitur quod hic κριτικὸν φύσημα spiraret Gibsonus, qui suos Codd. *non* dare ne diserte quidem testatus bonum Schrevelium increpat, reddendaque suae scripturae ratione etiam philosophum prorsus exuit. Hanc autem emendare, non recidere modo debebat Capper. quem miror hic lapsum, cum supra 4, 2, 29. verum vidisset. *disciplina et ratione.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. probantibus nec tamen recipientibus Burm. et Gesn. Reliqui *disciplinae traditione.*

62. *hi carent.* Ambr. 2. *i. e.* (cf. 61. 56.) Goth. *ii c.* *iis primum.* Sic Turic. Ambr. 2. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Basil. Sed Camp. *is p.* Reliqui *his p.* Modo Flor. *effugiuntur.* Mox *verbis* idem et Turic. pro *veris.* Goth. *si velit.* Turic. Flor. Camp. *a nobis* cum Bodl. Ald. Bad. Basil. Gryph. tribus edd. ap. Gibs. anni 1542. Gibs. Rollin. Capper. In tanta erroris facilitate nihil dandum auctoritati censui, contra quam Gibs. hic repente religiosus factus. Mox Goth. *accepit* et pro *enim* idem (tac. Gesn.) *autem.* Pro *tan-*

ideoque — formandi. cf. not. crit. Quantopere hujus loci sit *rationis* vocabulum, Burmannus docet appellandis similibus sententiis 11, 2, 9. 12, 2, 4. (id quod huc maxime pertinet), Cic. de Orat. 2, 58. „(virtus) si modo tradi „*ratione* possit," sed et millies ita Ciceronem dicere testatur, neque sane attinet rem adeo notam exemplis astruere. Nam et noster fere semper ita *rationem* usurpat.

62. *bene affici — imagines*

Digitized by Google

quam veris moveri. Sic velut media vox, quem habitum a noſtris acceperit, hunc judicum animis dabit. Eſt enim mentis index, ac
63 totidem, quot illa, mutationes habet. Itaque laetis in rebus *plena* et *ſimplex* et ipſa quodammodo *hilaris* fluit: in certamine *erecta* totis viribus, et velut omnibus nervis intenditur. *Atrox* in ira, et *aſpera* ac *denſa*, et

quam Ambr. 2. *tam.* Flor. *judicium* pro *judicum*. *index, ac.* Sic Turic. (niſi quod *judex*, ut et Guelf. Camp.) Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Alm. Voſſ. 1. 3. *velut exemplar ac* Goth. (niſi quod *ac* videtur omittere) Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. Reliqui *i. et velut exemplar ac*, ut et Camp. qui mox *quod illa* cum Flor. Ambr. 2. *habens* Goth. (tac. Geſn.) *mutatione* Flor.

63. *plenta et ſimpl. et.* Turic. Flor. *plene ſ. e.* Guelf. *plena et ſ.* Reliqui *plena ſ. e.* Noſtrum e conjectura. *Ideoque* pro *Itaque* Guelf. cum marg. Baſil. *fluit: in.* Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui inferunt *at.* Camp. *accenſa* pro *ac denſa.* Obr.

rerum. cf. 10, 7, 15. *bene* autem dicitur pro *probe*, *naviter*.

velut media. cf. 11, 2, 3.

63. *plena.* Etſi non multum hic video, ſubit tamen quaerere, an forte *plana* reponendum? cf. 9, 4, 34. Sed nihil ſolicito. vide enim §. 15. 167.

denſa. Videntur in hoc voeis appoſito haeſiſſe plerique, quod oſtendunt variantes ſcripturae. Mihi, ut ſupra quoque monui ad §. 40. tenendum videtur, has appellationes non vulgo agnitas uſuque publico tritas fuiſſe, ſed luctari quodammodo noſtrum cum lingua latina, ut rei parum manifeſtae nec niſi aegre notas admittentis, qualis eſt vox, vocabula ſibi praeſtet ſignificantia; quae ſane translata eſſe oportet, cum praeſertim leves etiam ejus umbrae ſignandae ſint. *Denſam* igitur vocem opponо ei, quae *hilaritate* quaſi *diffunditur*, nec valde, ut diverſam ab *aſpera* oſtendam, laboro. Solent enim haec nomina conjungi, neque, id quod dixi, herbarum quaſi peritum hic agit Qu. qui certas ex arte notas

Digitized by Google

respiratione crebra. Neque enim potest esse longus spiritus, cum immoderate effunditur. Paulum in invidia facienda *lentior*, quia non fere ad hanc nisi inferiores confugiunt: at in blandiendo, fatendo, satisfaciendo, roganda, *lenis* et *summissa*. Suadentium, et monen- 64
tium, et pollicentium, et consolantium *gravis*. In metu et verecundia *contracta*, adhortationibus *fortis*, disputationibus *teres*, miseratio-

pro eodem *ac depressu*. Flor. mox *crebras*. *Paulum*. Sic omnes mei etiam de quibus tacet Gesn. ante Gryph. quo duce reliqui *Paululum*, neque credo Burm. ex Alm. Voss. 2. notanti *Paululum*, cf. 10, 7, 24. Sic et §. 94. Camp. *paulu-lum* solus. Sed §. 96. praeter Turic. Flor. Camp. *paululum* omnes. Mox omittunt *in* Turic. Flor. Guelf. (qui et solus *invidi*) Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Voss. 2. Vall. Ex Ambr. 2. affertur quidem *in*, non satis confido tamen. Necessaria praepositio (alia conditio 10, 1, 88.). Mox Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. *lenior* cum Ioann. Voss. 1. 2. 3. Vall. Obr. *levior* Jens. cum posterr. edd. ante Ald. *ac in bland.* Turic. Flor. errore se ipso fatente. cf. 5, 3, 2. *et i. b.* Goth. *aut i. b.* Voss. 3.

64. *adhortationibus*. Flor. (hic quidem divisim) Camp. (cf. 3, 6, 53.) *abhortationibus*. Guelf. *adhortantibus*.

singulis floribus et fruticibus accommodet. Quod autem mox est *crebra*, ablativum casum accipio pertinentem ad *respirationem*. Quae deinde *disputationibus* quaeritur *teres* vox, ejus ipsius quoque appellationem ab similitudine quaesitam recte Gesnerus *volubilem* alias dici monet.

lentior. Veram hanc esse vocem, pro qua aliae objiciuntur in quibusdam libris, id quoque suadet quod infra §. 167. est *lentius* in simili sententia; unde apparet praeterea, quid sit, quod *inferiorum* hic fit mentio. Neque enim illi tam aspere solent incessere quibus nocere cupiunt. cf. et §. 111. *Humiliorum* esse invidiam supra quoque vidimus, 11, 1, 27.

Digitized by Google

ne *flexa* et *flebilis*, et conſulto quaſi obſcurior: at in egreſſionibus *fuſa*, et ſecurae claritatis, in expoſitione ac ſermonibus *recta*, et inter acutum ſonum et gravem media. *Attollitur* autem concitatis affectibus, compoſitis *deſcendit*, pro utriusque rei modo altius vel inferius. Quid autem quisque in dicendo poſtulet locus, paulum differam, ut de geſtu prius dicam: qui et ipſe voci conſentit, et animo cum ea ſimul paret. Is quantum habeat in oratore momenti, ſatis vel ex eo patet,

flebilis. Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. *flexibilis* eum Alm. Voſſ. 3. et edd. ante Ald. Auctoritates praegravat ratio ipſa et locus geminus 170. Deinde ſtant a nobis Goth. Vaſſ. et fortaſſe aliquot praeter hos. Mox *obſcuri oratione greſſionibus tuſa* Turic. Flor. ubi vulgata trans ipſas turbantis librarii ſordes pellucet. Ambr. 2. *o. a. ingreſſionibus f.* cum Jenſ. Ταχυ. Baſil. *o. a. i. greſſionibus f.* Guelf. *o. I. egreſſ. f.* Camp. *fuſa* omittunt Voſſ. 1. 3.

65. *rei.* Ambr. 2. Guelf. omittunt cum Goth. *infelicius* Turic. Flor. pro *inferius*. Mox Turic. Flor. *eos ſ. par recti. Is.* Modo *digeſtu* pro *de g.* Ambr. 2. *ipſi* autem Guelf. *oratore.* Vid. not. exeg.

65. *in oratore.* Fateor commoveri me altera, quae eſt in Campani editione, ſola quidem, quantum ſcio, ſcriptura: *in oratione.* Confuſio frequentiſſima; neque tamen neceſſaria mutatio. Quod autem *concitatos* hic *affectus* Capperonnerius interpretatur πάθη, *compoſitos* ἤθη, (cf. 10, 1, 48. item 9, 2, 3.) recte eum facere cenſeo; quanquam poterant videri participia potius iſta vocabula *conc.* et *comp.*, quam appoſita et artis propria, unde paulo diverſa naſceretur ſententia, ut, poſtquam *compoſiti* eſſent illi ante *concitati* affectus, vox deſcenderet, attolleretur autem, cum *concitarentur*. Sed magis, ut dixi, congruit diverſas hic agnoſcere affectuum ſpecies, ex rhetorum praeceptis notatas; in cujusmodi rebus demonſtrandis ſolet laudabilis eſſe hujus viri ſollertia.

Digitized by Google

quod pleraque, etiam citra verba, ſignificat. Quippe non manus ſolum, ſed nutus etiam 66 declarant noſtram voluntatem, et in mutis pro ſermone ſunt, et ſaltatio frequenter ſine voce intelligitur atque afficit, et ex vultu ingreſſuque perſpicitur habitus animorum: et animalium quoque ſermone carentium ira, laetitia, adulatio et oculis et quibusdam aliis corporis ſignis deprehenditur. Nec mirum, ſi iſta, 67 quae tamen in aliquo poſita ſunt motu, tan-

66. *ſaltatio.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. cum Alm. Vall. Bern. Burm. Geſn. Bip. Reliqui *ſalutatio.* Teſtes addidi locupletiſſimos, nec debebat, qui obloquitur, Capper. diſſimulare auctoritatem Vall. et Bern. quod ipſum exprobrat Burm. in Epiſtola ad Capp. p. 63. Confuſionem horum *ſalt.* et *ſalut.* Burm. demonſtrat e notis Jureti ad Symmachi Epiſtt. 8, 41. Mox *adfigit* Turic. *affigit* Flor. cum Alm. Inter *declarant* autem et *noſtram* Camp. inſerit *ſcilicet.* Turic. (hic quidem *vultum* per errorem) Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Exc. Santen. Camp. hoc, quo nos, ordine *vultu ingreſſuque* cum Ald. Baſil. Gryph. Rollin. Sed Jenſ. (tac. Geſn.) *v. progreſſuque* cum poſterr. edd. ante Ald. acc. Bad. Reliqui *i. vultuque.* Ex Voſſ. 1. 2. *In progreſſu.* Goth. (tac. Geſn.) mox *proſpicitur* cum Voſſ. 3. modo autem idem *frequens* pro *frequenter.*

67. *poſita ſunt.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. acc. Obr. Reliqui *ſ. p.* Sed Turic. Flor. Camp. *motum*, et Camp. *animali* pro *aliquo.* Flor. *volent.* Mox pro *tacens* Turic. Flor. *tanges.* Turic.

66. *ſaltatio.* Pantomimorum artem unusquisque hic agnoſcet, quam hoc vocabulo noſter ſignificat §. 89. 1, 11, 18. 19. indicante Geſnero. Idem admonet libelli Lucianei περὶ ὀρχήσεως, unde „qua„lis et quantae artis illa fue„rit ſaltatio" diſci poſſit. cf. 1, 5, 36. Si quis forte *inceſſu* malit pro *ingreſſu*, conferat is 1, 3, 1. ubi Turic. Flor. Ambr. 1. quoque MSS. *ingreſſum* tuentur; item infra §. 112.

Digitized by Google

tum in animis valent; cum pictura, tacens opus, et habitus ſemper ejusdem, ſic in intimos penetret affectus, ut ipſam vim dicendi 1013
nonnunquam ſuperare videatur. Contra ſi geſtus ac vultus ab oratione diſſentiant, triſtia dicamus hilares, affirmemus aliqua renuentes: non auctoritas modo verbis, ſed etiam fides deſit. Decor quoque a geſtu atque a
68 motu venit. Ideoque Demoſthenes grande quoddam intuens ſpeculum, componere actionem ſolebat. Adeo, quamvis fulgor ille ſiniſtras imagines reddat, ſuis demum oculis credidit, quod efficeret. Praecipuum vero in actione, ſicut in corpore ipſo, caput eſt, cum ad illum, de quo dixi, decorem, tum etiam

Flor. Camp. *in habitu* pro *habitus* cum Alm.; et Camp. *eodem* quoque. *in* ante *intimos* omittunt Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum Vall. Voſſ. 3. Colb. Parv. *ab oratore* Turic. Flor. Camp. cum Alm. Goth. (cf. 65.). Sed Turic. Flor. Ambr. 2. *diſſentiat* (cum Voſſ. 1. 3.), iidem praeter Camp. (qui modo *aut* pro *ac*) *triſtitia*. Mox ante *motu* praepoſitionem omittunt Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf.; inſerentibus Burm. accenſet Alm. quod miror. Ego, quamvis operoſior hic videri poſſit repetitio praepoſitionis, ſummae auctoritatis teſtes ſequi non audeo, cum *atque* propter ſequentem vocalem poſitum videatur; cf. 9, 4, 137.

68. *quoddam*, Turic. huic voci praemittit *condam*. Camp. pro eadem *quoque*. Pro *fulgor* Flor. *vulgor* (cf. 6, 3, 9.). Poſt *ille* inſerunt *in* Ambr. 2. Guelf. cum Jenſ. et poſterr. edd. ante Ald. ſed excuſi illi etiam *redeat* (de Jenſ. err. Geſn.). Pro *ipſo* Flor. *ipſe*.

67. *vim dicendi — ſuperare*. Remittit Pſeudo-Turnebus lectorem ad 6, 1, 32.

68. *Demoſthenes grande — ſpeculum*. Vid. praeter laudatos ad 10, 3, 25. Apul. Apol. p. 87. Ed. Gentil. 283. Elmenh.

Digitized by Google

ad ſignificationem. Decoris illa ſunt, ut ſit 69
primo rectum, et ſecundum naturam. Nam et dejecto humilitas, et ſupino arrogantia, et in latus inclinato languor, et praeduro ac rigente barbaria quaedam mentis oſtenditur. Tum accipiat aptos ex ipſa actione motus, ut cum geſtu concordet, et manibus ac lateribus

69. *Decoris illa ſunt.* Diremtionem, quam primus repraeſentavi, habuiſſe videtur Bern. quem Burm. narrat incidere poſt *ſignificationem*. Vulgo in vetuſtiſſimis et ante Leid. haec continuantur usque ad *ut ſit*. Mox interpunxerunt ante *Illa*, quod pravum ſentiens Obr. nimium ſibi ſumſit, non ſolum στιγμὴν τελείαν ponens pod *ſign.* ſed pro *Decoris* ſcribens *Capitis*. Mox Turic. Flor. Camp. Jenſ. (non Goth. err. Geſn.) nobiscum *et* omittunt ante *dejecto* cum Alm. et edd. ante Ald. Reliqui inſerunt. *dejectio* Ald. *inclinatio* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Exc. Santen. *languore praeduro* Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. *langor et p.* Goth. (tac. Geſn.) *languens p.* Camp. *l. e. praedura* Flor. (idem modo *ſupina*). *languor p.* Jenſ. cum edd. ante Bad. *ipſa actione — manibus.* Pro hisce Turic. Flor. *ipſo ſermone m. u. c. geſtus c. m.* cum Camp. qui tamen *geſtu* dat. Ex Alm. *geſtus* et omiſſio copulae poſt *concordet*. In tanta haec praeferentium auctoritate aegre patior inde me divelli et hanc comminiſcor rationem interpretandi: „Quomodo movendum ſit caput; id ex iis ipſis quae cum „maxime dicuntur (*ex ipſo ſermone*) ſumetur, ut, cum geſtus „dicendis quibusque conſentiat, ipſum quoque caput idem, „quod manus et latera“ (nam ea faciunt geſtum) „agat.“ Sed vulgata haud dubie magis blanditur, cum praeſertim *ſermonem* illum an recte intellexerim valde haeream. *conſequatur* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. *et lateribus* Goth. (tac. Geſn.)

69. *Decoris illa ſunt.* Haec prior eſt tractandi capitis in actione pars, mox §. 71. quantum *ſignificando* valeat caput, demonſtrat. *Decor* autem h. l. conſueta eſt ſignificatione pulchritudinis, non ea, quam toties agnovimus, congruendi, velut 11, 1, 41.

ſupino arrogantia. cf. indicante Geſnero §. 122.

ipſa actione — manibus. cf. not. crit.

Digitized by Google

70 obſequatur. Aſpectus enim ſemper eodem vertitur, quo geſtus, exceptis quae aut damnare, aut non concedere, aut a nobis removere oportebit: ut idem illud vultu videamur averſari, manu repellere:

— — *Dii talem avertite peſtem.*
— — *Haud equidem tali me dignor honore.* 1014

71 Significat vero plurimis modis. Nam praeter annuendi, renuendi, confirmandique mo-

70. *aut non concedere, aut a nobis.* Turic. Flor. *aut c. a n.* Ambr. 2. Guelf. Camp. *a. c. a. a n.* cum Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. qui primus habet *non.* Quod Obr. ejecit denuo. Recte hoc fieri negat Burmannus, quia in exemplo *Haud equidem* cet. nulla ſit conceſſio. Equidem tam negantem quam ajentem hinc alienam judico ſententiam; cumque in vetuſtiſſimis unum tantum verbum *concedere* interjiciatur iſtis *aut* et *a;* illud quoque expungere malim, quam quidquam corrigendo ei foris arceſſere. Exempla nonniſi duo afferuntur et *damnandi* et *a ſe removendi,* neque tam placent hic terna *aut,* quam bina. cf. 11, 1, 68. et hic §. 55. An forte aliquis alleverat ad *damnare* ſynonymum *condemnare,* unde factum ſit *concedere?* Guelf. *adverſari.* Mox *terris* e verſu Virgiliano omittunt nobiscum Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Voſſ. 3. quod ego non inde repeto cum Burm., quia librarius memoria aberraverit ad Aen. 3, 265. *Di talem avertite caſum;* ſed a ſolita ipſius noſtri incuria; cf. 5, 11, 20. 9, 4, 85. Iisdem auctoribus inter duo loca Virgil. proſcripſi *et,* quibus accedunt Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Gryph. cf. 6, 2, 32. Turic. Flor. *quidem.* Ambr. 2. *ego quidem* cum Voſſ. 3.

71. *confirmandique.* Guelf. *conformandi.* Exc. Santen. *conformandique.* Turic. Flor. Camp. omittunt *et admirationis* cum Voſſ. 3. *ceſtu miſcenici* turbae ſunt Flor. ſed Guelf. *g. ſcenia* et *putaverunt vitioſum.* Locat. Ven. Ruſc. communi

70. *aut non concedere, aut a nobis.* cf. not. crit. Loca Virgiliana vide Aen. 3, 620. 1, 535.

Digitized by Google

tus, ſunt et verecundiae, et dubitationis, et admirationis, et indignationis noti et communes omnibus. Solo tamen eo facere geſtum ſcenici quoque doctores vitioſum putaverunt. Etiam frequens ejus nutus non caret vitio: adeo jactare id, et comas excutientem rotare, fanaticum eſt. Dominatur autem maxime 72
vultus. Hoc ſupplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc triſtes, hoc hilares, hoc erecti, hoc ſummiſſi ſumus. hoc pendent homines,

errore *guſtum. nomen* Turic. Flor. inſerunt inter *nutus* et *non* cum Alm., hoc quidem per compendium. *ideo* Goth. cum Voſſ. 2. *id comasque et concutientem r. phreneticum* Obr. quod reponendo infra ſe deſcendit vir doctiſſimus, quanquam *et concut.* pro *excut.* Bern. quoque. *planaticum* Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Rollin. Vetustiores libri rectam ſcripturam dant.

72. *Dominatur.* Turic. *dominator.* Flor. *dominatorum.* Floril. Santen. ſubjicit his *in dicendo* pro *autem*, ut ſententia abſolvatur. *hoc blandi — ſummiſſi.* Omittit haec omnia Guelf. pro noviſſimo ponens *miſſi.* Turic. Flor. *hoc recti.* cf. 11, 1, 16. ubi non praecedit C. An ita voluit Qu.? ut *rectus homo* eſſet cui *recti oculi*, de quibus Bentl. ad Hor. Carm. 1, 3, 18. Infra §. 82. *erectam* pro *rectam* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Baſil. Mox Floril. Santen. *haec t. haec hylares haec e. haec ſ. proferre debemus. ab hoc pendent homines hoc intuentur hoc ſpectant etiam antequam ſermo proferatur hic eſt ſ. p. o. v.* mira mutandi et turbandi libidine. Id ſaltem non ita male,

71. *fanaticum eſt.* Quid ſit *fanaticum*, Lexica optime docent, nec opus demonſtrare loca plurima veterum, ubi divino numine inſtinctorum talis habitus proponitur, quorum Badius, indicante Valla, ſatis aptum poſuit Lucani 1, 566: *crinemque rotantes Sanguineum populis cecinerunt triſtia Gulli*, item Ulpiani (Dig. XXI. tit. 1. de Aedil. Ed. l. 1. §. 9.): *apud Vivianum quaeritur, ſi ſervus inter fanaticos non ſemper caput jactaret —.* Burmannus ad Florum remittit, ubi vide Dukerum 3, 19, 4.

Digitized by Google

hunc intuentur, hunc ſpectant, etiam antequam dicimus. hoc quosdam amamus, hoc odimus. hoc plurima intelligimus, hic eſt
75 ſaepe pro omnibus verbis. Itaque in iis, quae ad ſcenam componuntur, fabulis artifices pronunciandi a perſonis quoque affectus mutuan-

quod *ab hoc pendent* maluit monachus, ubi praeter Francium idem volentem mire patientes video VV. DD. duriſſimae ſtructurae. Reponam *hinc* pro *hpc*, quanquam ad defendendum noſtrum Catulli loco ex Epithal. Thet. 70. utitur Burmannus. Turic. *huc ſpectatur*, pro quo ab eadem manu repoſitum *hunc*, nihil mutata voce altera. Sed Flor. a pr. m. *ſpectantur*, mox *ſpectatur*. Ambr. Guelf. Exc. Santen. *hoc intuentur hic ſpectatur*. Jenſ. *hoc i. hoc ſ.* cum edd. poſteriorr. ante Ald. Vulgatam a Vall. defenſam teſtatur Bad. quocum conſentiunt Goth. Camp. et, ut ſuſpicor, Voſſ. 2. Recurrit autem Bad. ad eundem de quo egit ad 3, 11, 26. verſiculum, qui hic quidem revincatur. *dicimus*. Sic Flor. Ambr. 2. Guelf. pro *dicamus* reliquorum cum Goth. Voſſ. 3. (an 2?). *ducimus* Turic. cum Alm. (cf. 55. et de ſtructura 3, 6, 1.). *ſemper* pro *ſaepe* Turic. Flor. Camp. *plura* Goth. ut modo 70. *pluribus* Guelf. *prae omn.* Goth. male.

73. *Itaque*. Goth. *Ita* cum Voſſ. 2, 3. *his* Guelf. Camp. *quae ſcaenam* Turic. *quam ſcenam* Flor. *q. a. cenam* Ambr. 2. *q. in*

72. *huno intuentur, hunc ſpectant*. Niſi quis manifeſtis auctoritatibus vicerit, aliquam eſſe horum hoc loco verborum differentiam, a librariis ego, non a Quintiliano, eſſe hasce reduvias confidenter dixerim et cultro ſanandas. Poſterius autem recidam. Cf. not. crit. etiam in *hoc pendent*.

hoc quosdam — intelligimus. Poſtremo verbo apparet, illos qui intelligant eſſe audientes, non dicentes; neque enim *intelligimus* ſignificare dicas: *intelligere nos teſtamur*. Ablativum igitur accipies quaſi *ex hoc*, *propter hunc*. Nec obſtare arbitror, quod modo ſane in prima illa perſona erant oratores ipſi. *Intelligere* uſurpatur eodem quo 10, 1, 103. modo.

73. *a perſonis*. i. e. ab ipſarum larvarum ſcenicarum habitu. Quem autem hic noſtri locus non admoneat

Digitized by Google

tur: ut ſit *Aërope* in tragoedia *triſtis*, *atrox Medea*, *attonitus Ajax*, *truculentus Hercules*. In comoediis vero praeter aliam obſervatio- 74
nem, qua ſervi, lenones, paraſiti, ruſtici, milites, meretriculae, ancillae, ſenes auſteri

ſcena Camp. *Aërope*. Sic Turic. Flor. (quorum uterque *et ſi* pro *ut ſit*) Ambr. 2. cum Alm. Bern. item Voſſ. 3. niſi quod hic *Erope*. Guelf. Exc. Santen. *Europae*. Reliqui *Niobe* (Camp. *niobae*). Etiam hic obnoxii corrigentium libidini apparent Codd. quales Goth. Voſſ. 2. Vall. *media* Ambr. 2.

74. *qua*. Turic. Flor. *equa* cum Alm. Sed Flor. et *leonem*. Guelf. *paraſciti*. *milites, meretriculae*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Jenſ. Tarv. Ald. Baſil. Reliqui inſerunt *vetulae*, noſtrum

illius Horatiani ad Piſon. 123. 124.?

Aërope — triſtis. Aërope, Catrei Cretenſis filia, ſtuprum paſſa a patre tradita eſt Nauplio, ut eam mari ſummergeret ſive, ut alii tradebant, apud exteros venderet. Verum hic Atreo ſive (nam haec eſt conſtans in hac hiſtoria confuſio) Pliſtheni in connubium eam dedit, e quo Agamemnonem poſtea et Menelaum filios illa ſuscepit. Haec, quae tangit Sophocles in Ajace 1295 ſſ. plenius, teſte Scholiaſte ad h. l., expoſita erant in Creſſis fabula Euripidis (ἡ ἱστορία ἐν ταῖς Κρήσσαις Εὐριπίδου). Tamen ne prima illa Aëropes fata (de quibus cf. Apollod. quoque 3, 2, 2.), ſatis apta illa quidem *triſti perſonae* effingendae, ipſam fabulae materiam fuiſſe credamus, obſtant fragmenta inde ſervata, et maxime duo Scholiaſtae Ariſtophanei teſtimonia, alterum ad Veſp. 760. ubi jurgia inter Atreum et Aëropen inde memorantur, alterum ad Ran. 873. ubi Euripides hanc feminam in Creſſis dicitur introduxiſſe κορευσύνουσαν. (Cf. Bentl. Ep. ad Mill. p. 23. ſive Ed. Lipſ. 471.) Satis nota enim ſunt adulteria Aëropes cum Thyeſte, et inde orta luctuoſiſſima illa diſſidia epulaeque Thyeſteae. Quae omnia, quantumvis tragica, tamen non ita ſunt comparata, ut ipſa Aërope ex omnibus veteris tragoediae feminis prae ceteris tanquam *triſtis* menti auctoris noſtri obverſari potuiſſe videatur: quanquam Sophocles etiam, ſive in Atreo, ſive in altera fabula Thyeſte, ultima etiam Aëro-

Digitized by Google

hunc intuentur, hunc ſpectant, etiam antequam dicimus. hoc quosdam amamus, hoc odimus. hoc plurima intelligimus, hic eſt
75 ſaepe pro omnibus verbis. Itaque in iis, quae ad ſcenam componuntur, fabulis artifices pronunciandi a perſonis quoque affectus mutuan-

quod *ab hoc pendent* maluit monachus, ubi praeter Francium idem volentem mire patientes video VV. DD. duriſſimae ſtructurae. Reponam *hinc* pro *hpc*, quanquam ad defendendum noſtrum Catulli loco ex Epithal. Thet. 70. utitur Burmannus. Turic. *huc ſpectatur*, pro quo ab eadem manu repoſitum *hunc*, nihil mutata voce altera. Sed Flor. a pr. m. *ſpectantur*, mox *ſpectatur*. Ambr. Guelf. Exc. Santen. *hoc intuentur hic ſpectatur*. Jenſ. *hoc i. hoc ſ.* cum edd. poſteriorr. ante Ald. Vulgatam a Vall. defenſam teſtatur Bad. quocum conſentiunt Goth. Camp. et, ut ſuſpicor, Voſſ. 2. Recurrit autem Bad. ad eundem de quo egit ad 3, 11, 26. verſiculum, qui hic quidem revincatur. *dicimus*. Sic Flor. Ambr. 2. Guelf. pro *dicamus* reliquorum cum Goth. Voſſ. 3. (an 2?). *ducimus* Turic. cum Alm. (cf. 55. et de ſtructura 3, 6, 1.). *ſemper* pro *ſaepe* Turic. Flor. Camp. *plura* Goth. ut modo 70. *pluribus* Guelf. *prae omn.* Goth. male.

73. *Itaque*. Goth. *Ita* cum Voſſ. 2, 3. *his* Guelf. Camp. *quae ſcaenam* Turic. *quam ſcenam* Flor. *q. a. cenam* Ambr. 2. *q. in*

72. *hunc intuentur, hunc ſpectant*. Niſi quis manifeſtis auctoritatibus vicerit, aliquam eſſe horum hoc loco verborum differentiam, a librariis ego, non a Quintiliano, eſſe hasce reduvias confidenter dixerim et cultro ſanandas. Poſterius autem recidam. Cf. not. crit. etiam in *hoc pendent*.

hoc quosdam — intelligimus. Poſtremo verbo apparet, illos qui intelligant eſſe audientes, non dicentes; neque enim *intelligimus* ſignificare dicas: *intelligere nos teſtamur*. Ablativum igitur accipies quaſi *ex hoc*, *propter hunc*. Nec obſtare arbitror, quod modo ſane in prima illa perſona erant oratores ipſi. *Intelligere* uſurpatur eodem quo 10, 1, 103. modo.

73. *a perſonis*. i. e. ab ipſarum larvarum ſcenicarum habitu. Quem autem hic noſtri locus non admoneat

Digitized by Google

tur: ut sit *Aërope* in tragoedia *tristis*, *atrox Medea*, *attonitus Ajax*, *truculentus Hercules*. In comoediis vero praeter aliam observatio- 74
nem, qua servi, lenones, parasiti, rustici, milites, meretriculae, ancillae, senes austeri

scena Camp. *Aërope*. Sic Turic. Flor. (quorum uterque *et si* pro *ut sit*) Ambr. 2. cum Alm. Bern. item Voss. 3. nisi quod hic *Erope*. Guelf. Exc. Santen. *Europae*. Reliqui *Niobe* (Camp. *niobae*). Etiam hic obnoxii corrigentium libidini apparent Codd. quales Goth. Voss. 2. Vall. *media* Ambr. 2.

74. *qua*. Turic. Flor. *equa* cum Alm. Sed Flor. et *leonem*. Guelf. *parasciti*. *milites, meretriculae*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Goth. Alm. Voss. 1. 2. 3. Jens. Tarv. Ald. Basil. Reliqui inserunt *vetulae*, nostrum

illius Horatiani ad Pison. 123. 124.?

Aërope — tristis. Aërope, Catrei Cretensis filia, stuprum passa a patre tradita est Nauplio, ut eam mari summergeret sive, ut alii tradebant, apud exteros venderet. Verum hic Atreo sive (nam haec est constans in hac historia confusio) Plistheni in connubium eam dedit, e quo Agamemnonem postea et Menelaum filios illa suscepit. Haec, quae tangit Sophocles in Ajace 1295 ff. plenius, teste Scholiaste ad h.l., exposita erant in Cressis fabula Euripidis (ἡ ἱστορία ἐν ταῖς Κρήσσαις Εὐριπίδου). Tamen ne prima illa Aëropes fata (de quibus cf. Apollod. quoque 3, 2, 2.), satis apta illa quidem *tristi personae* effingendae, ipsam fabulae materiam fuisse credamus, obstant fragmenta inde servata, et maxime duo Scholiastae Aristophanei testimonia, alterum ad Vesp. 760. ubi jurgia inter Atreum et Aëropen inde memorantur, alterum ad Ran. 873. ubi Euripides hanc feminam in Cressis dicitur introduxisse πορνεύουσαν. (Cf. Bentl. Ep. ad Mill. p. 23. sive Ed. Lips. 471.) Satis nota enim sunt adulteria Aëropes cum Thyeste, et inde orta luctuosissima illa dissidia epulaeque Thyesteae. Quae omnia, quantumvis tragica, tamen non ita sunt comparata, ut ipsa Aërope ex omnibus veteris tragoediae feminis prae ceteris tanquam *tristis* menti auctoris nostri obversari potuisse videatur: quanquam Sophocles etiam, sive in Atreo, sive in altera fabula Thyeste, ultima etiam Aëro-

Digitized by Google

ac mites, juvenes ſeveri ac luxurioſi, matronae, puellae, inter ſe discernuntur, pater ille, cujus praecipuae partes ſunt, quia interim concitatus, interim lenis eſt, altero erecto, altero compoſito eſt ſupercilio: atque id oſtendere maxime latus actoribus moris eſt,

tamen probante Geſnero. Mox *ancillae* omittunt Voſſ. 1. 3. *ſanes* Flor. *latus*. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum edd. ante Ald. acc. Geſn. Bip. *latiis* Vall. Reliqui *Latinis* e prava *latus* ſe intelligere negantis Regii conjectura; inter quos ſilentio conferentis redigi Ambr. 2. miror. *auctoribus* Guelf. *moribus et* Turic. Flor. cum Alm. *his* Guelf. Camp.

pes fata, quam in mare abjecerit Atreus, tractaviſſe narretur ap. Schol. Eurip. Or. 810. et latinae quoque fuerint olim tragoediae Atreus, Thyeſtes, Ennii, Accii, Pacuvii, qui aliter tractare potuerint partes illius feminae. Verum haec omnia tam ſunt incerta et lacera, ut tutiſſimum utique feciſſe videamur; Spaldingius, qui quod antiquiſſimi libri miniſtraſſent in textu poneret, de altera lectione, ſive ea correctio eſt, in notis monens; ego, qui lacunam in commentariis illius hic relictam ita explerem, ut quae de Aërope et tragoediis illam exhibentibus mihi innotuiſſent in medium proferrem, cetera doctiorum examini relinquens. Conferri autem praeterea poſſunt Hygin. fab. 86 et 88. Schol. ad Stat. Theb. 4, 507. in Barthii Commentario, Serv. ad Aen. 11, 262. *Niobes* nomine ſane nobiliſſima dramata inſcripſerunt Aeſchylus et Sophocles, de quib. vid. Brunck. in fragm. Soph. Sed neſcio an minus recte diceretur *triſtis* Niobe, quae ſuperba potius et arrogans fuit, quamque nonniſi in ultimo dramatis actu ſummo ſane qui unquam fuit maerore oppreſſam producere potuit poeta. Buttm.

74. *erecto — compoſito — ſupercilio.* C. A. Boettiger in doctiſſima Proluſione de Perſonis ſcenicis, vulgo Larvis, Vimar. 1794. 4. p. 13. not. uberiorem hujus loci declarationem a Spaldingio noſtro expetiverat; cui deſiderio ſatisfaciendi conſilium tantum reperimus in ſchedis ejus, ubi poſt notulam conferre jubentem ſupra 1, 11, 10. et hic §. 79., laudatamque illam ipſam Boettigeri diſſertationem ſpatium va-

Digitized by Google

quod cum iis, quas agunt, partibus congruat. Sed in ipso vultu plurimum valent oculi, per quos maxime animus eminet, ut citra motum

75. *animus eminet.* Ambr. 2. Guelf. *anima feminat.* Voss. 1. 3. *anima femanat.* Floril. Santen. *anima se movet.* Reliqui *a. emanat.* Nostrum e conjectura dedimus, ut gnosticum Quintiliano colorem abstergeremus et foediſſimam hoc quidem loco iterationem „(lacrimae) *manant.*“ Eadem corruptela

cuum relictum erat. Quod nunc melius certe expleri non poteſt, niſi inſerendis iis ipſis, quae vir ille harum rerum et omnis antiquitatis peritiſſimus huc ſpectantia ibi protulit. Sunt autem haec:

„Laudare debuiſſent interpretes locum Pollucis, 4, 144. „ubi ſenex ἡγεμὼν“ [h. e. monente eodem Boettigero p. 6. not. „qui primas partes „agit in fabula, ſive, ut Quinctilianus h. l., *cujus praecipuae „partes ſunt*“] „τὴν ὀφρὺν „ἀνατεῖτακεν (ſic legendum e „Cod. Voss.)“ [vulgo ἀνατέτατας, quod non damnem. Buttm.] „τὴν δεξιάν. Adde „quae de Lycomedeo ſene „paulo inferius (145.) commemorat Pollux“ [ὁ δὲ Λυκομήδειος — ἀνατείνει τὴν ἑτέραν ὀφρὺν, πολυτραγμοσύνην παρυποδείκνυται]. „Huc pertinet „quod perſona Thamyris in „tragoedia Sophoclis duplici „oculo formata eſſe dicitur „ab eodem Polluce 4, 142. „quod ad dimidiatas hasce „perſonas referendum eſſe „pulchre vidit Leſſingius (*Leben des Sophocles* p. 105. ſqq.) „veſtigia ſecutus Abbatis Du „Bos (Reflexions crit. ſur la „Poeſie et la Peinture To. III. „p. 189.). Atque hinc lucem „accipit obſcuriſſimum epigramma Callimachi (53. Ern. „28. Brunck.) ubi verba illa „ἥμισυ δ' ὤπται haud dubie „referenda ſunt ad perſonam „ejusmodi dimidiatam, cujus „altera pars in fornace figuli „nimis percocta et igne infuſcata eſſet. — Nec deſunt „in ectypis gemmarum, quas „Ficoronius publicavit, exempla quae apprime huc faciunt. Huc enim referendum eſſe putem figuras tab. „XLVI. ubi quae diſſectae et „quaſi bifrontes apparent „larvae, in unum vultum „coaluiſſe putandae ſunt, et „tab. LX. ectypon e plaſmate, „quod appellant, ſmaragdi.“

75. *animus eminet.* cf. 9, 2, 40. locum Ciceronianum. Item Cic. Tuſc. Disputatt. 2, 26. „(animus) maxime *eminet* „contemnendis et deſpicien„dis doloribus.“ Idem Somn. Scip. extr. „animus — *eminebit*

Digitized by Google

quoque et hilaritate enitescant, et tristitiae quoddam nubilum ducant. Quin etiam lacrimas his natura mentis indices dedit: quae aut erumpunt dolore, aut laetitia manant. Motu vero intenti, remissi, superbi, torvi, mites, asperi fiunt: quae, ut actus popoſcerit, fin-
76 gentur. Rigidi vero et extenti, aut languidi et torpentes, aut stupentes, aut lascivi et mobi-

apud Gell. 10, 3. in Cic. loco Verr. 5, 62. et viciſſim apud Liv. 3, 24, 4. *ut cetera* Turic. *et cetera* Flor. Omittit *et* ante *hilar.* Turic. ſed Floril. Sant. haec omnia: *citra m. q. et.*

triſtitiae. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Florileg. Santen. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. (Goth. non notavimus) et edd. ante Ald. Reliqui *triſtitia* de Regii conjectura, inutili illa, cum *quoddam* illud poſt genitivum commodiſſime ſubjiciatur. Obr. *inducant*, male. Turic. *quia utrum punit.* Flor. *quia ut rumpunt.* Camp. *qua irrumpunt*, omiſſo *dolore.* Jenſ. Tarv. *letitiae.* Turic. Flor. *manent.* Camp. *manat.* In hac voce hic deſinit Florileg. Modo *his* omittit Flor. *iis* dant Ambr. 2. Camp. cum edd. ante Baſil. *ſuper ultor vi* Flor. mire discerpens et turbans.

76. *et extenti.* Ambr. 2. Guelf. omittunt copulam. *et exerciti* Voſſ. 1. 3. An fuit *exerti?* (cf. §. 92. ubi Turic. Flor. *exercitur* cum Alm. it. §. 116.) „Nam quod illuſtrandi cauſa Burmannus demonſtrat Tiberii (Sueton. Tib. c. 7.) „*oculos* „*contentos* et tumentes," huc facere non arbitror. *aut ſtupentes.* Haec omittunt Jenſ. Tarv. forte haud dubie, ſed

„foras." Liv. 2, 5. 8. „*eminen-*„*te* animo patrio" quanquam noviſſimum locum poſſis aliter interpretari. Plin. epiſt. 6, 17, 5. „notabiliter — pri-„mum metus ejus, mox gau-„dium *eminuit.*" Ovid. Heroid. 12, 38. „*Eminet* indi-„cio prodita flamma ſuo," indicante Oudend. ad Suet. Calig. 15. De oculorum in oratore vi eximius, quem hic quidem ſpectavit noſter, locus eſt Ciceronis de Or. 3, 59.

quae — fingentur. Recte neutro genere uſus eſt in eo, quales fierent oculi; habitus enim oculorum demonſtrantur, non oculi ipſi.

76. *extenti.* cf. not. crit.
aut ſtupentes. cf. not. crit.

Digitized by Google

les, aut natantes et quadam voluptate ſuffuſi, aut limi et, ut ſic dicam, venerei, aut poſcentes aliquid pollicentesve nunquam eſſe debebunt. Nam opertos compreſſosve eos in dicendo quis, niſi plane rudis aut ſtultus, habeat? Et ad haec omnia exprimenda in 77. palpebris etiam et genis eſt quoddam

nihilo minus commode. Neque enim quidquam vidi ſimilius allitae ad marginem gloſſae, qua fortaſſe *torpentes* interpretari aliquis voluerit. In ceteris quidem hisce omnibus bina ubique vitia producuntur; *ſtupentes* iſti *oculi* ſoli et incomitati comparent, nec quidquam habent propriae aut a reliquis diverſae pravitatis. Turic. *laſci.* Camp. *laſcivii.* Guelf. ante *laſc.* dat *et:* eandem copulam ante *nat.* dant Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. male. Viciſſim pari errore *aut mob.* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. *manantes* Turic. *narrantes* Voſſ. 1, 3. *venerii* Ambr. 2. Guelf.

aut poſcentes — eſſe debebunt. Turic. *aliquid pollicentes debebunt.* e Flor. *poſcentes debebunt* (pro *pollicentes n. e. d.* ubi diſerte quidem non doceor an iterum ſit *poſcentes*, ſed ſuſpicor ita eſſe). Alm. *nunquam* (vel *nonnunquam*) *eſſe* deſideraro narratur. *aut poſcentes pollicentesve dedecebunt* Camp. Noſtra eſt in Ambr. 2. cum Goth. Voſſ. 2. Bern. et edd. ante Baſil. Reliqui *nonnunquam* pro *nunquam* prava ſententia, quae aperta vitia commendet. Sed et hanc, quam probamus, librariis, non ſcriptori ipſi, deberi exiſtimo, motus auctoritate vetuſtiſſimorum; et fortaſſe verum eſt et antiquum quod exhibet Camp. (cf. 3, 9, 8. 8, 3, 11.) quanquam magis, fateor, placebat *nunquam decebunt*; ſed *nunquam* non eſt in MSS. *habeat* abeſt a Flor., ſolo. *compreſſosque* Guelf.

77. *et genis.* Sic Turic. Flor. Reliqui inſerunt *in.* cf. §. 67.

nunquam eſſe debebunt. cf. not. crit.

Nam opertos — habeat? Eadem forma erat ſupra §. 21. item mox §. 80. 117. 4, 1, 11.

77. *palpebris — et genis.* Qui eſt apud Plinium uſus, ut *palpebrae* ſint pro iis, quae *cilia* etiam appellantur, pilis oculorum, idem hic reperitur; nec differt Franeogallorum nunc quoque ratio, *palpebras* (paupieres) praeter ſolitam poteſtatem ita uſurpantium, teſte Lexico Academicorum.

Digitized by Google

78 deſerviens iis miniſterium. Multum et ſuperciliis agitur. Nam et oculos formant aliquatenus, et fronti imperant. His contrahitur, attollitur, demittitur: ut una res in ea plus valeat, ſanguis ille, qui mentis habitu movetur, et, cum infirmam verecundia cutem accepit, effunditur

deſerviens iis. Sic Goth. (tac. Geſn.) Ald. Bad. *d. is* Turic. *ſerviens iis* Ambr. 2. *ſerviens his* Guelf. Exc. Santen. *deſerviens* absque pronomine Camp. *obſerviens iis* Jenſ. cum edd. ante Ald. Reliqui *d. his.*

78. *demittitur.* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. Camp. *emittitur* cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Vall. et edd. ante Ald. Regius correxit, neceſſario. Protinus *et* Flor. pro *ut.* Camp. *ut ulla in eo.* Ald. *u. nulla r. i. e.* cum Baſil. Gryph. probante id Regio. *movetur ut cum* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. poſterr. ante Ald. qui ipſe cum Bad. *mov. cum* ad Regii mentem. Diremtio autem ante Chouet. perverſiſſima obtinet, ut ante *ſanguis* interpungatur.

accepit. Sic Turic. Flor. cum Alm. Reliqui *accipit.* Modo

78. *ut una res — ſanguis ille.* Hic, ubi plerique interpretes nihil viderunt, cum aquam ſibi haerere teſtatus eſſet Burm., debebant Capper. et Geſnerus, quorum alter profecto locum intellexit, aliquid lucis affundere. Nec eſt difficile attendenti, ipſam eam rem unam, quae ſola plus ſuperciliis in fronte valeat, eſſe ſanguinem illum, qui in fronte aut profuſus aut repreſſus pudorem et metum prodit. Mirum autem ſemper mihi viſum eſt, quod veteres nunquam fere ruboris illius in parte oris oculis inferiore meminerunt, ſed in ſola fronte omnem erubeſcendi rationem ponunt. *Infirmam verecundia cutem* hic appellat quod aliis locis *mollem frontem*, cf. 6, 4, 11. *Accepit* autem, non *accipit*, dixiſſe videtur, ut hoc ſemel ita uniuscujusque natura comparatum demonſtraret, non varium et mutabile pro quaque occaſione. Neque tamen certo dicam, *refugit* producta an correpta penultima pronunciari debeat; quoniam in ea re nihil eſt ſemel conſtituti nec perpetui; quanquam concinnius videtur, ſi et illic fuerit praeteritum tempus, quod ipſum exprimitur in participio *temperatus.*

Digitized by Google

1016in ruborem; cum metu refugit, abit omnis et pallore frigeſcit; temperatus medium quoddam ſerenum efficit. Vitium in ſuperciliis, 79
ſi aut immota ſunt omnino, aut nimium mobilia, aut inaequalitate, ut modo de perſona comica dixeram, diſſident, aut contra id, quod dicimus, finguntur. *Ira* enim contractis, *triſtitia* deductis, *hilaritas* remiſſis oſtenditur. Annuendi quoque et renuendi

infirmam vereçundiam Turic. *infirma v.* Guelf. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Leid. exc. Ald. Bad. *et apollo refrigeſcit* Flor. *et pallor refrigeſcit* Guelf.

79. *aut immota.* Ambr. 2. Guelf. inſerunt *ut.* Camp. *autem i.* Mox Turic. Flor. *ſomno* pro *omnino.* Turic. *inaequalia modo* cum Alm. ex quo et ipſo affertur nota in littera A. Sed *inaequalia modo* Flor. *inaequalia aut m.* Camp. *jnaequalia aut ut m.* Tarv. *inaequalitate aut m.* Ambr. 2. *in aequalitate u. m.* Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) Mox *perſona c.* Ambr. 2. omiſſo *de,* ſed *perſonam comicam* Guelf. Exc. Santen. item ſine praepoſitione. *diſſilent* Flor. *diſſideret* Camp. Pro *Ira enim* Guelf. *Ut e.* cum Jenſ. *Etenim* Locat. cum poſterr. edd. ante Stoer. (exc. Tarv. Bad.), quae omnes mox, cum Jenſ., inſerunt *pudor* poſt *remiſſis,* recte improbante Badio, qui noſtram eſſe et in Vall. teſtatur. Ex Alm. haec afferuntur: *etenim contractis et hilaritas remiſſis oſtenditur,* me quidem vix credulo. *diductis* Turic. Flor. cum Locat. et edd. poſterr. ante Stoer. exc. Bad. qui verum dare narrat Vall. Mox *hilaritate* Turic. Flor. *renuendique* Guelf. *renuendive* Jenſ. cum Goth. Voſſ. 2. edd. ante Stoer. omnes ſine *et* praecedente. Pro *ratione* Ambr. 2. *voratione* cum Voſſ. 3. *morationc* Voſſ. 1. *in oratione* Guelf. Exc. Santen. Mox Turic. Flor. (hic et *ut* pro *aut*) Camp. *remittuntur* cum Alm. *dimittuntur* Ambr. 2. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. cum Voſſ. 1. 3. *relevantur* Camp.

pallore frigeſcit. Ablegat nos hinc Pſeudo-Turnebus ad locum Macrobii Saturn. 7, 11. lepidum ſane, quanquam ratione quidem naturali valde alienum.

79. *modo — dixeram.* §. 74.

Digitized by Google

ratione demittuntur, aut allevantur. Naribus labrisque non fere quidquam decenter oſtendimus, tametſi deriſus iis, contemtus, faſtidium ſignificari ſolet. Non et *corrùgare nares*, ut Horatius ait, et inflare, et movere, et digito inquietare, et pulſo ſubito ſpiritu excutere, et diducere ſaepius; et plana manu reſupinare, indecorum eſt: cum emunctio etiam frequentior non ſine cauſa reprehenda-
tur. Labra et porriguntur male, et ſcinduntur, et aſtringuntur, et diducuntur, et den-

80. *decenter.* Turic. Flor. *decedenter.* Florileg. Santen. *vix quicquam* pro *non fere quidqu.* Mox pro *diriſus iis* Flor. *dori ſui.* Ambr. 2. Guelf. *deriſui* cum Voſſ. 3. *deriſim* Jenſ. Tarv. *denſus* Goth. (tac. Geſn.) Noſtrum Obr. e conjectura, qui quod de ſuo ſubjicit *interim*, nequaquam probo. Reliqui *deriſus.* Mox Florileg. Santen. copulam *et* ante quatuor prima verba deſiderat, poſt *inquietare* demum eam reducens, ſed omittens idem verba *et did. ſaep.* Flor. Ambr. 2. Guelf. *inquitare.* *pulſo ſubito ſpiritu.* Sic Turic. Flor. cum Alm. *impulſo ſ. ſpiritu* Ambr. 2. Guelf. Reliqui *impulſu ſ. ſpiritum.* Sed Camp. *et pulſo — reſupinare* omittit. *deducere* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *et ex plana m. reſonare* Turic. Flor. cum Alm. niſi quod inde *ea* pro *ex.* Tarv. *indecore.* Guelf. *frequenter* cum Goth. Voſſ. 2. et edd. a Jenſ. ante Ald. *emunccio* Ambr. 2.

81. *Labra et porriguntur.* Turic. *labrae porrigatur.* Camp. *l. p.* ſine *et* cum Kapp. *aſtringuntur* mecum Camp. et vett. edd. MSS. fere inſerunt D. *et ducuntur* Turic. Flor. cum Alm. *et deduc.* Ambr. 2. Guelf. Camp. (hic mox *et* omittit) cum Goth. 1. 2. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Bad. *ac plene* Turic. Flor. ut et infra §. 85. iidem, eoque loco et Alm. *et* ante *dentes*

80. *ut, Horatius ait.* Epiſt. 1, 5, 23.

81. *Labra — ſcinduntur.* „Quid hic ſibi velit *labra ſcin-* „*dere*, equidem me non ſatis „aſſequi fateor. Cogitabam, „an non *ſcindi* queant dici la- „bra, cum a forti compreſſio-

Digitized by Google

tes nudant, et in latus ac paene ad aurem trahuntur, et velut quodam faſtidio replicantur, et pendent, et vocem tantum altera parte dimittunt. Lambere quoque ea et mordere, deforme eſt: cum etiam in efficiendis verbis modicus eorum eſſe debeat motus. Ore enim magis, quam labris, loquendum eſt. Cervi- 82
cem rectam oportet eſſe, non rigidam aut ſu-

Camp. omittit, ante *vocem* Turic. Flor. *penderent* Camp. *Jam veri* pro *lambere* Flor. cum Alm. (niſi quod *vere*) non Turic. (cf. 72.). *efferendis* pro *efficiendis* Ald. Bad. Baſil. Gryph. ad mentem Regii, quod recte improbat Burm. remittens nos ad 1, 11, 4. ubi idem tenet contra eandem aliquot edd. mutationem. cf. I. F. Gronov. ad Senec. de Ira 1, 3. *conficiendis* Floril. Santen. per compendium. *eorum debeant* Turic. Flor. Profecto et hic fuit *eorum deceat*. cf. 76. *e. eſſe debet* Floril. Santen. *eſſe* extra verſum adjecto. Camp. *modici e. motus debeant eſſe.*

82. *Cervicem.* Turil. Flor. Camp. *cum c.* Poſtremus etiam *oporteat.* Pro *collum* Turic. Flor. *longum* cum Alm. Inſerit

„ne ſubito laxantur, et cum „poppyſmate quodam diſſi„liunt. Werlhofius hoc ſpe„ctans, quod *ſcindere* labra „oppoſitum eſt *porrigendis*, „ſimpliciter *ſcindi* dicit, cum „a porrectione illa antrorſum „facta ſubito in utrumque „latus trahuntur.“ Geſnerus. Ipſum fere Quintiliani verbum retinens Gedoynus (fendues) an popularibus intelligatur, parum novi. Fieri poteſt, ut ipſum illud quod mox legimus *diducuntur* ſit jam hic in *ſcindendo*; ibi enim veteres libri omnes *deducuntur*, quod interpretari conatur Badius: „(fortaſſe) de in„ferioribus tantum loquitur „(labris): nam, ſi utraque „deducantur, non nudentur „dentes. verum pro diverſis „intelligatur, ut turpe ſit et „*deducere et facere ut denu*„*dentur dentes.*“

vocem — parte dimittunt. „Imitantur, hoc geſtu eos, qui „altero labiorum angulo tu„bulum tenent Nicotianae, „altero apertiore fumum „efflant.“ Geſnerus.

eorum — debeat. cf. not. crit.

Digitized by Google

pinam. Collum diverſa quidem ſed pari deformitate et contrahitur et tenditur: ſed tenſo ſubeſt et labor, tenuaturque vox ac fatigatur. Affixum pectori mentum minus claram, etiam
83 quaſi latiorem preſſo gutture facit. Humerorum raro decens allevatio atque contractio eſt. Breviatur enim cervix, et geſtum quendam humilem atque ſervilem, et quaſi fraudulentum facit, cum ſe in habitum adulationis, ad-
84 mirationis, metus fingunt. Brachii moderata projectio remiſſis humeris, atque explicanti-

in ante *coll.* Camp. *trahitur* Turic. Flor. *et tenſo* iidem; item *labore.* Flor. *minas clarum.*

83. *raro decens.* Turic. Flor. inſerunt *et.* Camp. *rara et d.* Turic. *adlev.* Flor. *contractatio.* Goth. *contradictio*, qui et *ac* pro *atque* (tac. Geſn.). Turic. Flor. *breviatus.* Camp. *breviata.* Voſſ. 1. *conjux.* Guelf. *fraudentum.* Locat. *habitu* cum Ven. Ruſc. nec *habitus*, ut putat Burm., ſed ablativum et legit et improbavit Badius. *admirationis* omittunt Ambr. 2. Guelf. cum Voſſ. 1. 3. *nutus* Bad. ex Ald. ubi meis oculis *metus* agnoſco, paulo obſcurius tamen in Ald. 1514. expreſſum, nec abſimile voci *nutus.* Male autem et hoc et aliud quoque,

82. *diverſa quidem.* Cave hanc *diverſitatem* referri putes ad *cervicem* quae praecedit. Pertinet hoc ad alterum ipſius *colli* vitium.

Affixum pectori mentum. Nihil hic proprie de *mento* praecipitur, ſed prius illud *contrahendi colli* vitium exponitur, quod fit, cum in pectus procumbit caput. Inde eſt quod *latior* quae jam fit vox reſpondet ei quae modo erat *tenuata.* Quare *hebetiorem* pro *latiorem*, ſoli Obrechti, ut ſuſpicor, ingenio debitam ſcripturam, plane non probo. Pſeudo-Turnebus *tenuatam* vocem repetit inde, quod diſtento collo tendatur arteria atque tenuetur; itaque vox ſit exilior; contra, cum detrahatur de longitudine arteriae, eandem tamen fieri latiorem et ſic graviorem vocem erumpere. Recte ille, ſi quid video.

83. *cum ſe — fingunt.* Malim *quo* prae *cum*, ſatis leni emendatione. cf. 2, 15, 6.

Digitized by Google

bus se in proferenda manu digitis, continuos et decurrentes locos maxime decet. At cum speciosius quid uberiusque dicendum est, ut illud, *Saxa atque solitudines voci respondent*, expatiatur in latus, et ipsa quodammodo se cum gestu fundit oratio. Manus vero, sine 85
quibus trunca esset actio ac debilis, vix dici

motus, commendat Badius. *manu.* Flor. *manum.* Ambr. 2. *magnum.* Mox *continuo sed decurrentis* Flor. *decurrentis* etiam Ambr. 2. *speciosius.* Goth. (tac. Gesn.) *speciosum*, idemque modo *Ac* pro *At*, Camp. autem *Ut.* Locat. *Aut* cum Venet. Rusc. Pro *uberiusque* Camp. *aut uberius* (err. Ges. in Goth. qui non recedit), idemque *sit* mox pro *est*, et *respondeat* in loco Cic. Flor. *expiator.* Turic. Flor. *ut ipsa.* Turic. *secum* et *fundito ratio.*

85. *actio.* Turic. Flor. Goth. (tac. Gesn.) sed hic a pr. m. *oratio*, male, aberrante ad superiora librario; cf. 4, 1, 32. Sic viciſſim infra §. 96. Guelf. Exc. Santen. *actioni* cum Goth. Jens. et edd. posterr. ante Stoer. Mox hic Flor. *patet quod.* Ambr. 2. *ipsa verb.* Goth. (tac. Gesn.) *persequatur* (idem *ac* desiderat ante *debil.*). Obr. *prosequantur*, quod etiam Francius conjecerat. *Per* verum est, quia hic non id spectatur, quod manus verba *sequitur*, sed quod *omnia* sequitur. Alioqui nihili sit *paene.* Ambr. 2. *propest.* Turic. Flor. *ipsa loquan-*

84. *decurrentes locos.* cf. 11, 2, 6. 9, 4, 61. 12, 9, 2.

expatiatur in latus — oratio. Cave idem subjectum agnoscas in utroque verbo. Quae enim fuerit *oratio* quae *expatietur in latus?* At hoc est brachium, vel gestus brachio faciendus, qui jam non *moderate projicitur* i. e. adversum modo procedit, sed etiam *in latus* egreditur. cf. §. 93. 114. Cum tamen duritie non careat, quod sic lector sibi ipse fingere quasi cogitur orationem, nec perfectam et dubitatione vacuam accipit a scriptore; subiit ex vetustissimorum scriptura, *ut* pro *et*, haec efficere? „*ut* ipsa — *fundat* oratio." cf. §. 98. „*ut* — „*videatur.*" De *fundendo* consule 10, 5, 11. *Saxa et solitudines* Cic. pro Archia c. 8. vide nostr. 11, 1, 54.

85. *vix dici potest.* Transponendum censeo *d. vix p.*

Digitized by Google

poteſt, quot motus habeant, cum paene ipſam verborum copiam perſequantur. Nam ceterae partes loquentem adjuvant, hae, prope
86 eſt ut dicam, ipſae loquuntur. His poſcimus, pollicemur, vocamus, dimittimus, minamur, ſupplicamus, abominamur, timemus; gaudium, triſtitiam, dubitationem, confeſſionem, poenitentiam, modum, copiam, nu-
87 merum, tempus, oſtendimus. Non concitant?

tur. Neſcio quomodo elegantius mihi videbatur, ſi eſſet: *prope eſt ut ipſae loquantur.* Pro *eſt* Goth. *ſunt.*

86. *loquuntur. His.* Sic Turic. Flor. cum Alm. Reliqui inſerunt *Annon.* Nimia fit et taedii pleniſſima interrogationum iteratio; neodum in eo eramus, ut quaerendo quaſi nota res geri poſſet; docendi ſumus ante: mox recte ſubjiciuntur inſtantes illae et aſſenſum flagitantes quaeſtiones. Simile noſtro §. 72. *timemus; gaudium.* Sic Turic. Flor. cum Alm. *interrogamus* inſerunt Jenſ. Tarv. Reliqui inſerunt *interrogamus negamus*, niſi quod Guelf. *i. negemus.* Vetuſtiſſimis teſtibus libens obſecutus ſum. Quanquam enim *negamus* ſane aliquando manibus, et aliquem *interrogandi* geſtum conſuetum teſtatur noſter §. 101.; hic tamen inter meros affectus incommode lentiores illi mentis motus inſeruntur; etiam in fine, ubi inſurgere debebat rerum magnitudo. Voſſ. 2. pro *minamur* dat *vocamur*, quo vitio caret Goth. (cf. §. 45.); quod autem vidiſſe ſe ait Bad. *miramur*, factum bene, quod in meis quidem libris non comparet, quia mox *admirantur* §. 87. Obr. *abominamur* omittit; inconſulto, opinor. Turic. poſt *tempus* inſerit *dubitavimus* cum Alm. ſed Flor. *dubitavibus*, Camp. *dubitamus*, ſurſum vagante librarii oculo.

87. *Non concitant?* Sic Turic. Flor. cum Alm. *Nam c.*

prope eſt — loquuntur. cf. not. crit.

86. *numerum — oſtendimus.* Admonet hic Pſeudo-Turnebus artis illius, de qua vidimus ad 1, 10, 35. Recte, opinor: quanquam quae ſit talis ſignificatio *temporis*, minus liquet, et dicas fortaſſe, hic quidem latius agi de manus officio, non artificialem illum geſtum ſpectari.

Digitized by Google

inhibent? ſupplicant? probant? admirantur? verecundantur? Non in demonſtrandis locis ac perſonis adverbiorum atque pronominum obtinent vicem? Ut in tanta per omnes gentes nationesque linguae diverſitate hic mihi omnium hominum communis ſermo videatur. Et hi quidem, de quibus ſum locutus, cum 88 ipſis vocibus naturaliter exeunt geſtus: alii ſunt, qui res imitatione ſignificant: ut ſi ae-

Camp. Reliqui inſerunt *eaedem*, ſed Voſſ. 1. 3. *eodem*. Noſtro ordine *inhibent ſupplicant* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *inh. prob. ſuppl.* Camp. Reliqui *ſ. i. p.* Jenſ. *Nonne in.* cum edd. poſterr. ante Bad. cf. 10, 1, 48. Camp. nobiscum *ac perſonis.* Turic. Flor. *at p.* Reliqui *atque p.* Ambr. 2. Guelf. *aut verborum* (pro *adverbiorum*) cum Voſſ. 1. 3. Bern. *praenominum* Guelf. cum marg. Baſil. qui etiam „*et* verb. *et* praen." Goth. *cantu* (pro *tanta*). Turic. Flor. Camp. omittunt *hominum* poſt *omnium* cum Alm. Recte utrumque retinendum ſuadet Oudend. ad Sueton. Tit. c. 8. Poſt *videatur* Obr. ſubjicit *haberi*, unde plena ſit hexametri clauſula, quae in vulgata nonniſi a ſcandente erujtur, et hoc quidem proſae nocere rectiſſime negat I. H. Voſſius; vide nos ad 9, 4, 52.

88. *hi quidem.* Sic Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 2. Baſil. Reliqui *ii q.* ſed Goth. Jenſ. (tac. Geſn.)

87. *ſupplicant.* Miror neminem haeſiſſe in hoc verbo. Quid enim eſt, quod *ſupplicandi* iterum mentionem facit noſter (cf. modo §. 86.), cum praeſertim hic manifeſta ſint actionum paria, nec *ſupplicant* ita reſpondeat illi *probant*, ut *concitare inhibendo, admirari verecundando?* Suſpicor ergo pro *ſupplicant* reponendum *ſpernunt.* [Sagax utique inventum; quod ſi audax ſimul videatur, auctor ſim ejiciendi plane illud *ſupplicant*, quod unum ſedem fixam in codd. non habet: ut tria ultima verba ſine paralleliſmo adjecta ſint, ſicut ultima etiam in praecedentibus nomina. Buttm.]

Digitized by Google

grum, tentantis venas medici ſimilitudine, aut 88
citharoedum, formatis ad modum percutientis nervos manibus, oſtendas, quod eſt genus
89 quam longiſſime in actione fugiendum. Abeſſe enim plurimum a ſaltatore debet orator, ut ſit geſtus ad ſenſum magis, quam ad verba, accommodatus: quod etiam hiſtrionibus paulo gravioribus facere moris fuit. Ergo ut ad ſe manum referre, cum de ſe ipſo loquatur, et in eum, quem demonſtret, intendere, et aliqua his ſimilia permiſerim: ita non, effingere ſtatus quosdam, et quidquid dicet oſtendere.
90 Neque id in manibus ſolum, ſed in omni geſtu ac voce ſervandum eſt. Non enim aut in illa periodo, *Stetit ſoleatus Praetor populi Romani*, inclinatio incumbentis in muliercu-

etiam pro *et* cum edd. poſterr. ante Bad. *ſimilitudinem* Turic. Flor. *cithari dum formatur* Flor.

89. *a ſaltatore.* Turic. Flor. omittunt *a.* . *ad ſenſum.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *ad ſenſus.* Ambr. 2. *accomodatur.* Camp. *aut in eum* cum Ald. *ſibi* pro *his* Goth. *iis* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Bad. *et* poſt *permiſerim* inſerunt Turic. Flor. iidem mox *dicet* omittunt cum Alm.

90. *illa per.* Goth. (tac. Geſn.) *illo p.* Flor. *propter populum romanum.* Camp. *in mulierecula.* Turic. Flor. *meſſana.*

88. *tentantis venas.* Docet Burmannus exemplis Sueton. Tiber. c. 72. et Ovid. Heroïd. 20, 139. *tentare* proprium eſſe verbum in explorando venarum pulſu.

89. *a ſaltatore.* „Vid. ſupra „66. Add. mox 91. it. 128.“ Geſnerus. Addit Almelov. hic §. 181. et l. 1. c. 11. initium, item 1, 12, 14. Erudite ad hunc locum Lochmannus disputat de corruptela morum per pantomimos invecta, teſte advocato Zoſimo.

90. *Stetit ſoleatus.* Cic. in

Digitized by Google

lam Verris effingenda est: aut in illa, *Caedebatur in medio foro Messanae*, motus laterum, qualis esse ad verbera solet, torquendus: aut vox, qualis dolore exprimitur, eruenda. Cum 91
mihi comoedi quoque pessime facere videantur, qui, etiamsi juvenem agant, cum tamen in expositione aut senis sermo, ut in *Hydriae prologo*, aut mulieris, ut in *Georgo*, incidit,

Hic et *mox* pro *vox*. Ambr. 2. Guelf. *dolori* cum Alm. (nil tale in nostris, cf. 81.) Voss. 3. *dolor* Camp. *erudienda* Turic. Flor. cum Alm. Voss. 1. Tentat Burm. *edenda*. Ego verum censeo vulgatum, quanquam insolens est, quod sciam, locutio. Sed *eruitur* quidquid cum labore ex profundo protrahitur, et ita *vox* hoc loco. cf. 6, 2, 25. Eadem confusio 10, 2, 6. Quare jam rejicio, quod succurrerat *emugienda* (nam *erugienda* et nimium et nusquam adhuc repertum), cf. 2, 12, 9. Ne Lochmanni quidem placet, quanquam leniissima conjectura: *erudenda*.

91. *tamen in expositione*. Turic. Flor. Camp. omittunt *in* cum Alm. Tres priores *ut Hydriae*. Modo *quod etiamsi* pro *qui e*. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Voss. 1. (in hac ratione omnes hoc faciant comoedi, quod non est vero simile. Alia ratio 5, 6, 64.). *georgico* Turic. Flor. *georgio* Jens. (tac. Gesn.) cum edd. posterr. ante Bad. qui e Vall. nostrum. Sed et in Guelf. Goth. Camp. hoc, cum Voss. 2. litteram I inserere dicatur ante O. Mox *et effem*. Guelf. *Adeo ut in* Flor. Guelf. *quoque aliqua* Turic. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2. An fuit antiquitus: *Adeo est in illis quoque al.?*

Verr. 5, 33. cf. 8, 3, 64. 65. *Caedebatur*. Verr. 5, 62.

vox — eruenda. cf. not. crit.

91. *in expositione*. Hic fortasse non est reprehendendus Capper. admonens esse *expositionem* dictam pro *narratione*; quanquam facile hoc attendenti patebat. Nam, quo ablegat hinc nos, ad cap. 2. lib. 4. singulis prope sententiis idem ingerens lectorem enecat.

Hydriae — Georgo. Menandri fabularum, in Romanam fortasse consuetudinem translatarum, nomina haec

Digitized by Google

tremula vel effeminata voce pronunciant. Adeo in illis quoque est aliqua vitiosa imita-
92 tio, quorum ars omnis constat imitatione. Est autem gestus ille maxime communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur explicitis tribus, et principiis utilis cum leni in utramque partem motu modice prolatus, si-

92. *contrahitur.* Turic. Flor. omittunt cum Alm. Pro *explicitis* Turic. Flor. *explicis.* Ambr. 2. *rexplicitis.* Guelf. *replicitis.* Mox Guelf. *levi* cum Goth. Vall. Pro *ad id quo* Turic. Flor. *adita.* Ex Alm. refertur *adita quo*, me quidem non credulo. Goth. *ad id quod* cum Voss. 2. Camp. sed hic et *ferat.* Jens. (tac. Gesn.) *et id quo* cum edd. posterr. ante Ald. exc. Tarv. qui *et in quo.* In recepta desidero auctoritatem dicendi primum „obsecundare *ad* aliquid" deinde „*ad* „*id* quo" pro „*eo* quo." Sed dum tento „*ita ut* manus fera„tur" mihi ipse non satisfacio. Mox *sed dum* Turic. Flor. cum Alm. Ald. (err. Burm.) Possit blandiri *dum* absque *sed.* Guelf. *explorando* (idem mox §. 94.) cum marg. Basil. et Gryph. (1536.) Camp. *exprobando et* idem mox §. 94.

esse Gesnerus monet. Vid. ap. Clericum p. 32. et 178.

92. *quo — contrahitur.* Cave eum animo concipias gestum, ubi medius digitus apprehendat pollicem, qui non injuria improbatur a Gottschedio et est sane fatuae nescio cujus elegantiae. *Contrahitur* digitus, ut mox apparet, (§. 93. *sub pollicem veniunt*, §. 94. *contracti — premuntur*) cum in suos articulos compressus alteri supponitur. Quanquam vel is, qui hic demonstratur gestus, paulo insolentior nobis videri potest. Facile tamen agnoscitur, qualis sit, comparando eos qui deinde traduntur duo, quorum novissimus ille indicis protensi quam maxime est manifestus. Si quaeris, quid sit „gestus *cer*„*tus*", cum addatur *in narrando*, apparet significari gestum, qui narrantem nihil dubitare ostendat de iis, quae referat. *Productior* est, cum longius in adversum abit a corpore *liberiusque*, ut mox est, *exeritur.* cf. §. 84. Almelovenum visum sibi agnovisse hunc gestum apud Sponium Miscell. p. 44. in Polyhymnia, revincit Burmannus.

Digitized by Google

mul capite atque humeris ſenſim ad id, quo manus feratur, obſecundantibus: et in narrando certus, ſed tum paulo productior: et in exprobrando et coarguendo acer atque inſtans. Longius enim partibus his et liberius
1019 exeritur. Vitioſe vero idem ſiniſtrum quaſi 93
humerum petens in latus agi ſolet: quanquam adhuc pejus aliqui transverſum brachium proferunt, et cubito pronunciant. Duo quoque medii ſub pollicem veniunt: et eſt hic adhuc priore geſtus inſtantior, principio et narrationi non accommodatus. At cum tres 94
contracti pollice premuntur; tum digitus ille,

coarguendo. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Baſil. *in arguendo* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Gryph. Reliqui *arguendo*. *his.* Omittunt Turic. Flor. cum Alm. neſcio an recte, ſicut 10, 1, 88. *partibus* dicitur pro *aliquot partibus*. Receptam ταυτολογία laborare dicas. *is* Ambr. 2. *iis* Camp. cum edd. ante Baſil.

93. *idem.* Ambr. 2. *id eſt.* Guelf. Exc. Santen. *ad.* Mox *ſi noſtrum q. numerum* Turic. Flor. (hic et mox §. 94. *numerum*, ubi idem Camp.) cum Alm. *brachio* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. *ſuppollunt veniunt* Voſſ. 3. *adhuc prior aegeſtas* Voſſ. 1. *narratio* Turic. Flor. *commodatus* Turic. Flor. Ambr. 2. (hic et *adhuic*) Guelf. Exc. Santen. cum Voſſ. 1. Bern. Omittit *non* Camp.

94. *tum digitus.* Turic. Camp. *tunc d.* et ſic, opinor, Flor. quoque, ex quo *tẽ*, ubi ſuſpicor eſſe *tẽ*. cf. Drakenb. ad Liv. 2, 12, 15. Cort. ad Plin. Epp. 1, 13. not. 4. Jenſ. *cum d.* cum edd. poſterr. ante Bad. Modo *Atque* Guelf. *obtinet* pro

ad id, quo. cf. not. crit.
ſenſim — obſecundantibus. Redditur idem mox §. 100. *ſub aſſentientibus.*
partibus his. cf. not. crit.
94. *digitus ille.* „Cic. de „Orat. 2, 45. ex perſona Antonii: *Quae mehercule ego, „Craſſe, cum a te tractantur „in cauſis, horrere ſoleo: tanta vis animi, tantus impetus, „tantus dolor, oculis, vultu,*

Digitized by Google

quo usum optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrando et indicando, unde et ei nomen est, valet: et allevata ac spectante humerum manu paulum inclinatus affirmat: versus in terram et quasi pronus urget: aliquando pro numero est. Idem summo

optime Flor. *in is in exp.* (et Turic. quidem per compendium *exprobrā*) Turic. Flor. *unde et ei.* Sio Flor. cum Alm. non Turic. (cf. 90.) Reliqui omittunt *et.* Goth. *manu parum.* Post *inclinatus* Turic. Flor. inserunt *is* cum Alm.

urget: aliquando. Flor. Ambr. 2. Guelf. inserunt *et* cum Alm. Voss. 3.; Turic. *ut.* Mox *pro humero* Camp. cum Gryph. (1536.).

95. *Idem.* Guelf. *Id est.* Stoer. Chouet. Leid. *Item.* Mox Jens. *leniter* cum Alm. (ut fert Burm.) et edd. posterr. ante Stoer. exc. Ald. acc. Gibs. Obr. cf. §. 103. item Walker. ad Cic. de N. D. p. Davisii 244. Vocem omittit Guelf.

„*gestu*, digito *denique* isto tuo „*significari solet* etc.“ Gesnerus.

unde et ei. Videtur transponendum *et.*

allevata — — affirmat. Indicat Almelovenus numos quosdam Claudii apud Alb. Rubenium in Numism. Ducis Croyiaci tab. 19. n. 8. et 12. qui figuram exhibent alii juvenis, alii feminae indicem attollentis, manu paulum versus os inclinata, cum epigraphe: Constantia Augusti. Admovit autem illis Rubenius quoque nostrum Quintiliani locum: quam recte, non dixerim. Sed multo minus Eckhelio assentiri possum, qui in D. N. to. VI. p. 236. ad silentium viri constantis eum gestum refert, cum tamen, si fides quidem imaginibus, nimis ab ore remota sit manus, ita ut aeque facile humerum spectare dixeris. Buttm.

aliquando pro numero est. Haec verba minima distinctione praecedentibus antea jungebantur: in qua sensuum continuatione recte utique Spaldingius copulam *et* e vetustis codd. insertam volebat. de Regii et Pseudo-Turnebi sententia, triginta numerum eo gestu significari, verbo tantum in schedis monens, minime credulus illis. Qui secundis curis profecto in meam sententiam deveniisset. Quippe neque hic neque §. 86.

Digitized by Google

articulo utrinque leviter apprehenſo, duobus modice curvatis, minus tamen minimo, aptus ad disputandum eſt. Acrius tamen argumentari videntur, qui medium articulum potius tenent: tanto contractioribus ultimis digitis, quanto priores deſcenderunt. Eſt et ille verecundae orationi aptiſſimus, quo quatuor primis leviter in ſummum coëuntibus digitis, non procul ab ore aut pectore refertur ad nos manus, et deinde prona ac paululum prolata laxatur. Hoc modo coepiſſe Demoſthenem

96

97

apprehenſo. Turic. Flor. *adſponſo* cum Alm. *depulſo* Voſſ. 1. *appreſſo* Camp. *tamen inimo* Ambr. 2. *t. in uno* Guelf. Exc. Santen. cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Ald. *minimo* — *Acrius tamen* omittunt Voſſ. 1. 3. propter homoeoteleuton. *ultimus digitis* Flor.

96. *Eſt et.* Guelf. *Et et.* Voſſ. 1. 3. omittunt *et.* Turic. Flor. *verecundi* cum Alm. *vere* Voſſ. 1. 3. *dignis* Voſſ. 3.

refertur. Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *fertur,* exc. Aldo, qui *feratur.* cf. §. 89. 103.

97. *Hoc modo.* Flor. *homo* cum Alm. non Turic. (cf. 94.). *creditur* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. acc. Obr. male. Guelf. *demiſſoque.* Exc. Sant. *dimiſſoque.* Camp. *Teſiphonte.* Locum Ciceronis hic ut 11, 1, 19. exhibent Turic. Flor. Ambr. 2. (poſtremi duo *ingeni*) Guelf. (niſi quod hic omittit *ſentio*) cum Alm. Bern. Sed Jenſ. *ſi quid eſt ingenii mei judices q. ſ. q. ſ. e.* cum Vall. et edd. poſterr. ante Ald. Refinxit ad Cic. Regius, ſed jam Camp. ita, ut et reliqui. Superiore

de notiſſimo illo in manu numerandi officio agi poteſt, ut recte illic vidit Sp. Cf. §. 117. Et hic quidem nonniſi ſimplex ſimpliciſſimi numeri extenſo indice demonſtratio indicatur, ut noſtra diſtinctione admiſſa ſtatim apparet. In particula autem *et* poſt *urget* ne optimi quidem codicis ulla poteſt eſſe auctoritas. Buttm.

95. *articulum potius.* Transpoſito *potius* clarior erat ſententia.

96. *Eſt et ille.* Hic quidem nullum videtur aliud ſubjectum niſi *geſtus.* cf. 118.

Digitized by Google

credo in illo pro Cteſiphonte timido ſummiſſoque principio: ſic formatam Ciceronis manum, cum diceret, *Si, judices, ingenii mei, quod ſentio quam ſit exiguum.* Eadem aliquatenus liberius deorſum ſpectantibus digitis colligitur in nos, et fuſius paulo in diverſum reſolvitur, ut quodammodo ſermonem ipſum
98 proferre videatur. Binos interim digitos di- 1000
ſtinguimus, ſed non inſerto pollice, paulum tamen inferioribus intra ſpectantibus, ſed ne

loco Jenſ. et rell. a Cicerone non abludunt. *in nos.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Alm. Ald. Geſn. Reliqui *in os*, quorum eſt Goth. Vall. Modo *tollitur* Voſſ. 1. *colligit* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. *nos effuſius* Guelf. *diverſa* Goth. Jenſ. cum edd. poſterr. ante Leid. exc. Ald.

98. *Binos.* Ambr. 2. Guelf. *bonis.* Alter et mox *digitis* a ſec. m. Dein Jenſ. (tac. Geſn.) *incerto* cum edd. poſterr. ante Ald.

97. *ſic formatam Ciceronis.* „Non credit Fabio, certe non „probat hunc geſtum P. Fran„cius in Specim. Eloq. exter. „p. 63. Ac ſane, ſive ſeptentrionalis plaga frigidiores „nos facit, ſive aetas noſtra „moderatior tardiorve eſt, „geſtus quidam Quinctilianei „parum decere noſtros homines videntur.“ Geſnerus. Locum eſſe principii Tullianae pro Archia nemo neſcit. cf. 11, 1, 19.

aliquatenus. Displicet quam maxime hoc adverbium alteri ſuperadditum. Malim *aliquanto*, et magis etiam *aliquando.*

in nos. Rectiſſime Geſnerus hanc ſcripturam tuetur, quia, quod alibi legitur, *in os* „ur„ſorum“ ſibi eſſe videatur „aut ſimiarum, non orato„rum.“ cf. §. 89. 103. Idem illuſtrandis iſtis, *ut quodammodo — videatur*, haec addit: „ad hoc ſatis eſſe videtur, ſi „collecta et verſus dicentem „directa manus in diverſum „ſ. ad auditores dum refertur, „reſolvatur, ut prodire ex „clauſo videatur oratio.“ Quod reponere velit Francius *ſurſum* pro *deorſum*, facilioremne ſane ad imaginandum praeſtat geſtum, ſed hoc non eſt criticum agere.

Digitized by Google

illis quidem tenſis, qui ſupra ſunt. Interim 99
extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipſe prioribus ad medios articulos jungitur: interim quartus oblique reponitur; interim quatuor remiſſis magis quam tenſis, pollice intus inclinato, habilem demonſtrando in latus, aut diſtinguendis, quae dicimus, manum facimus, cum ſupina in ſiniſtrum latus, prona in alterum fertur. Sunt et illi breves 100
geſtus, cum manus leviter pandata, qualis voventium eſt, parvis intervallis, et ſubaſſen-

99. *Interim.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Alm. Bern. Reliqui praemittunt *Duo*, quod eodem redit, ſed nec opus erat et anaphorae figura in fronte *interim* poſcebat. *unam pollicis* Jenſ. Tarv. Poſt *quam* omittunt *tenſis* Turic. Flor. cum Alm. *demonſtrando in latus.* Hoc ordine Turic. Flor. Guelf. Camp. Reliqui *i. l. d.* *diſtinguendis.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 1. 2. Bern. Reliqui *diſtinguendo.* Mirum quod ex Alm. refertur *demonſtrandis aut diſtinguendo* (cf. 97.).

100. *voventium.* Turic. *fomentium* cum Alm. Bodl. Et Flor. per compendium *fomtiū.* Ambr. 2. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *foventium* cum Voſſ. 1. 2. 3. et edd. poſterr. ante Gryph. (exc. Baſil. qui *vomentium*, in quas ſordes forte, ut ſpero, incidit) acc. Obr. *faventium* Guelf. Exc. Santen. Noſtrum jam in Camp. cf. §. 68. *maxime altera facie pace e. q. dimide* Turic. Flor. *apte* Camp. Ex Alm. *m. altera facie apta parce.*

100. *leviter pandata.* Non alienum, quod hic annotare Vallam Badius refert, illud Curtii, „copidas vocabant „gladios *leviter curvatos* fal„cibus ſimiles.“ *Pandatur* autem manus, cum, quantum fieri poteſt, recurvatur, ita ut cavitas quaedam fiat in tergo ejus, non in vola. Neque eſt quod cum Geſnero metuas, contrariam eſſe manum talem *ſupinis* illis, quibus vota ſollemnia fiebant: recurvari enim poteſt manus etiam ſupina, h. e. cujus vola ſurſum ſpectat; neque hic, ut ipſe obſervat Geſnerus, ſollemnia vota indicat Quintilianus. Buttm.

Digitized by Google

tientibus humeris movetur, maxime apta parce et quasi timide loquentibus. Est admirationi conveniens ille gestus, quo manus modice supinata, ac per singulos a minimo collecta digitos, redeunte flexu simul explica-
101 tur atque convertitur. Nec uno modo interrogantes gestum componimus: plerumque tamen vertentes manum, utcunque composita est. Pollici proximus digitus, mediumque, qua dexter est, unguem pollicis summo

Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *parte*, et modo iidem *sub assent.* diremtim, acc. in hoc Ald. sed Guelf. *subassentibus.* Mox Jens. *Et admirationi* cum edd. posterr. ante Ald. *Est cum admirationibus* Voss. 1. 3. *ac singulos a minimos* Turic. (hic postrema junctim) Flor. cum Alm. *in minimo* Guelf. *ad s.* Camp. *digito* Jens. cum edd. posterr. ante Basil. *explicantur* Turic. Flor.

101. *vertentes.* Jens. *verentes*, ne Tarv. quidem imitante, sed hoc inveniebat et corrigebat Regius. *utrumque* Guelf. (cf. 11, 2, 24.) *uterque* Voss. 1. *mediumque, qua dexter est.* Turic. *mediumque quantum queris d. e.* Flor. *mediumque qua ungeris d. e.* Alm. *mediumque quam queris d. e.* Guelf. *medium qua d. e.* Camp. *mediumque dextrae.* Andr. *mediumque contingens dextrae.* Vidov. (1533.) *mediumque contingens qua d. e.* cum Colin. (1541.) Steph. (1542.) Vascos. (1542.) *pollicis.* Sic Turic. Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. cum Alm. Voss. 1.

quo manus — explicatur atque convertitur. Qui hunc gestum, qualis tandem deberet mente concipi, nobis interpretari vellet, vidi neminem. Scilicet manifestior erat, quam ut explanatione indigeret. Equidem nihil hic video; illud imprimis ignorans, quid sit *manus per singulos collecta digitos.* An igitur sensim et aspicientibus iis qui audiunt complicantur digiti, ut minimus primus tangat quartum et sic deinceps? Qui inspexerit Gedoynum, mira licentia usum nec tamen perspicui quid eruentem inveniet. cf. §. 105.

101. *mediumque, qua dexter est.* cf. not. crit.

Digitized by Google

ſuo jungens, remiſſis ceteris, eſt et approban-
tibus, et narrantibus, et diſtinguentibus de-
corus. Cui non diſſimilis, ſed compreſſis tri- 102

Reliqui *pollici*. Hanc ſcripturam qui teneat, nemo geſtum expediet. Qualis enim *ſuus* indici eſt *pollex?* An ejusdem manus, cujus et ipſe? Apage iſtas ambages. Genitivus ſolus probam ſententiam praeſtat, ubi *index* (proximus pollici digitus) *medium pollicis unguem ſummo ſuo* (indicis ungui) *jungit*. Displicit tamen vel hic verbum *jungendi*, malimque prae *ſuo jungens* haec: *ſuo contingens*, non adeo dura mutatione. In antecedentibus autem longe abeſt ut acquieſcam. Primum *que* encliticum, poſt *medium*, qui ferri poſſit, non video. Nam quod *proximus* eſt *pollici*, natura ipſius fit digiti et fabrica corporis humani, cui geſtus ille *jungendi* non poteſt applicari per particulam *que*, quaſi vel junctio iſta pariter ſit ſempiterna vel vicinia pollicis et indicis itidem a voluntate pendeat. Deinde vetuſtae illae ſcripturae ſatis oſtendunt, quod vel absque iis patebat, verba *qua dexter eſt* minime ſana eſſe; nec VV. DD. nihil hic monentes, vel capio vel fero. Doleo tamen et ſubiraſcor, quod nihil ipſe extundo. Neque enim ſatis acquieſco in eo quod ſuccurrit e §. 109. *medium* (*qui* — vel *quanquam* — *tantum geſtus dexter eſt*). Illud autem *contingens* Andreanae, a corrigente haud dubie erutum, neque ductibus veteribus ſatisfacit neque ſtructuram relinquit probabilem ſequente *jungens*. Maxime blanditur *dextrae* (cf. 109.) *unguem* facili continuatione ſtructum, ſed obſtat, qui infertur, genitivus alter *pollicis;* et tamen remanent illa Turic. Flor. Alm. monſtra procurationem deſiderantia. Id quidem teneo, interjectis iſtis ſignificari unguem pollicis in dextra manu, ne forte quis credat, perinde eſſe, in utracunque fiat geſtus. Eo deducor, quia mox in geſtu Graecorum ſophiſtarum huic noſtro ſimili adjicitur *etiam utraque manu*. Nec tamen eo magis fero *unguem jungi qua dexter eſt*. Expectat locus felix aliquod critici acumen.

et narrantibus. Turic. om. *et*.

102. *compreſſis*. Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. *completis* cum Voſſ. 1. 3. *complitis* Flor. cum Alm. (cf. 99.). *complexis* Goth. cum Voſſ. 2. Vulgatam commendat §. 94. Modo Flor. *non diſſimis*. Voſſ. 1. 3. *indiſſimilis*. Turic. Camp. omittunt *plurimum*. Guelf. *Eadem* pro *etiam*. Turic. Flor. *ſua g. con-*

Digitized by Google

bus digitis, quo nunc Graeci plurimum utuntur, etiam utraque manu, quóties enthymemata ſua geſtu velut corrotundant. Caeſim

rutundant velut caſi. Ex Alm. nihil niſi quod omittere *velut* narratur. Ambr. 2. Guelf. (niſi quod hic *caeſini*) *ſua g. corrutunda velut caeſim* cum Goth. 2. ſed hic *caſi.* Camp. *ſua g. velut cornu tundunt ceſus.* Jenſ. *ſua g. velut corrotunda caeſim* cum Voſſ. 1. qui *corrutenda*, et 3. qui *corrocunda*, et edd. poſterr. ante Ald. Hic *ſuo g. velut cornu tundunt caeſim* cum Vall. a ſec. m. et reliquis ante Geſn., niſi quod praeter ipſum et Bad. *ſua.* Goth. 1. *ſua g. velut cornu tundant caeſim* cum Voſſ. 2. Kapp. Noſtrum primum in Vall. litura agnovit Badius, probante Burm. *cornu* ex ſola corrigentium libidine

102. *enthymemata — corrotundant.* Rectiſſime Geſnerus ad fidem huic ſcripturae faciendam appellat Juvenalem 6, 449. ubi matrona juſto doctior *curvum ſermone rotato Torqueat enthymema.* Idem Dionyſii Halic. λέξιν στρογγύλην, quam ille et δικανικὴν dicat, et Ariſtophanis (Acharn. 686.) στρογγύλα ῥήματα, quorum collectiones et concluſiones ipſo hujus geſtus circulo Graeci illi oſtenderint; ſed vim vocis *caeſim* mihi quidem non ſatis aperuit. Quod ego vocabulum utrocunque retulerim, quid ei faciam non reperio. Geſnerus ſane ſequenti ſenſui tribuens, quam rationem praeivere Jenſonus, Tarv. et Aldus (non Badius, ut narrat Burm.) ſic demum intelligi poſſe cenſet, „quae „ſit *manus lenior* aut quis ſit „promittentis geſtus;“ *caeſim* enim eſſe *extrorſum*, quo projiciatur manus. Haec ita ſe habere magnopere dubito. Nec tamen multum proficio ex vetuſtiſſima verborum collatione, ubi eſt *corrotundant velut caeſim*, et comparationis index particula adverbio *caeſim* aſſignatur, non verbo *corrotundare.* Praeterquam enim quod ſanitatis illius et ſobrietatis eſſe non videtur, Quintilianum decentis, inſolentius hoc verbum ſine aliqua molliendi formula dimittere, quomodo tandem *caeſim* aliquid *corrotundetur*, parum aſſequor. Quod aliquatenus huc faciat, reperio noſtrum in enthymematum tractatione caventem, ne nimia eorum multitudine ſtipetur oratio 5, 14, 30. ubi eſt oratio „concluſionibus certis „et crebris, et in unam prope „formam cadentibus, *conciſa.*“ Sic et 9, 4, 126. *caeſim* idem fere eſt quod *membratim.* Jam

Digitized by Google

manus lenior promittit et assentatur, citatior hortatur, interim laudat. Est et ille urgentis orationem gestus vulgaris magis, quam ex arte, qui contrahit alterno celerique motu et explicat manum. Est et illa cava et rara, et supra humeri altitudinem elata cum quodam motu velut hortatrix manus. A peregrinis scholis tamen prope recepta tremula, scenica est. Di-

natum. *lenior.* Camp. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. *levior* cum Voss. 3. a pr. m. *assentantur* Ambr. 2. (nisi quod *adsf.*) cum Voss. 3. *laudatur* Turic. (qui et *hortator*) Flor. Mox *urgens* Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. et edd. ante Stoer. quo rediit κριτικώτατος ille noster Capper. Modo Camp. *et* solum sine *est.* Flor. *urguentis* (ut et §. 94. Ambr. 2. *urguet*). Mox Obr. (non Leid. quoque, ut narrat Capper.) *orationis*, male; sed pejus Gibs. *gestûs.* Voss. 1. 3. *vulgari.* Turic. Flor. Camp. *celeri* sine inclitica, cum Alm. nescio an recte. Modo *contrahitur* Rusc. solus, sed per compendium, non Locat. ut refert Burm. Idem error Burm. §. 114. *adversus* tribuentis Locatellianae, quod sphalma est solius Rusc.

103. *rara.* Guelf. Jens. (tac. Gesn.) *rata* cum edd. posterr. ante Bad. exc. Tarv. qui mira a Jens. defectione verum. *lata* Obr. Mox *elatam* Guelf. *ornatrix* Goth. (cf. 3, 8, 54. et 8, 3, 11.) *tamen.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Alm. Voss. 2. Goth. et marg. Basil. *tum* Camp. Reliqui *jam.* Flor. (a pr. m.) *receptat remula.* Ambr. 2. item *remula* cum Voss. 1.; apparet, quam arte haec coierint in vett. libris. Turic. Flor. *digitis.*

revulso hoc a *manu leniore* adverbio, non equidem vereor, ut intelligi ea possit. Singulis enim digitorum gestibus percensendis hic aliquid de totius manus motu adjicitur, vel inferitur. Interim quoniam nihil adhuc certi hic agnosco, Gesneri circulos turbare nolui.

103. *rara.* „id est divisis, „sed in *concavitatem*" (vocabulum sibi habeat) „incurvis „digitis." Badius.

A peregrinis — scenica est. Cavet, ne hortatrix illa, quam probat, manus tremorem quoque assumat ab oratoris dignitate alienum et scenae soli debitum. Diremtio haec a

Digitized by Google

gitos, cum ſummi coierunt, ad nos referre, cur quibusdam displicuerit, neſcio. Nam id et leviter admirantes, et interim ſubita indignatione, velut paveſcentes, et deprecantes,
104 facimus. Quin compreſſam etiam manum in poenitentia vel ira pectori admovemus, ubi

Camp. *digiti.* idem poſt *cbier.* inſerit *et.* . *ad nos.* Turic. Flor. *ad eos* cum Alm. Reliqui *ad os.* Noſtrum e conjectura (cf. 96. 97. et mox 105.). Guelf. *quibus displicuerint.* Camp. *quibusdam displicuerunt.* Jenſ. Tarv. *quibusdam displiciunt;* correxit Regius. *id* poſt *Nam* omittit Goth. cum Voſſ. transponit Camp. cum Baſil. Gryph. (1536.) Vidov. *leniter* Turic. Flor. Ambr. 2. cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. acc. Bad. quem in nota Vall. *leviter* dantem per ſphalma dicere arbitror. Commovent me magnopere auctoritates, nedum cum Regio ne admonendam quidem *litterae* V reſtitutionem cenſeam; ſed praegravat ratio §§. 95. 96. ubi *leviter* plane eſt pro *paululum.* cf. 10, 3, 21.

104. *Quin.* Guelf. *Qui* cum Voſſ. 1. *in poenitentia vel ira.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Stoer. Chouet. Leid. Reliqui *in ſignum* (niſi quod Bad. inconſulto, opinor, *ſinum) poenitentiae vel irae;* quod revocanti Gibſono ipſi ſuboluit aliquid de gloſſemate fortaſſe hic verſante; ſed Ioann. quem teſtem addit et aliquot edd. auctoritas vicis

nobis primis inducta eſt, reliqui ante *tremula* interpungunt, eamque ad *ſcenica eſt* integram faciunt ſententiam, praeciſam illam, nec Quintilianeae ſanitatis. Nempe quaeſiverunt aliquod attributum, quod adderetur *manui illi cavae — rarae — elatae — hortatrici.* Sed eſt in hisce praeceptis imprimis frequentata noſtro ſtructura verbi ſubſtantivi, de qua egimus ad 9, 3, 12. et alibi. Qualis hic valde manifeſta §. 100. Corrigente hic Francio *ſolis* pro *ſcholis* profecto non indigebamus; quod ſi viciſſim fieret, ingenium erat. Illud equidem certo non dicam, *a ſcholis recepta* utrum ſint ſcholae quae receperint, an Romani rhetores qui a ſoholis. Prius tamen verius puto, et *accepta* in altera ratione dicendum fuiſſe, quod tamen excludebatur ab illo *prope.* Gallaeum *ſcholas* hic *provinciales* agnoſcentem ſatis probo, niſi forte *graecas* in ipſa urbe notat noſter.

Digitized by Google

vox vel inter dentes expressa non dedecet, *Quid nunc agam? Quid facias?* Aversо pollice demonstrare aliquem, receptum magis puto, quam oratori decorum. Sed cum omnis 105
motus sex partes habeat, septimus sit ille, qui in se redit, orbis, vitiosa est una circumversio: reliqui, ante nos, et dextra laevaque, et sursum et deorsum aliquid ostendunt: in posteriora gestus non dirigitur. Interim tamen velut rejici solet. Optime autem manus a lini- 106

suspicionem, quibus accedunt Goth. Voss. 1. 2. 3. *non dedecet.* Guelf. Camp. cum Voss. 1. *non decet.* Perspp. Busc. *n. decedet.* Quod Burm. e notis Badii colligi exhibitum a quibusdam *dedisset* narrat, nihil tale in ed. anni 1516., qua sola Badiana utor, notis instructa, comparet (cf. 76.).

facias. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Reliqui *faciam.* Mox *aliquem* Turic. Flor. cum Alm. Reliqui *aliquid.* Modo *adverso* Guelf.

105. *habeat.* Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *habet.* Omittunt *que* post *septimus* nobiscum Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. et edd. ante Basil. Reliqui addunt. *gestum* Turic. Flor. Camp. (hic et mox *dirigunt*, ut modo vicissim Voss. 1. *ostenditur*). Modo *relinqui* Flor. Pro *velut rejici* Turic. Flor. *ut rei* cum Alm. *velut rei* Voss. 1.

106. *Optime autem.* Turic. *O. tamen.* Mox Camp. *in dextram.* Deinde *poni* nos e conjectura, nam Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. *ponere* cum Alm. Goth. Voss. 2. Bern. Jens. et edd. posterr. ante Basil. exc. Aldo, qui *deponere* cum Basil. et aliquot edd. ap. Burm. *ponitur* Voss. 1. 3. sed iidem modo quoque *ponitur.* Reliqui *deponi*, quorum jam Camp. nisi forte

105. *una circumversio.* E septem hisce motus partibus septima sola (i. e. *una*) vitiosa, cum in se redit orbis (i. e. *circumversio*). *Circumversionis* reprehensio ita videtur accipienda, ut non simul et *conversio* improbetur, quae inter gestus eo, ubi haesimus, loco §. 100. recensetur.

Digitized by Google

ſtra parte incipit, in dextra deponitur: ſed ut poni, non ut ferire videatur: quanquam et in fine interim cadit, ut cito tamen redeat: et nonnunquam reſilit vel negantibus nobis, vel admirantibus. Hic veteres artifices illud recte adjecerunt, *ut manus cum ſenſu et inci-*106 *peret, et deponeretur.* Alioqui enim aut ante vocem erit geſtus, aut poſt vocem: quod eſt 107 utrumque deforme. In illo lapſi nimia ſubtilitate ſunt, quod intervallum motus tria verba eſſe voluerunt: quod neque obſervatur, neque fieri poteſt: ſed illi quaſi menſuram tarditatis celeritatisque aliquam eſſe voluerunt; neque immerito, ne aut diu otioſa eſſet manus, aut, quod multi faciunt, actionem con-

dormitavi. Poſt *fine* ante *interim* iterum *et* Ambr. 2. Guelf. cum Voſſ. 3. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſterr. ante Bad. *cito tum* Camp. *nonnunquam et reſilit* Camp. *vel ad artifices* Turic. Flor. omiſſis *mirantibus. Hic veteres.* Mox *deponeret* Goth. Jenſ. cum edd. poſterr. ante Gryph. Modo *manus conſenſu* Voſſ. 1. 3.

107. *In illo.* Voſſ. 1. 3. *In illa.* Mox *quod* omittit Goth. *metus* pro *motus* Turic. Flor. Camp. *neque obſ. neque* nobiscum Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *nec obſ. neque* Ambr. 2. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Bad. Reliqui *nec o. nec.* Item Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. *neque immerito.* Reliqui *nec i.* Pro *quaſi* modo Goth. (tac. Geſn.) *tanquam.* Transponit Camp. *celeritatis tarditatisque.* Ambr. 2. *alia quam.* Guelf. *aliqua.* Jenſ. (tac. Geſn.) omittit cum edd. poſterr. ante Ald. *divo* bis poſito O ſolus Jenſ. per ſph. *eſſe* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Correxit Regius.

106. *veteres artifices.* cf. 4, 1, 9. 4, 2, 118. Sed *artifices* ſunt praeceptores pronunciationis, ut mox §. 112. quales fuere Plotius Nigidiusque §. 143. item Plinius §. 143. 148. Laenas §. 185. quorum tamen duo poſtremi *veteribus* non accenſentur.

Digitized by Google

tinuo motu concíderent. Aliud eſt, quod et 108
fit frequentius et magis fallit: ſunt quaedam
latentes ſermonis percuſſiones, et quaſi aliqui
pedes, ad quos plurimorum geſtus cadit: ut
ſit unus motus, *Novum crimen;* alter *C. Cae-*
ſar; tertius, *Et ante hanc diem;* quartus, *Non*
auditum; deinde, *Propinquus meus;* et, *Ad*
te; et, *Quintus Tubero;* et, *Detulit.* Unde 109

108. *quod et fit.* Turic. Flor. Camp. *et* omittunt cum Alm. et edd. ante Bad. *manus* (pro *magis*) Voſſ. 1. 3. *latentis ſ. perſecutione* Turic. Flor. *l. ſ. frequentius* Voſſ. 1. 3. *latentis ſ. p.* Guelf. Exc. Santen. cum Alm. Goth. Jenſ. et edd. poſterr. ante Gryph. exc. Ald. *ad aliquos* Jenſ. (non Goth. err. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Ald. *G. Caeſar* Camp. et hic et mox. Suſpicor a Qu. fuiſſe ſine compendio *Gai C.* Mox *non auditum* nobiscum Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. Camp. cum Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Baſil. exc. Ald. qui cum reliquis *inauditum* e Cic. iidemque idem mox, niſi quod in Exc. Santen. nulla mentio. *propinquos* Turic. *et ad te apti et tuque tu vero* (quod pro *Tubero* non rarum in Turic. teſtatur Ulricus, ut eſt 10, 1, 23.) *et detulit* Turic. Flor. *et atte et que tubero et d.* Ambr. 2. *ad te et Q.* (hoc compendium habet Guelf. quoque, ſed Camp. praenomen omittit) *T. d.* Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. ſed ex hoc *et* ante *ad* quoque refertur, quod abeſt eo loco in Goth. *Etate Q. T. d.* Voſſ. 3. *et ad te quae T. et d.* Voſſ. 1. *et ad te et Quintus T. d.* Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Baſil. exc. Ald. Reliqui *et ad te Quintus T. d.* Noſtrum e liquidis codicum veſtigiis.

107. *concíderent.* Veriſſimam cenſeo Regii κρίσιν, qui reponi volebat *concideret*, ut ad manum referretur verbum, non ad *multos* illos in parentheſi latentes; nam ad *artifices vetères* ſpectare nemo ſanus dixerit. Altera profecto minus lenit mutatio, ut ſcribatur *otioſae eſſent manus.* Nullus tamen codex addicit.

108. *magis fallit.* Quod cavimus ad 2, 12, 3., ne *latere* intelligeretur *fallere*, etiam hic locum habet.

percuſſiones. cf. 9, 4, 51. 75.

Digitized by Google

id quoque fluit vitium, ut juvenes, cum scribunt, gestum praemodulati cogitatione sic componant, quomodo casura manus est. Inde et illud vitium, ut gestus, qui in fine dexter esse debet, in sinistrum frequenter desinat. Melius illud, cum sint in sermone omni bre-

109. *ut juvenes.* Turic. Flor. Camp. *et j.* cum Jens. Tarv. Modo *quodque* Turic. Flor. *gestum.* Sic Turic. Flor. Camp. *gestus* Goth. cum Voss. 1. 2. 3. Reliqui *gestu.*

cogitatione. Sic Voss. 1. 3. cum marg. aliquot edd. Reliqui *cogitationem. componunt* Turic. Flor. Camp. *manus sit* Goth. Jens. cum edd. posterr. ante Gryph. *infinito* Turic. Flor. pro *in fine* cum Alm. *dextrae esse* Camp. (cf. 101.). *in sinistram* idem cum edd. ante Stoer. exc. Ald. (cf. 113.).

110. *sermone omni.* Ambr. 2. (qui et modo *sit* pro *sint*) Guelf. Exc. Santen. *f. omnia* cum Bern. *quidam* Turic. *atque* (pro *ad quae*) Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Voss. 1. qui omittit *recipere. spiritum*, datque *hoc gestum.* Pro *quia sequitur* mox *qui adquiritur* Turic. Flor. Ex Alm. refertur *quia acquiritur.* Mox *hunc d.* Camp. hic modo, non supra; cum Basil. et Steph. utrobique dent masculinum cum Cic. cf. Drakenb. ad Liv. 8, 11, 15. nos ad 11, 2, 43. I. H. Voss.

109. *gestum praemodulati cogitatione.* Hanc scripturam, quam sibi dari cupiebat Gesnerus, cum vetustissimi libri fere praestent, non dubitavi recipere. „Inter commentan„dum" ait ille „scribendum„que de gestu ad illos pedes, „ad illas percussiones, accom„modando cogitant; unde fit, „ut componant nonnunquam, „sicut praemodulati et gesti„culati intra animum sunt." Est sane in altera loci constitutione *gestu p. cogitationem,* quod ipsum quoque verum possit videri; si memineris eorum quae legimus 2, 11, 4. et 10, 3, 15. 21. ubi gestus ipse inservire inventioni cogitur. Sed nisi *gestus* est qui fingitur cogitatione, non video, quomodo dici possit *casura est manus,* futuro tempore. Id tamen sedulo cavendum, quod Gesnerus quidem attendisse non videtur, ne *componere* de alia re dictum putemus quam de *numeris oratoriis.* Qui *componere,* nullo adjecto accusativo, usurpet in genere pro *lucubrando, scribendo,* is in manifestum Gallicismum incidat.

Digitized by Google

via quaedam membra, ad quae, si necesse sit, recipere spiritum liceat, ad haec gestum disponere: ut puta, *Novum crimen, C. Caesar*, habet per se finem quendam suum, quia sequitur conjunctio: deinde, *Et ante hanc diem non auditum*, satis circumscriptum est. Ad haec accommodanda manus est, idque dum
1023erit prima et composita actio. At ubi eam ca-111
lor concitaverit, etiam gestus cum ipsa orationis celeritate crebescet. Aliis locis citata, aliis pressa conveniet pronunciatio. Illa transcurrimus, congerimus, abundamus, festina-

ad Georg. 1, 276. *accommodanda.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *commodanda.* Mox *et* pro *est* Turic. Flor. Camp. *dum erupit erit prima* Jens. Tarv. *d. erumpit e. p.* Locat. cum posterr. edd. ante Basil. qui *d. irrumpit e. p.* Sed *d. eruperit p.* Gryph. cum plurimis apud Burm.

111. *ubi eam calor.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. (nisi quod e duobus hisce affertur *color*) Guelf. cum Bern. ut videtur. Omittit Camp. *eam.* Reliqui *u. jam c. eam.* Postremum omittere narratur Alm. Mox *concitavit, gestus* Turic. Camp. nobiscum. Reliqui *concitaverit etiam g.* Omittit *etiam* Flor. quoque. Dein *celeritatis ecrebrescet et aliis* Turic. Flor. *et* inserunt Camp. quoque et Alm. [De scriptura *crebescet* vid. Add.] *convenit* Camp. *cā gerimus* Flor. *abundamus* v. Not. Exeg. *festinavimus* Turic. Flor. *hac stamus* Turic. Flor. cum Alm. *ac instamus* Guelf. cum Voss. 1. 3. Jens. Tarv. Basil. cf. 11, 2, 41. *affingimus* Camp. *infingimus* Jens. Tarv. *inficimus* Voss. 1. *infringimus* marg. Basil. *citatio rasopus* Flor. *citatiores opus* Ambr. 2. Mox omnia haec *fuit quod — matronarum gravior* omittunt Voss. 1. 3. *comoedias in tragoedias* Turic. Flor.

110. *ut puta.* Rarior usus exempli inducendi, quem tamen aliquot hujus et sequioris aevi scriptorum locis comprobatum apud Lexicographos videbis.

idque dum erit. cf. 11, 1, 76.

111. *abundamus.* „Deest

Digitized by Google

mus: hac inſtamus, inculcamus, infigimus. Plus autem affectus habent lentiora: ideoque Roſcius citatior, Aeſopus gravior fuit, quod
112 ille comoediás, hic tragoedias egit. Eadem motus quoque obſervatio eſt. Itaque in fabulis, juvenum, ſenum, militum, matronarum gravior ingreſſus eſt: ſervi, ancillae, paraſiti, piſcatores citatius moventur. Tolli autem manum artifices ſupra oculos, demitti infra

112. *motus quoque*. Goth. *motusque*. Mox *obſervationes*. *Itaque* Guelf. Exc. Santen. *ancillulae* Ambr. 2. quod neſcio ubi inventum recte improbat Badius. *ancillimae* Ruſc. (non Locat. ut Burm.) Modo *militum* omittit Guelf. (cf. 73.), *eſt* autem ante *ſervi* Camp. Pro *piſcatores* Badius malle ſe *venatores*, nihil tamen mutare ait. *citatus moventur* Flor. (ut ſupra Voſſ. 1. 3. *citator Aeſopus*). *intra pectus* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. (qui tres poſtremi *dimitti*) Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. (ex quo et *demittere*) Bern. et edd. ante Bad. *eum petere* Turic. Flor. (qui et *a* ante *eap.* omittunt) Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. exc. Camp. cujus nullam a Geſneri discrepantem ſcripturam notavi.

„hoc verbum Cod. Colb. ed. „Par. Steph. Vaſcos." (anni 1542. omnes) „Gryph." (1536.) „Colin." (1541.) „Vidov." (1538.) „et certe gloſſatoris „videtur, qui *congerimus* ex„plicabat: tria enim ſequen„tia verba totidem prioribus, „non quatuor, recte reſpon„dent, et opponuntur, ut recte „Badius animadvertit." Burmannus. Hanc ego κρίσιν veriſſimam cenſeo (cf. not. crit. ad 76.). Badius autem ubi hoc dicat, non invenio (cf. 104.). Meorum quidem librorum nullus praeter ed. Gryph. (1544.) omittit vocem.

Roſcius — Aeſopus. Cf. inter alia Cic. de Or. 3, 26. ubi *ille alter* eſt Aeſopus, quem, ut et alias Roſcium, virum optimum idem Cicero oſtendit Pro Sextio c. 56. 58.

112. *ſervi — citatius moventur*. „Hinc ille in Heauton„timorumeni prologo v. 37. „*ſervos currens* non minus di„ſerte ſignatus quam *iratus* „*ſenex*, *edax paraſitus*, *ſyco„phanta impudens*, *avarus* „*leno*." Geſnerus.

Digitized by Google

pectus vetant: adeo a capite eam petere, aut ad imum ventrem deducere, vitiosum habetur. In sinistrum intra humerum promove- 113
tur; ultra non decet. Sed cum aversantes in laevam partem velut propellemus manum, sinister humerus proferendus, ut cum capite ad dextram ferente consentiat. Manus sinistra 114
nunquam sola gestum recte facit: dextrae se

113. *In sinistrum.* Sic Turic. Flor. cum Alm. (quanquam hic U an A det in nomine, diserte non doceor) *in sinistram* Bodl. (err. Burm.). *sinistrum* absque praepositione Camp. *ad sinistram* Ambr. 2. Guelf. cum Colb. Stoer. et edd. posterr. ante Gesn. *ad sinistrum* Ald. Reliqui *At sinistram.* (cf. 109. 114.)

promovetur. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Alm. (quanquam per compendium) Stoer. et edd. posterr. ante Gesn. *provehatur* Camp. cum Bodl. *promoveatur* Ald. Reliqui *promovere.* Mox *adversantes* Turic. Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Tarv. (cf. 4, 1, 10. et mox). *eum* pro *cum* Locat. Ven. Rusc. *sini iterum humerus* Turic. (quanquam hic et *umerus*) Flor. *sim iter humerus* Alm. *sinister iterum h.* Camp. Equidem nihil hic praeter vulgatum latere arbitror. *dexteram* Guelf. Camp.

114. *gestum recte.* Transponunt *r. g.* Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. posterr. ante Stoer. *adversis* Turic. Guelf. Camp. cum Alm. (non Flor. cf. 102.) Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Bad. Modo *degerimus* Flor. *in sinistram* Camp. quod probat Badius nescio ubi oblatum. *utrumque* Jens. cum

adeo a capite eam petere — vitiosum. Cum constans sit veterum scriptura, qua *eum*, masculino genere, vindicatur, eandem adoptandam quidem non duco, sed quod suadet Dan. (vid. ad 6, 2, 11.) *eum gestum repetere* eatenus sequor, ut reponi cupiam *a capite gestum repetere*, quocum conspirat §. 118. Neque enim credo, *eum* ita ἀπὸ κοινοῦ potuisse dici, ut intelligeretur *gestus;* quanquam tale quid est §. 96. *Petere* an ipsum quoque recte dicatur, in neutram partem affirmem. Nostrae rationi commodissime applicantur sequentia.

Digitized by Google

frequenter accommodat, ſive in digitos argumenta digerimus, ſive averſis in ſiniſtrum palmis abominamur, ſive objicimus adverſas, ſive in latus utramque distendimus, ſive
115 ſatisfacientes, aut ſupplicantes. Diverſi autem ſunt hi geſtus, ſive ſummittimus, ſive adorantes attollimus, ſive aliqua demonſtratione aut invocatione protendimus, *Vos Albani tumuli atque luci.* Aut Gracchanum illud, *Quo me miſer conferam? in Capito-*

edd. poſterr. ante Stoer. exc. Ald. et aliquot Burmanno citatis, quo male rediit Obr. *ſive ſupplicantes* Camp.

115. *geſtus, ſive ſummittimus.* Omittunt *ſive* Turic. Flor. Ambr. 2. (qui et modo *hic*) Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Baſil. Ineſt in hisce multa ſcabrities, quam ego ſic emendo, meam rationem peritis facile perſuaſurus: *distendimus. Diverſi a. ſ. h. g. ſive ſatisfaçientes aut ſupplicantes ſummittimus, ſive* cet. Nec opus erat Pithoeano illo, ſeu Danielis, invento, ut poſt *ſupplic.* inſereretur *jungimus.* Sed mox qui erant dativi *demonſtrationi, invocationi,* neceſſario erant mutandi ablativis, ut haberet quo referretur *aliqua;* quod neminem attendiſſe valde miror. Nihil ſane adjuvabant Voſſ. 1. 3. *demonſtrationis aut invocationis* dantes.

conferam? in Capitolium, ad fratris ſanguinem? an. Sic Turic. (niſi quod hic *fraris*) Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Alm. (ſemel enim ſic ponit Burm., deinde *ſanguinem redundat* ibi eſſe refert, falſo haud dubie) Goth. Voſſ. 1. 2. 3. (ſed et hic Voſſ. 1. 3. *quo me miſerant,* Voſſ. 1. *quo me vertam* dare narrat Burm., turbans profecto aliqua) Vall. Jenſ. Tarv. *conf. i. C. at fr. ſanguinem madet an* Camp. Reliqui *c. quo*

114. 115. *distendimus — ſummittimus.* vide nott. critt.

115. *Vos Albani tumuli.* Cic. pro Milone c. 31.

Gracchanum illud. Idem refert Cicero de Or. 3, 56. quanquam paulo aliter et uberius, ſive conſulto contraxit Qu. (ſicut fecit 9, 3, 36.), ſive memoria lapſus eſt. Complurium ſcriptorum ſimilem dubitationis colorem demonſtrat Vulpius ad Catull. 63, 177. p. 291. nec noſtri immemor.

Digitized by Google

lium, *ad fratris ſanguinem? an domum?* Plus enim affectus in his junctae exhibent manus; in rebus parvis, triſtibus, mitibus breves; magnis, laetis, atrocibus exertiores. Vitia quoque earum ſubjicienda ſunt, quae quidem accidere etiam exercitatis actoribus ſolent. Nam geſtum poculum poſcentis, aut verbera minantis, aut numerum quingentorum flexo

vertam in Capitoliumne? at fr. ſanguine redundat. an e Cicerone, jubente Regio; Badio recte dubitante. *domum? Plus.* Sic ſupra poſiti cum Camp. et edd. ante Baſil. Reliqui inſerunt *matremne ut miſeram lamentantemque videam et abjectam* itidem e loco Cic.

116. *triſtibus, mitibus.* Turic. Flor. Camp. cum edd. ante Bad. transponunt, quod ſequentibus non congruit. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. pro *mitibus* dant *militibus*, quod corrigit Regius. Sed Camp. voci *mitibus* praeterea anteponit *brevibus*. Mox *brevibus* pro *breves* Turic. Flor. Guelf. cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Bad. *exertiores* dedimus e conjectura (cf. 76. et 118. ubi Locat. *exercito*). *exercitiores* Turic. Flor. Camp. (hic quidem — *ciores*) cum Alm. *exteriores* Ambr. 2. Guelf. cum Goth. (err. Geſn.) marg. Baſil. Reliqui *extenſiores*. Quod continuo reliqui ſubjiciunt *ſunt*, abeſt a Turic. Flor. Camp. *ſubicient ſunt* Turic. Flor.

116. *junctae — manus.* Cave complicatas ſeque invicem apprehendentes intelligas, quod geſtibus adhuc demonſtratis nequaquam conveniat. Sunt ſimul geſtum facientes dextra et ſiniſtra, qua de re a §. 114. inde praecepit.

117. *numerum — efficientis.* Hic quidem geſtus plane igitur improbandus; neque enim alias numeros exprimentem actionem ab arte alienam judicat noſter. cf. §. 86. et 94. Quo in genere quid ſcitum ineptumve fuerit, a nobis definiri vix poterit. „Hunc (numerum) ita „deſcribit Ven. Beda, *Quum „dicis quinquaginta, pollicem „exteriori artu inſtar Graecae „literae Γ curvatum ad pal„mam inclinabis: quingenta „vero in dextra, quemadmo„dum quinquaginta in laeva „facies.* Convenit Nic. Smyr„naeus, ut compoſitum utrum„que edidit in Spicilegio

Digitized by Google

pollice efficientis, quae sunt a quibusdam scriptoribus notata, ne in rusticis quidem
118 vidi. At ut brachio exerto introspiciatur latus, ut manum alius ultra sinum proferre non audeat, alius, in quantum patet longitudo, protendat, aut ad tectum erigat, aut repetito ultra laevum humerum gestu ita in tergum flagellet, ut consistere post eum parum tutum sit, aut sinistrum ducat orbem, aut temere sparsa manu in proximos offendat, aut

117. *vidi.* Pro hoc *dixi* Jens. Tarv. quod corrigit Regius. Numerum hic quidem in Vall. primitus nota signatum fuisse testatur Badius, mox *quingenarium* scriptum, tandem corrigendo ad vulgatae rationem redactum; se *quingentos* malle. In vetustioribus libris nihil discrepat scriptura.

118. *At ut brachio.* Turic. Flor. *aut vibratio* cum Bodl. *aut in b.* Guelf. *aut ut b.* Ambr. 2. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Basil. err. Burm. qui Ioann. Voss. 1. 3. ut recte nostrae scripturae testes exhibeat, vereor. *aut ad tectum.* Turic. Flor. *aut fectus* cum Alm. *interdum* (pro *in tergum*) Turic. Camp. cum Alm. *consisteret* Flor. *an sinistrum* Turic. Flor. *totum* Ambr. 2. Guelf. *timere* Ambr. 2. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. cum Bern. *proximoque defendat* Turic. Flor. *saepe scio saepe venire* Turic. Flor. *s. sc. venire* Jens. cum edd. posterr. (non Camp.) ante Ald.

„Euang. Pe. Possinus, et cum „hoc Fabricius p. 166. sq.“ Gesnerus. Cf. Fabr. B. G. Vol. 7. pag. 770. not. Harl. Vol. 8. pag. 674.

118. *introspiciatu latus.* Hoc etiam Quintiliani aevo, ubi sane nulli sine tunica amictus, potuisse fieri recte docet Gesnerus, quia manicae tunicarum ad cubitum modo pertinuerint, quae „si laxio„res essent retro actae vel re„plicatae, nudam partem sub„axillarem ostenderent.“

sinistrum ducat orbem. Est hoc illud vitium, quod tetigit supra §. 109, ut in sinistrum gestus desinat; finis enim est in *orbe* (§. 105.).

in proximos offendat. Hujus structurae unum adhuc exemplum reperi indicante

Digitized by Google

cubitum utrumque in diverſum latus ventilet, ſaepe ſcio evenire. Solet eſſe et pigra, et 119
trepida, et ſecanti ſimilis: etiam uncis digitis, aut capite dejiciatur, aut eadem manu ſupinata in ſuperiora jactetur. Fit et ille ha-

119. *ſecanti.* Turic. Flor. *ſecum* cum Alm. Omiſſo mox, quod reliqui habent, *interim*, Turic. Flor. *ſimilis etiam* cum Alm. Mox transponens Goth. (tac. Geſn.) *uncis etiam.* Turic. *dicitis.* Dein Turic. Flor. Guelf. Camp., ut nos, *aut capite.* Reliqui inſerunt *a.* Item *manu ſupinata* nobiscum Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Alm. Reliqui *manus ſ.* Ambr. 2. Guelf. omittunt *habitus.* — *ſolet* cum Voſſ. 1. 3. *qui ipſe in ſtatuis* Camp. *pretenſo* Goth. Jenſ. (tac. Geſn. hic tamen, ut ſequentes, per *ae*) cum edd. ante Stoer. exc.

Forcellino Solin. c. 40. *in ea* (cornua) *offenderit.* Sed eſt et apud noſtrum 6, 3, 67. *ad fornicem offendere.*

119. *Solet eſſe et pigra — jactetur.* Hic nemo videtur quaeſiſſe, quod eſſet ſubjectum. Nempe omnes *manum* agnoverunt, quod fatetur Gedoynus, et ſane, quoniam *uncis* aliquid *digitis* fieri narratur, vix licet ab hoc ſubjecto recedere. Sententia tamen ipſa idem valde alienum eſt. Praeterea apparet nequaquam ſanum eſſe locum; nec ſalva res eſt, ſi cum Gallaeo et Geſnero „*ut* capite dejiciatur" ſcripſeris. *manu* quidem *ſupinata* libris auctoribus reſtituimus, cum editorum *manus*, nominativus, ferri plane nequeat. Ipſe igitur ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſſe cenſeo ſubjectum, quod ſit *actio.* Sic *eadem*, pronomen eo relatum, nominativum accipiemus. Conjunctivos *dejiciatur*, *jactetur* cum iis, quos dixi, VV. DD. ab *ut* repeto, quod ante *uncis* inſerendum reor. Quid tamen ad actionem *capite dejiciendam* proprie faciant *digiti unci*, non ſatis dixerim [vid. Addenda.]. Ad *ſecanti ſimilis* elegans eſt Geſneri annotatio: „Πρίονι, ſerra utenti. „Lepido Hippocrates ſ. qui „auctor eſt operis de Diaeta „2, 9. Ὥσπερ οἱ τέκτονες τὸ „ξύλον πρίουσι, καὶ ὁ μὲν ἕλ„κει, ὁ δὲ ὠθέει, τὸ αὐτὸ ποι„οῦντες." Vocem quae praecedit *ſupinata* Gallaeus, more vel potius morbo ſuo, expungit.

Fit et ille — extendit. „Hunc „habitum ſive geſtum adeo „frequentem in ſtatuis nec „ipſe cognovi nec a ſcriptori-

Digitized by Google

bitus, qui esse in statuis pacificator solet, qui, inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenso, manum infesto pollice extendit: qui quidem maxime placet iis, qui

Camp. Ald. *inferte* Ambr. 2. omittit Turic. *potens o manum infeste pollici* Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Voss. 3. *protendit* Turic. Flor. Camp. cum Alm. *placentis qui* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Voss. 3.

„bus tangi memini." Haec cum a Spaldingio hic adnotata reperissem, artium antiquarum peritos adii. Sed ne hi quidem talia in statuis videre se meminerant. Monebant tamen iidem de communi illa antiquorum signorum, maxime in manibus, labe, quae multa hujus generis nobis invidit. Sunt autem in scriptura etiam quaedam observatu digna. *Infestum pollicem* aliquoties legimus, neque dubitari potest, quin ex re gladiatoria translata sit locutio. Vid. poetam anonymum in Anthолog. Burm. lib. 3. carm. 82. v. 28. *Sperat et in saeva victus gladiator arena, Sit licet* infesto pollice *turba minax.* Hinc pollex ita conformatus, etiam ubi miti negotio inserviret, hoc tamen epitheton retinuit. Spectat autem huc maxime locus Appuleji Metam. 2. p. 124. Elm. 142. Oudend. „— suberectus „in torum porrigit dexteram „et *ad instar oratorum* confor„mat articulum, duobusque „infimis conclusis digitis ceteros eminentes porrigens et „*infesto pollice* clementer „lubridens infit." Cui loco recte admovetur ille Fulgentii Planciadis de Contin. Virg. p. 143. Munck. 742. Stav. „Itaque compositus in dicendi „modum, erectis in iota duo„bus digitis tertium *pollicem* „*comprimens*, ita verbis exor„sus est." Quem locum duriuscule tractavit Gesnerus (in Lex. v. *Pollex*). Nam *comprimere* ex vi ipsa vocis nihil aliud est, quam ita contrahere digitum, ut articulorum tubera promineant. Unde clarissime jam apparet, quid fuerit *pollex infestus.* Qui cum in lenissima oratorum actione ostendi solitus fuerit, multo minus mirum, eundem fuisse in habitu pacificatoris h. e. componentis sua gravitate turbas populares viri alicujus vel principis vel ducis, qui terrere etiam malos debebat. Et hoc igitur aliunde nobis ignotum discimus ex hac ipsa Quintiliani relatione; qui eundem in oratoribus habitum ut nimis arrogantem im-

Digitized by Google

se dicere *sublata manu* jactant. Adjicias licet eos, qui sententias vibrantes digitis jaculantur, aut manu sublata denunciant, aut, quod per se interim recipiendum est, quoties ali-

120. *Adjicias.* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. (hic quidem *ce*) *adiciat* cum Alm. (quanquam hic duplici I) et edd. ante Ald. exc. Camp. *qui Adjiciant.* Mox *vibrantis* Turic. Flor. cum Alm. Reliqui *vibratis.* Sed *dicit* Turic. *dic̄* Flor. pro *digitis.* Deinde *ut manu* Turic. Flor. Guelf. *sublatu* Turic. *denuncianti* Turic. Flor. cum Alm. *unguis* Flor. Ambr. 2. *quations* Guelf. *ungulis* Camp. *erigantur* Turic. Flor. Camp.

probasse videtur. — Audacior autem utique quam pro nostri more locutio *habitus pacificator:* nam illa de animalibus, *bos arator, equus bellator*; quae vel ipsa in prosa oratione rara sunt (vid. Broukh. ad Tib. 2, 11, 46.), non ejusdem plane sunt generis. Tamen appositum illud in genitivum aliquem deflectere conari, audacius etiam esset in nostra criticorum quam illud in oratoris persona. — Denique pronomen relativum ter hic positum in uno sensu minus se in nostro, qui ei vitio nos assuefecerit, gravari, Spaldingius ait. Nam haec omnia ab illo ad h. l. praeparata erant: executus sum ego: quod ideo monendum erat, ne, si quid in his commissum fuerit, illi imputetur. Buttm.

sublata manu. cf. 2, 12, 9.

120. *sententias vibrantes.* cf. 10, 1, 60. Addit Burmannus Petron. c. 118. suaque ad Petron. c. 47. annotata. In *jaculando* remittit nos Burm. ad 6, 3, 43. 9, 2, 79.

denunciant. Cave accusativo, qui praecedit, jungas hoc verbum; quae nihili esset locutio. Tam consueta et propria est hujus verbi cum nominibus mala, pericula, ira et similia significantibus conjunctio, ut per se solum *minandi, mala denunciandi* vim acceperit. Vid. Schulting. et Burmann. ad Quint. Decl. 8, 9. Sic Cicero in Epist. ad Att. lib. 2. postquam ep. 20. dixerat: *Clodius adhuc mihi denunciat periculum,* ep. 22. de eodem: *volitat, furit, nihil habet certi, multis denunciat.*

per se. Etsi ingenii quadam specie blanditur Gallaei conjectura, reponentis *parca* pro hisce, nequaquam tamen mutatione locus indiget. Modo ne fiat hic gestus cum ridicula sui venditatione, *per se* interdum recte adhibebitur. Ita *per se* structum aliquoties vi-

Digitized by Google

quid ipſis placuit, in ungues eriguntur: ſed vitioſum id faciunt, aut digito, quantum plurimum poſſunt, erecto, aut etiam duobus, aut utraque manu ad modum aliquid portan-
121 tium compoſita. His accedunt vitia non naturae, ſed trepidationis, cum ore concurrente rixari; ſi memoria fefellerit, aut cogitatio non ſuffragetur, quaſi faucibus aliquid obſtiterit inſonare; in adverſum tergere nares; obambulare ſermone imperfecto; reſiſtere ſubito.

cum Alm. *quantum plurimum.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Reliqui *quanto pl.* Mox *recte* Turic. Flor. cum Alm. item *autem duobus* Turic. *portandum* Camp.

121. *accedunt.* Turic. Flor. Camp. *accidunt.* Mox *natura* Turic. Flor. Camp. *trepidatione* Camp. *cum more* Turic. Flor. Ambr. 2. Camp. *incurrente* Camp. *ſed memoria* Goth. (tac. Geſn.). *cognatio* Flor. *non adverſum* Guelf. *quoniam omnia* Ambr. 2. Guelf. *cuiquae* Ambr. 2.

dimus, ut Prooem. tot. op. extr. 5, 8, 5. 7, 4, 7. 9. 13. 9, 4, 137. Geſtum eundem demonſtrat 2, 3, 8.

121. *cum ore — rixari.* cf. §. 56. Sunt hi conatus, ſed irriti, vincendi *infantem*, quem Horatius appellat (Sat. 1, 6, 57.), *pudorem.* Cave autem ſenſum a vocula *ſi* ordientem cum hoc conjungas; pertinet ad *inſonare*, quod tenuit Gedoynus, reliqui non videntur attendiſſe; Capper. manifeſto turbavit.

in adverſum — nares. Hoc quid eſſet, nemo quaeſivit, ſcilicet ſatis per ſe manifeſtum; equidem interpretationem requiro, et interim nihil aliud ſignificari ſuſpicor, quam quod vidimus §. 80. *nares — plana manu reſupinare.* Quod enim Gedoynus muci tollendi modum parum decentem intelligit, hinc alienum videtur; et eſt ejus rei verbum proprium *emungere.* In *averſum* tergeri videntur nares, cum demulcentur manu intra vergente et deſcendente; in *adverſum*, cum eadem et ſurgit et extra tendit. Neque huic interpretationi officere credo, quod aliquo recidere deprehenditur noſter, quod jam tetigerat.

reſiſtere. cf. 11, 2, 46.

Digitized by Google

et laudem ſilentio poſcere: quae omnia perſequi prope infinitum eſt. Sua enim cuique ſunt vitia. Pectus ac venter ne projiciantur,[122] obſervandum: pandant enim poſteriora; et eſt odioſa omnis ſupinitas. Latera cum geſtu conſentiant. Facit enim aliquid et totius corporis motus: adeo ut Cicero plus illo agi quam manibus ipſis putet. Ita enim dicit in Oratore, *Nullae argutiae digitorum, non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto ſe ipſe moderans, et virili laterum flexione.* Femur ferire, quod Athenis primus feciſſe[123] creditur Cleon, et uſitatum eſt, et indignan-

122. *venter.* Ambr. 2. *veter.* Flor. *pronunciantur* cum Alm. *projiciatur* Guelf. *pronuncient* Camp. Mox *pandent* Voſſ. 1. *otioſa* Turic. Flor. *vicioſa* Camp. *ſuppinata* Turic. Flor. cum Alm. (niſi quod hic ſimplici P), *ſupinatas* Ambr. 2. *ſuſpinatas* Voſſ. 3. *in numerum* Camp. *articulis* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv.

123. *Cleon, et uſitatum eſt.* Turic. Flor. *de oneſtu ſitatum eſt* (niſi quod Flor. *ſi tatu*). *Deon u. e.* Voſſ. 1. (qui et modo *ferre*) 3. Modo *creditur* omittit Goth. ſolus, ut opinor. Guelf. poſt *uſit. eſt* inſerit *per alios*, mire. *indignatos* Guelf. cum Goth. Stoer. Chouet. Leid. *indignatus* Voſſ. 1. *et* poſt *decet* omittunt Turic. Flor. Camp. *déſiderat et frons* Turic. Flor. Camp. Suſpicor fuiſſe *d. et Non f.* Mox *femur. Quanquam* nobiscum Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Goth. Jenſ. et edd. ante Gryph. Reliqui inſerunt *pedum* (*quod minimum eſt*)

laudem — poſcere. cf. 4, 2, 37. adde 8, 5, 14.

122. *ſupinitas.* cf. §. 69. item 82. indicante Geſnero. Modo *pandant* cave intransitivum credas verbum cum Geſnero in Theſauro, ſed retractante ſtatim ipſo ſuum errorem; minus tamen a *pandendo* repetes, quod accidit ei cujus ope uſus eſt vir eruditiſſimus in indice Quintilianeo.

in Oratore. c. 18.

123. *Cleon.* De hoc cf. nos ad 1, 10, 18. Hic quoque

Digitized by Google

tes decet, et excitat auditorem. Idque in Calidio Cicero desiderat, *Non frons*, inquit, *percussa*, *non femur*. Quanquam, si licet, de fronte dissentio. Nam etiam complodere manus scenicum est, et pectus caedere. Illud quoque raro decebit, cava manu summis digitis pectus appetere, si quando nosmet ipsos alloquimur, cohortantes, objurgantes, miserantes: quod si quando fiet, togam quoque inde removeri non dedecebit. In pedibus

nulla suppulsio ex Cicerone, ubi tamen *pedis*. *Nam etiam*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn. sed prior *Non* quoque pro *Nam*) cum Alm. Voss. 2. et edd. ante Gryph. Reliqui *N. et*. Mox *et* ante *pectus* omittunt Ambr. 2. Guelf.; omnia autem interjecta inter *manus* et *manu* cum posteriore ipso desiderant Turic. Flor. Camp. cum Alm

124. *raro*. Jens. *rara*, correctum Regio, sed solus.

alloquimur. Sic Turic. Flor. (quanquam hi *adl.* et posterior etiam *cohartantes*) Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Bad. *alloquamur* Basil. Reliqui *alloquemur*. Mox *fiat* Jens. cum edd. posteriorr. ante Bad. *dedecebit*. Sic Ambr. 2. *decedebit* Turic. Flor. cum Alm. in quo nostrum agnovit Burm. cf. §. 76. 80. Reliqui *decebit*. Modo *removere* Goth. (tac. Gesn.) cum Bad. Basil. Gryph. *observatur* Guelf. Camp. cum Obr. *dextero* Guelf. cum Bad. Basil. *eadem* Turic. Flor. Ambr. 2. quorum postremus *deform est*. An primitus afuit *est*?

traditur malim prae *creditur*: cf. 10, 2, 20. De *femine foriendo* cf. 2, 12, 10.

in Calidio. cf. 10, 1, 23. Locus Cic. est in Bruto c. 80.

desiderat, Non frons. cf. not. crit.

Nam etiam complodere. „Quod ipsum levius tamen „est et temperatius quam frontem percutere."

124. *non dedecebit*. Cum operae pretium erit tantum affectum prae se ferre, quantus est in illo gestu, ne toga quidem debebit intervenire manui et pectori. Si improbare voluisset hanc togae remotionem (v. Not. Crit.), *tamen* erat inserturus alicubi in hac sententia.

Digitized by Google

obſervantur ſtatus et inceſſus. Prolato dextro ſtare, et eandem manum ac pedem proferre, deforme eſt. In dextrum incumbere interim 125
datur, ſed aequo pectore: qui tamen comicus magis, quam oratorius geſtus eſt. Male etiam in ſiniſtrum pedem inſiſtentium dexter aut attollitur, aut ſummis digitis ſuſpenditur. Varicare ſupra modum, et in ſtando deforme eſt, et, accedente motu, prope obſcenum. Procurſio opportuna brevis, moderata, rara. 126

125. *incumbere.* Jenſ. *procumbere* cum edd. poſteriorr. ante Ald. *recumbere* Obr. male. *ſed eo quo pectore* Flor. Omnia verba a *pedem* (§. 124.) ad alterum *pedem*, comprehenſo hoc, omittit Guelf. *dextera aut tollitur* Turic. Flor. *dextera ut tollitur* Ambr. 2. *dextra tollitur* Camp. *dexter aut tollitur* Guelf. cum Alm. et edd. ante Bad. *dextere a. a.* Voſſ. 2. *dextre a. a.* Goth. *dextra a. a.* Voſſ. 1. *in tanto* Turic. Flor. cum Alm. *inſtando* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Ald. *eſt acc. muto* Turic. Flor.

126. *Procurſio.* Camp. *percuſſio.* cf. 9, 1, 27. *convéni etiam et moderatio* Turic. Flor. *convenientia et a.* Ambr. 2. Guelf. *convenit e. et a.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum edd. ante Stoer. exc. Ald. qui *convenit et a.*, et Par. Vaſc. Steph. qui *convenit etiam a.* Noſtrum ipſum Stoer. Chouet. Reliqui *conveniens etiam a.* ſed Obr. interpungens colo poſt *conv.*, male. *Uſura* Voſſ. 1. 3. *ſuro* Bern. *manilio* Turic. Flor. Camp. cum edd. ante Burm. *Manlio* Ambr. 2. Guelf. Burm. et poſterr. *manilia* Goth. (tac. Geſn.). Noſtrum e Voſſ.

125. *aequo pectore.* „Non „propendente, corpusque in „dextrum pedem pronum ſe„quente.“

obſcenum. Cavet Geſnerus, ne quis pudenda hoc modo aſpici credat, tecta illa aut tunicis aut certe campeſtribus; ſed in ipſo motu et geſtu eſſet quod pudicos dedeceat. In *varicando* Burmannus ablegat ad Heinſ. in Ovid. Art. 3, 303, memorem loci noſtri.

126. *Procurſio — rara.* Appoſitorum primum, *opportuna*, attributum facit (cf. mox §. 128.), reliqua ad ſubjectum pertinent. Qui hoc non agno-

Digitized by Google

Conveniet etiam ambulatio quaedam, propter immodicas laudationum moras: quanquam Cicero *rarum inceſſum*, neque ita longum probat. Discurſare vero, et, quod Domitius Afer de Sura Mallio dixit, *ſatagere*, ineptiſſimum: urbaneque Flavus Virginius inter-

1. 3. et conſtantiae cauſa. cf. Drakenb. ad Liv. 34, 53, 2. Epit. 67. de permutatione nominum. Ad 6, 3, 54. Flor. Ambr. 1. *Manlium*, nihil enim notatur. *flavos* Turic. Flor. Ambr. 2. (cf. 7, 4, 40. ubi Flor. quoque *flavom*, Ambr. 1. non notatur). *Flavius* edd. a Badio inde, qui hoc e Vall. conſpirantibus in vitium Guelf. Goth. Noſtrum edd. ante Bad. (err. Burm.). Illud levius, quod *verginius* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. *antiſophiſte* nobiscum Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Burm. Reliqui *antiſophiſta*. cf. 3, 4, 10. vide et Cic. Acad. 2, 23. nominativum *ſophiſtes*, et ad Att. 7, 3. p. 103. a. Graeciſmum in accuſativo *Piraeea* uſurpantem; item noſtrum 4, 1, 77. Mox *quod* Turic. Flor. Ambr. 2.

verunt, ſententiam parum abſolvi crediderunt; totamque turbarunt, cum vix dicturi ſint, qualis intelligatur procurſio *opportuna*.

laudationum moras. cf. §. 121. item Lucian. rhet. praec. c. 21. p. 22. Vol. 3. Rtz. ibique Geſneri not. Totus ille Luciani libellus habet multam eorum agendi vitiorum infectationem, quae noſter quoque reprehendit, velut cantandi inſaniam (ſupra §. 57. ſeqq.) c. 19.; motum obſcenum (§. 125.) eodem c. (βάδιζε μεταφέρων τὴν πυγήν); utrumque c. 15. (μέλος ἀναίσχυντον καὶ βάδισμα); nec pigebit conferre integrum. *Rarus inceſſus* ſuadetur a Cic. loco modo cit. Orat. c. 18. De *ambulatione* agentem Hotomanum demonſtrat Capper. ad Cic. pro Roſc. Amer. c. 8. p. Graev. 155. Craſſi nulla erat *inambulatio* Cic. Brut. 43.

de Sura Mallio. cf. 6, 3, 54. Humili loco natum ſuſpicor hominem, ſi vera, ut videtur, quam Manliorum et Malliorum diverſitatem probant Manutius ad Cic. pro Plancio c. 5. et Sigonius ad Faſtos a. 648. *Sura* certe Manliorum non comparet cognomen.

Flavus Virginius. cf. 8, 3, 33.

Digitized by Google

rogavit de quodam ſuo antiſophiſte, *quot mil-*
126 *lia paſſuum declamaſſet?* Praecipi et illud 127
ſcio, ne ambulantes avertamur a judicibus, ſed ſint obliqui pedes ad conſilium nobis reſpicientibus. Id fieri judiciis privatis non poteſt. Verum et breviora ſunt ſpatia, nec

127. *avertamur.* Flor. *avertamus.* Indicativum *ſunt* Ambr. 2. *concilium* Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Burm. acc. Bip. *adverſi* Guelf. *ſint — ſimus* Alm. ſolus MS. cum Locat. et poſterr. ante Leid. *tamen ne recedere* Turic. Flor. *etiam reſiliunt* Camp. Tarv. Ald. Suſpicor fuiſſe *enim r.* cf. 2, 13, 11.

de — ſuo antiſophiſte. cf. Erneſt. ad Sueton. Tiber. 11. Lucianus hac voce aliquoties utitur, ſed figurate, ita ut addatur genitivus vitium aliquod ſignificans, velut μαγγανείας Pſeudomant. 43., τρυφῆς Calumn. c. 16., ψευσμάτων Philopſ. c. 39. Proprie geminum uſurpat vocabulum ἀντίτεχνον Saltat. c. 84. Calumn. c. 2., idem et Gregorius Nazianzenus, cujus loca profert Creſollius in theatro rhet. 5, 14.

127. *ad conſilium.* cf. 4, 1, 21.

Id fieri — non poteſt. Quia unus tantum judex eſt in *privatis judiciis.* cf. 8, 3, 14. 5, 10, 115. Hisce enim locis, praeſertim ſi adjungas Plin. Epp. 6, 33, 9, plane apparet, non magis cum *privatus judex*, quam cum *privatum judicium* dicitur, omnem excludi *centumviralium* judiciorum mentionem. Tenendum, id quod monuimus ad l. 5, cauſam privatam agi poſſe et apud centumviros et in judicio privato, quod imprimis Ciceronis verbis Orat. 21. probatur memorantis *ſtillicidii* cauſam, quae tamen ipſa eſt inter centumvirales illas de Orat. 1, 38. Qui noſtro eſt *privatus* judex, is Juris ſcriptoribus dicitur *pedaneus*, (cf. et 11, 1, 44.). Centumviralia, quorum ſcena in baſilica Julia inſtruitur, judicia habent ſane talium praeceptorum obſervationem; ſed non iis ſolis proſpiciendum erat. Hoc *privatarum cauſarum* et *privati judicis* diſcrimen qui probe tenuerit, is Siccamae (de Judicio CVirali ed. Zepern. Hal. 1776. 8. p. 24.) ſententiam juſtis limitibus circumſcribet.

Digitized by Google

averſi diu ſumus. Interim tamen recedere ſenſim datur. Quidam et reſiliunt, quod eſt
128 plane ridiculum. Pedis ſupploſio, ut loco eſt opportuna, ut ait Cicero, *in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis:* ita crebra et inepti eſt hominis, et deſinit judicem in ſe convertere. Eſt et illa indecora in dextrum ac laevum latus vacillatio alternis pedibus inſiſtentium. Longiſſime fugienda mollis actio, qualem in Titio Cicero dicit fuiſſe, unde etiam ſaltationis quoddam genus *Titius* ſit appella-
129 tum. Reprehendenda et illa frequens et concitata in utramque partem nutatio, quam in Curione patre irriſit et Julius, quaerens,

128. *aut finiendis.* Turic. *ut f.* Mox *ut fin. ſit acrebra* Flor. *f. ſic et crebra* Camp. *ac levem* Turic. Flor. *a. laevom* Ambr. 2. (cf. modo 126.) *bagilatio* Turic. Flor. cum Alm. ſed hic duplici L. *qualem initio Cic.* Turic. Flor. *tutius ſit* Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. Ab Aldo inde ante Burm. edd. *Tityo — Tityus* praepoſtere (ut et 6, 3, 71.), nullus MS.

129. *Repr. et illa.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. *R. eſt i.* Camp. Reliqui *R. eſt et i.* Mox *mutatio* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *Curione praetore* Guelf. cum marg. Baſil. *Julius.* Sic Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 1. 2. 3. Vall. Baſil. (ſed hic *et C. J.*) Reliqui *Junius,* quod cum optimi dent Codd. eo devenio ſuſpicionis, ut Qu. ipſe aliquid turbaverit, librarii autem e Cicerone correctionem petierint. *et* ante hoc nomen omittit Camp. *inluſtre reloqueretur* Turic. (hic quidem diviſim *in l.*) Flor. *in lunt reloqueretur* Ambr. 2. *i. lintere l.* Guelf. *e l. l.* Goth. (aberrante nota Geſn. ad *declamaſſet* §. 126.) Camp. cum Voſſ. 2. Vall. Bad. et aliquot edd. apud Burm.: quod e Cicerone aſſum-

Quidam et reſiliunt. cf. not. crit.

128. *ut ait Cicero.* de Orat. 3, 59. *non crebra ſupploſio pedis* in Craſſo Cic. in Brut. c. 43. De ſaltatione cui nomen *Titius* c. 62. ibid.

129. *in Curione patre —*

Digitized by Google

quis in lintre loqueretur? et Sicinius: nam cum, assidente collega, qui erat propter valetudinem et deligatus et plurimis medicamentis delibutus, multum se Curio ex more jactasset, *Nunquam*, inquit, *Octavi, collegae tuo gratiam referes, qui nisi fuisset, hodie te istic muscae comedissent.* Jactantur et humeri: 130 quod vitium Demosthenes ita dicitur emendasse, ut, cum in angusto quodam pulpito stans diceret, hasta humero dependens immineret: ut, si calore dicendi vitare id excidisset, offen- 1028 satione illa commoneretur. Ambulantem loqui ita demum oportet, si in causis publicis,

tum; nec praestare ad sententiam videtur. *et Sicinius.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. (hic tamen *scimus*, Goth. *scinius* cum Voss. 3. an 2.?) Camp. cum Goth. et edd. ante Basil. Reliqui inserunt *C.* Mox *adsistentem* Turic. Flor. (hic post *st* inserit *l*). *medic. delibutus.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Alm. Voss. 1. 2. 3. Reliqui inserunt *propter dolorem artuum* e Cicerone; male. *pluribus delibatus m. propt. dol. art. multum* Goth. (tac. Gesn.) Camp. nisi quod hic *plurimis.* Mox *Numquid* Camp. *referres* Flor. *teistice* Flor. Ambr. 2. transponit Goth. (tac. Gesn.) *istic ts.*

130. *Jactantur et humeri.* Turic. *ac tantu et umeri.* Pro *vitare id* Burmannum tentantem *v. ictum* nequaquam probo. *oportet, si in — judices, quod.* Sic MSS. mei omnes ex

Julius — Sicinius. cf. Cic. Brut. c. 60. unde haec expressa, quemque consulendo intelliges, qua occasione affuerint in concione consules Cn. Octavius et C. Scribonius Curio. Nihil ego hic transponendi medela sanandum arbitror, qualem tentat; celeberrimus Schneiderus ad locum Ciceronis (p. Wezel. XXXVII. sq.), cum abactus ille muscarum tam apud Cic. quam apud nostrum fiat ipso corpore vacillantis Curionis, sitque etiam acrior jocus, si totus homo flabelli instar fuisse dicatur, non tantum gesticulantes ejus manus.

130. *Demosthenes — dicitur emendasse.* cf. §. 68.

Digitized by Google

in quibus multi sunt judices, quod dicimus, quasi singulis inculcare peculiariter velimus.

131 Illud vero non ferendum, quod quidam, re-

edd. ante Gryph. cum Alm. Voss. 3. Reliqui *si* ante *quod* demum inserunt: sed nullus MS. hoc dare putandus est. *vasis singularis inculcare peculiari* Turic. Flor.

131. *Illud vero non ferendum.* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. *I. non referendum* cum Jens. (err. Gesn.) et edd. posterr. ante Ald. *I. vero referendum* Camp. cum Goth. Voss. 2. Vall. *I. vero non referendum* Ald. *I. vero refellendum* Bad. Basil. cum aliquot Burm. *I. non ferendum* ex Alm. Voss. 1. 3. refert Burm. Videtur nostra esse e vera viri alicujus docti conjectura. *rejecta numerum toge* Turic. Flor. *dextera* Turic. *usque lumbos* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum Tarv. Ald. Ubi sine praepositione struatur *usque*, nisi cum loca, quo perveniendum sit, demonstrantur, non memini me animadvertere. *reduxerunt ut sinistra* Turic. Flor. Camp. cum Alm. Voss. 2. Goth. et edd. ante Gryph. exc. Ald. *gestu* Ambr. 2. cum Voss. 1. *spacientur et fabulentur* Camp. cum Bad. Basil. (non Locat. ut Burm.) *laevam exstringuere* Turic. *l. extinguere* Flor. *longus dextra* Flor. *moneo quoque ut id quidem* Turic. Flor. cum Alm. nisi quod hic sine *ut*. *moneor unde n. i. q.* Ambr. 2. cum Voss. 1. ut videtur. *moneo quoque u. ne i. q.* Camp. *moneor ne i. q.* Jens. cum edd. posterr. ante Ald. qui *moneor quoque u. n. i. q.* sed Tarv. *moneo.* Nihil extundo.

131. *Illud vero non ferendum — odiosum.* Hic primum quidem objicitur difficilis illa togae ratio, quam ut totam expediat, a nemine expectari posse existimo; quanquam aliquot VV. DD. nihil dubitationis reliquisse sibi visi sunt. Nostra tamen verba satis, opinor, assequimur. De industria hic togae mentio non fit, sed levitas illa atque irreverentia notatur spatiandi simulque fabulandi, quae scriptori legitimum modo inter ambulandum loquendi usum docenti succurrebat. Ei vitio nunc praeposita sinistrae manus nudatae et exertae gesticulatio accedit. Toga igitur, quae sinistra, minus actuosa illa et vibrante, sustineri debebat (cf. §. 141.), jam, quo liberior sit manus ipsa, in humerum sinistrum tota rejicitur (cf. §. 144.), dum reducendo ad lumbos sinu dextra occupata corpori ap-

Digitized by Google

jecta in humerum toga, cum dextra sinum usque ad lumbos reduxerunt, sinistra gestum facientes spatiantur et fabulantur: cum etiam laevam restringere prolata longius dextra sit odiosum. Unde moneor, ut ne id quidem transeam, ineptissime fieri, cum inter moras laudationum aut in aurem alicujus loquuntur, aut cum sodalibus jocantur, aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare videantur. Inclinari ad judicem, 132 cum doceas, utique si id, de quo loquaris, sit obscurius, licet. Incumbere advocato ad-

132. *si id.* Turic. Flor. *suis.* Mox *licet* nobiscum Turic. Flor. Camp. ut et Alm. *decet* reliqui. *diversis* Goth. (err.

plicatur nec quidquam gestus peragit; quod quam sit alienum et indecorum, eo imprimis apparet, quod ne ea quidem, quae et semper et maxime agendo inservit dextra (cf. §. 114.) sine ullo laevae ministerio probatur aut placet. *Sinus* quidem *reducitur* hic, non *deducitur*, velut a Caesare jamjam morituro (Sueton. c. 82.), dum a mediis genibus retractus, in latus congeritur atque allevatur, ubi astricta dextrae apprehensione continendus est. Hoc esse videtur quod in laeva *restringere* manum appellat noster, usu verbi sane non ita frequenti.

Unde moneor. Haec si esset manifesta librorum scriptura, satis facile intelligeretur; etsi paulo insolentior est oratio, quod ait se inde, quod modo reprehendebat, moneri, ut protinus alius quoque vitii notationem subjungat. Sed fortasse aliquid latet in iis quae hic turbant codices. vid. not. crit.

sportulam dictare. Servis suis librariis imperant praebendam effusis hisce laudatoribus sportulam. Remittit nos Gesnerus ad Plin. Epist. 2, 14, 4. „in media basilica — „tam palam sportulae quam „in triclinio dantur.“ Nota sportularum petendarum turpitudo, teste maxime Juvenale Sat. 1, 117 — 26.

132. *Incumbere advocato.* Structuram attende et cf. 9,

Digitized by Google

verſis ſubſelliis ſedenti, contumelioſum. Reclinari etiam ad ſuos, et manibus ſuſtineri, niſi plane juſta fatigatione, delicatum; ſicut
133 palam moneri, excidentis, aut legere. Namque in his omnibus et vis illa dicendi ſolvitur, et frigeſcit affectus, et judex parum ſibi praeſtari reverentiae credit. Transire in diverſa ſubſellia, parum verecundum est. Nam et Caſſius Severus urbane adverſus hoc facientem lineas popoſcit. Et ſi aliquando conci-

Geſn.) a prima manu. *in ſedente contumelioſum eſt recl.* Floril. Sant. *ſedenti jam cont.* Turic. cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Bad. Poſt *cont.* inſerunt *eſt* plerique, nec tamen Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. *relinctri* Turic. Flor. *relinari* Ambr. 2. *Inclinari* Camp. *fatigatione.* Sic marg. Baſil. Reliqui *fatigatio eſt*, niſi quod a Jenſ. inde ante Ald. omittunt *eſt* acc. Baſil. *deligatum niſi palam* Turic. Flor. *d. fuerit p.* Obr. *excedentis* Camp.

133. *et vis — ſolvitur.* Flor. *et illa tuas de ſolvetur.* Fateor displicere mihi receptam, cum *vis illa* parum accommodate dicatur, quippe de qua nihil neque hic fuerit disputatum neque ita vulgo jactetur, ut pronomen *illa* locum recte tueatur. Quid inſit Flor. ſcripturae, cui nihil ſimile in Turic. aut Alm., non exputo. *e. v. i. d. reſolvitur* Camp. cum Voſſ. 1. 3. et edd. ante Bad. *frigeſcit et adfectus* Ambr. 2. *reverentia* Turic. Flor. Ambr. 2. *C. et ſeverus* Turic. Flor.

facientem lineas. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. *facientem lineam* Guelf. *facientes lineas* Voſſ. 3. Reliqui *facientes lineam.* Mox *concitatetur nunquam* Turic. Flor. *concitare iter* Goth. (tac. Geſn.)

3, 2. pro qua vetuſtior eſt hic §. 90. 125. *adverſa ſubſellia* ſunt 6, 1, 39. item *adverſarii* 5, 7, 32, ſed et *diverſa* mox §. 133. De *excidente* vide 11, 2, 19.

133. *adverſus hoc facientem lineas popoſcit.* Quae hic dicuntur, *lineas* eſſe in amphitheatris, ferreas eas ſedilia dirimentes, ſatis perſuaſit Geſnerus et ad noſtrum locum et in Theſauro itemque ad Varr. R. R. 3, 5, 4. Ne igi-

Digitized by Google

tate itur, nunquam non frigide reditur. Multa 134
ex his, quae praecipimus, mutari neceſſe eſt
ab iis, qui dicunt apud tribunalia. Nam et
vultus erectior, ut eum, apud quem dicitur,
1029ſpectet; et geſtus, ut ad eundem tendens, ela-
tior ſit, neceſſe eſt; et alia, quae occurrere,
etiam me tacente, omnibus poſſunt. Idem-
que ab iis, qui ſedentes agent. Nam et fere

134. *Multa ex his.* Turic. *ex iis* (om. *Multa*) cum Alm. *et ex iis* Flor. *multum e. iis* Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 1. 2. 3. *Et multum e. his* Camp. e quo et Obr. *his* aſſumſimus. *praecepimus* Turic. Flor. Guelf. Obr. *mutare* Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 3. *dicunt animalia tribunalia* Flor. cum Alm. *ſpectat* Turic. Flor. Camp. (quorum hic modo „*et* eum"). Mox *ut* ante *ad* omittunt Guelf. Goth. *occurſe.* Flor. *occurrentes* Goth. (tac. Geſn.). Modo pro *quae* Jenſ. *quoque* eum edd. ante Bad. *agent.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. exc. Ald. Reliqui *agunt.* Vocem omittunt Ambr. 2. Guelf. nec male. *fit his in* Camp. *idem impetus* Flor. Ambr. 2. Guelf.

tur in aliena ſubſellia irrumperet is, qui ridebatur, patronus, in judiciis quoque lineas pangi juſſit Caſſius. Cui rationi cedent quae Salmaſius probat in Exercc. Plin. p. 647. de linea unde evolabant curſores: cf. Pierſ. ad Moer. p. 204. Apparet autem jocum ſemel conjectum in aliqua, quam Caſſius ageret, cauſa, non vero improbatum eſſe morem, qui vulgo obtinuerit; quare recte ſingularem tuemur *facientem.* Sic participiis hoc numero, nec addito nomine ſubſtantivo, utitur noſter 6, 3, 62. 64. 66. 88. 90. Tanto impetu agentem Calvum demonſtrat Seneca pater, Controv. 3, 19.

frigidè, cum riſu audientium. cf. 5, 7, 26. Sic *frigidiſſime* 6, 1, 39.

134. *apud tribunalia.* Aſcon. Ped. in Divinat. p. 34. „*a* „*ſubſelliis*, non *a tribunalibus*. „Sunt enim *ſubſellia* tribuno„rum, triumvirorum, quae„ſtorum, et hujuscemodi mi„nora judicia exercentium, „qui non in ſellis curulibus „nec *tribunalibus*, ſed in ſub„ſelliis conſidebant." Cf. 156.

ſedentes. cf. 11, 1, 44.

Digitized by Google

fit hoc in rebus minoribus: et iidem impetus actionis esse non possunt, et quaedam vitia
135 fiunt necessaria. Nam et dexter pes a laeva judicis sedenti proferendus est, et ex altera parte multi gestus necesse est in sinistrum eant, ut ad judicem spectent. Equidem plerosque et ad singulas sententiarum clausulas video assurgentes, et nonnullos subinde aliquid etiam spatiantes: quod an deceat, ipsi viderint: cum
136 id faciunt, non sedentes agunt. *Bibere*, aut

135. *sedenti.* Guelf. Camp. *sedentis* cum Goth. Jens. (err. Gesn.) et edd. ante Burm. exc. Stoer. Chouet. Leid. Sed Bip. iterum *sedentis.* Nobiscum faciunt Turic. Flor. Ambr. 2. Verba *et ex altera — necesse est* absunt ab Ambr. 2. Guelf. ut et Voss. 1. 3. *sinistrum erant* Flor. *clausulas sententiarum* Turic. Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. quod placet ob insuavem veteris structurae sonum. *assurgentes, et.* Sic Alm. *assurgenti s* et Flor. *adsurgenti sunt et* Turic. Reliqui *assurgentes sibi et.* Apparet, quo errore natum alienum illud primum *sunt*, mox *sibi.*

136. *Bibere.* Flor. *vivere.* cf. 7, 2, 48. *proferre* Guelf. Exc. Santen. *potius quam m. quam* Turic. Flor. *potius m. quam* Guelf. *et* continuo omittit Camp. *conceptum* Goth. (tac. Gesn.)

135. *dexter pes — proferendus est.* Hoc deforme esse dicebat §. 124.

gestus — in sinistrum eant, contra praeceptum §. 114.

aliquid — spatiantes. Similiusu *aliquid* posuit 2, 10, 10. „paululum *aliquid* inclamare."

ipsi viderint: cum. Nihil hic difficultatis, quare inferere velis *et* cum Burmanno, et proxima sic refingere: *num sedentes agant?* Subauditur, et commodissime quidem: „id „saltem teneo, nequaquam se„dentes eos agere, cum id fa„ciunt." Quod expressit Gedoynus.

136. *Bibere — absit.* Tantae dementiae exemplum sibi ipsi oblatum in templo S.

Digitized by Google

etiam *esse* inter agendum, quod multis moris fuit, et est quibusdam, ab oratore meo procul absit. Nam si quis aliter dicendi onera perferre non possit, non ita miserum est non agere, potiusque multo, quam et operis et hominum contemtum fateri. *Cultus* non est 137
proprius oratoris aliquis, sed magis in oratore
1030 conspicitur. Quare sit, ut omnibus honestis debet esse, splendidus et virilis. Nam et toga, et calceus, et capillus, tam nimia cura, quam negligentia, sunt reprehendenda. Est aliquid in amictu; quod ipsum aliquatenus tempo-

137. *in oratore.* Ambr. 2. *in ora* cum Jens. Voss. 3. *in hora* Guelf. cum Cod. Bongarsii apud Salm. Exerc. Plin. p. 528. B. *in ore* marg. Basil. *mora* Voss. 1. *more* Leid. Burm. marg. Chouet. *ut omnibus.* Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui inserunt *in;* sed Guelf. *conspicitur ut fit in omnibus,* praepostere. Mox *honestias* Floril. Sant. quod horum particulam exhibet, hac sola voce mutata. *viridis* Turic. Flor. *negligentiae* Ambr. 2. Guelf. *contentione* Guelf. *Nam et veteribus* Turic. Flor. Camp. *breves pusillos fuerunt* Flor. cum Alm.

Dionysii prope Lutetiam testatur Burmannus ad h. l. ubi is qui parentabat duci Bituriguin bis vino os colluerit inter orandum.

137. *omnibus honestis.* cf. 11, 1, 42.

Est aliquid in amictu. „Momentum aliquod facit ad „commendandum oratorem „modus injiciendae humeris „togae; sed in hoc ipso, quid „deceret, aliis aliter tempo„ribus judicatum est.“ Commode autem Almelovenus ad partes vocat Athenaei locum 1. p. 21. c. ubi Callistratus, Aristophanis Grammatici discipulus, dicitur incusasse Aristarchi in amiciendo negligentiam, φέροντός τε καὶ τοῦ τοιούτου πρὸς παιδείας ἔξέτασιν. *Amictus,* ut notum est, proprie pertinet ad togam, cum *induatur* tunica et quidquid interius membra tangit.

Digitized by Google

rum conditione mutatum eſt. Nam veteribus nulli ſinus: perquam breves poſt illos fue-
138 runt. Itaque etiam geſtu neceſſe eſt uſos eſſe in principiis eos alio, quorum brachium, ſicut Graecorum, veſte continebatur. Sed nos de praeſentibus loquimur. Cui lati clavi jus

138. *uſos.* Turic. Flor. *vox* cum Alm. *principi eos* Turic. Flor. *aliquorum brachium* Ambr. 2. Guelf. (ex Exc. Santen. *alioquorum* continuatum) cum Jenſ. ſolo; niſi quod a pr. m. Vall. ita dediſſe credibile eſt. *veſtes continebantur* Guelf. *cui lati clavius* Flor. *cui laticlavus* Goth. (err. Geſn.) *cui latus clavus* Voſſ. 2. me quidem incredulo. *genua lavium poſterioribus* Turic. Flor. *g. levium p.* ex Alm.

138. *in principiis.* In prooemiis modo haec agendi differentia: neque enim progreſſis longius oberant anguſtiae togarum; quippe qui, ardentibus jam omnibus, in humeros veſtem rejicerent. cf. 144. 45. 49.

quorum brachium — continebatur. „Cicero pro M. Coe„lio c. 5. *Nobis quidem olim „annus erat unus ad cohiben„dum brachium toga conſtitu„tus.* Loquitur de primo in „forum aditu. Sen. Exc. Contr. „5, 6. *Apud patres noſtros, „qui forenſia ſtipendia auſpi„cabantur, nefas putabatur bra„chium extra togam exſerere.*" Geſnerus.

ſicut Graecorum. „Aeſchi„nes in Timarch. p. 174. B." (p. 4, 23. Steph.) „Οὕτως „ἦσαν σώφρονες οἱ ἀρχαῖοι ἐκεῖ„νοι ῥήτορες, ὁ Περικλῆς καὶ ὁ „Θεμιστοκλῆς καὶ ὁ Ἀριστείδης, — „ὥστε ὃ νυνὶ πάντες ἐν ἔθει πράτ„τομεν, τὸ τὴν χεῖρα ἔξω ἔχον„τες λέγειν, τότε τοῦτο θρασύ „τε" [edd. τι, recte] „ἐδόκει „εἶναι, καὶ εὐλαβοῦντο αὐτὸ „πράττειν· ac provocat dein„de ad Solonis Salamine ſta„tuam, in qua ἀνάκειται ἐντὸς „τὴν χεῖρα ἔχων." Geſnerus. Nimirum hic mos erat in antiquiori Graecia frugi hominum in omni vita, ut apparet e ſcriptorum locis ad illum Aeſchinis allatis a Tayloro: qui cum Quintilianum infra 12, 10, 21. de antiquis oratoribus Atticis eadem iterum praedicantem „per translatio„nem" ad ipſius eloquentiae frugalitatem ſpectare putat, neque noſtrum hunc locum ante oculos habuit, neque ipſa quae tractabat ſui oratoris verba bene perpendit.

138. 139. *Cui lati clavi — — cinctis ſummiſſior.* Hic lo-

Digitized by Google

non erit, ita cingatur, ut tunicae prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad me-

eus ab omnibus, qui de re vestiaria et maxime de utroque clavo scripserunt, ad partes vocatus varieque tractatus est. Prostant autem hae Aldi P. F. Manutii, Oct. Ferrarii, Alberti Rubenii, dissertationes in volumine Thesauri Graeviani sexto, cui ipse etiam Graevius nonnulla huc potissimum facientia praefatus est. Alberto autem Rubenio illud imprimis acceptum debetur, quod de natura clavorum illorum certiores hodie sumus. Constat enim nunc quidem inter omnes, clavum fuisse lineam sive virgam purpurei coloris ita tunicae intextam, ut a summo pectore ad imam oram descenderet: deinde, latum clavum nonnisi unum fuisse in media tunica, cujus loco, quibus jus lati clavi non esset, equites, duo angustos gerebant. Nam ceterorum, quibus ne angusti quidem clavi jus esset, ratio hic quidem nulla haberi potuit. Jam cum Quintilianus nostro hoc loco cincturae in tunica angusticlavia rationem det, et mox lati modum praecipiat hunc „ut „sit paulum *cinctis* summissior"; ipsa sententiarum series jubere videtur, ut *cinctis* his pro ablativo habeamus, qui a comparativo pendeat. Quod si tenemus, ex hac *cinctorum* oppositione manifestum fit, tunicam laticlaviam cingi solitam non fuisse, ut cum fastu aliquo latus ille clavus defluereț. Quae ratio confirmatur loco Suetonii notissimo de Caesare, c. 45. „Usum „enim *lato clavo* ad manus „fimbriato, nec ut unquam „aliter quam *super eum cingeretur* et quidem fluxiore „cinctura. Unde emanasse Sul„lae dictum, optimates saepius „admonentis, ut male *praecinctum* puerum caverent." Latum clavum ad *manus* fimbriatum omnes recte intelligunt de tunica laticlavia manicata, quae fimbrias habuerit in manicis. Hanc igitur tunicam, praeter morem, incinxisse Caesarem, ex hoc loco, collato praesertim Quintilianeo, nemo non intelligeret: nisi accederet tertius etiam Macrobii Saturn. 2, 3., ubi memorata Caesaris „praecinctura" subjicitur: „qui ita „*toga praecingebatur*, ut tra„hendo laciniam velut mollis „incederet: adeo ut Sulla tan„quam providus dixerit Pom„pejo: Cave tibi illum pue„rum male praecinctum." Hic itaque locus ansam dedit nonnullis, maxime Graevio in notis ad Suetonii l. l., ut de *cinctura* etiam *togae* cogita-

Digitized by Google

dios poplites usque perveniant. Nam infra

rent, quae proprio vocabulo *praecinctura* dicta sit. Eam fieri putant illo, quem mox Quintilianus memorat, *velut balteo*. Quod si admittimus, *cinctis* in nostro loco accipi etiam possit pro dativo, ut praecipiat Qu. eam lati clavi longitudinem, qua, post factam praecincturam illam, *paulum summissior* sit h. e. aliquantum infra sinum propendeat. Mihi tamen de ullo togam incingendi more, praeter illum, qui dictus est *cinctus Gabinus*, nondum persuasum est, *praecinctum*que, juxta ac Ferrarius, eodem quo *cinctum* significatu dictum existimo. Certe illud vocabulum non, ut Graevius ait, semper de toga usurpari, manifestum est (id quod Ferrarius contra Rubenium jam tetigit pag. Thes. Graev. 1143.) verbis Pedonis in elegia de Maecenate, quibus *discinctum* Maecenatem praefert bene *praecinctis*, eidemque tribuit *tunicas solutas*, in quibus apud Senecam quoque Epist. 114. incedit, ut et Malthinus ille personatus apud Horatium Sat. 1, 2, 25. „demissis tunicis." Nec temere cuiquam credam, „altius ac nos Praecinctis „unum" cum scriberet Horatius (Sat. 1, 5, 6.), ante oculos habuisse togam balteo illo constrictam. Quare iis me accenseo, qui *tunica* apud Macrobium reponendum judicant pro *toga*. Vid. Ald. Nep. in Thes. Graev. VI. p. 1197. B. C. Ferrar. ib. p. 642. E. Nam quod *laciniam* traxisse Caesarem ait Macrobius, potuit ea tunicae esse, cum talares tunicae nequaquam sint inauditae. *Super latum clavum* ut dictum sit de ipsa purpura, non de tunica tota, verba Suetonii ferre mihi non videntur: nam qui *fimbriatum latum clavum* dixerat, is cum *eum* mox dicit, eundem, hoc est tunicam, designare putandus est: neque ex veterum quidem scriptorum relationibus ullam rationem comminiscor, qua *infra purpuram* (h. e. inferiore ad perpendiculum loco) *cingi* potuerit *is*, qui, ut peculiare sibi, *super* illam cinctus fuisse narratur. Quam unicam dubitationem ipse etiam Graevius (ad Sueton. l. l.) solvere non valebat. Vulgo igitur, qui latum clavum haberent, interiores modo tunicas cingebant, non eam, in qua esset purpura; contra Caesar super ipsam cingebatur. Ita apparet *cinctos* appellari a nostro, qui angusto clavo uterentur, qualis fuit Maecenas eques, cujus ipse angustus clavus discinctus fluebat. Latus clavus inferius demittitur quam angustus, qui, ut recte

Digitized by Google

mulierum est, supra centurionum. Ut pur- 139
purae recte descendant, levis cura est. No-
tatur interim negligentia. Latum habentium
clavum modus est, ut sit paulum cinctis sum-
missior. Ipsam togam rotundam esse, et apte
caesam velim. Aliter enim multis modis fiet
enormis. Pars ejus prior mediis cruribus opti-
me terminatur, posterior eadem portione al-
tius qua cinctura. Sinus decentissimus, si 140

139. *purpurae.* Camp. *purpura,* et mox Turic. Flor. Camp. *descendat.* Satis apparet occasio errori data, ut *purpurae* scriberetur, quoniam sequitur *re* in *recte;* nec dubitarem tenere singularem, nisi hoc me moveret, quod adhuc angustum clavum habentium actionem regere videtur noster, ejus autem binas purpuras fuisse non hoc solo loco teste doceat Rubenius; vid. not. exeg. Quare et adducor, ut 8, 5, 28. *latum* pariter et *angustum* clavum indicari credam. *paulum cruris* Guelf. *fiet* omittunt Turic. Flor. cum Alm. *posteriore eadem* Turic. Flor. *qua cinctura.* Sic Bern.

Gesnerus, propter ipsam cingendi rationem attollitur. [Vid. Addenda.]

139. *togam rotundam esse — velim.* Haec togae rotunditas an fuerit plane circularis, vehementer dubito, cum τήβεννον Dionysius ajat esse ἡμικύκλιον τῷ σχήματι. Quare quod Gesnerus ad §. 131. tenendum firmiter censet, „esse „rotundam circulari sectione „in medio apertam ad eum „modum, ut, si explicatam „humi ponas, utraque ejus „ora circularem lineam refe„rat, minorem majori inclu„sam" mihi nequaquam persuadet. Tantum sane liquet, opponi quadratis vestibus Romanas, velut cum, qui togam exuerant metu Mithridatis, dicuntur μεταμφίεσασθαι τετράγωνα ἱμάτια apud Athenaeum l. 5. p. 213. coll. Cic. pro Rabir. Post. c. 10. Sed hoc ne forte quisquam eo traheret, ut clausae fuerint togae induviorum nostrorum instar, diu est cum caverunt VV. DD.

eadem — qua cinctura. Ut priores tunicarum oras demissiores esse jusserat posterioribus, sic et eadem portione togam ascendere vult a tergo supra ejusdem oram priorem.

140. *Sinus — supra imam togam.* Sinum togae, qui qui-

Digitized by Google

aliquanto ſupra imam togam fuerit, nunquam

Reliqui *quam* c. ſed Gronovius (Theſ. Graev. Vol. 6. p. 692. E.) noſtrum conjecerat; neceſſario, cum absque hac ſcriptura locus fruſtra tentetur miroque VV. DD. errore intelligere ſibi viſi ſint verba, quae ſententia plane carent. Permutationem, per ſe probabilem, demonſtrat in libris frequentem Drakenb. ad Liv. 6, 35, 9, et Goth. in noſtri 4, 1, 47 dat *quam* pro *qua* (tac. Geſn.), ubi *eadem* antecedit, ut hic quoque.

140. *aliquanto ſupra.* Turic. Flor. *aliquo ultra.* Guelf. *aliquo ſuper.* Mox *unam* pro *imam* Goth. (tac. Geſn.) cf. Bentl. ad Hor. ad Piſ. 32. *ne ſtrangulet* Voſſ. 3. *nec ſtrangula* Turic. Flor. *eſt ſed et* Ambr. 2. (qui tamen *eſt* a ſec. m. habere dicitur) Guelf. *et eſſet* Voſſ. 1, 3. *continentur* Guelf. *iniciendus* Ambr. 2. Camp. *injiciendo* Guelf. *extremum oram* Turic. Flor. neque latere aliquid, neque ſolo caſu erratum dicere auſim.

dem proprie dicitur, cavum illud appellari, quod infra rugas in pectore tumentes ex capaciſſimo veſtimento interius corpori applicatur, vulgo et ſine controverſia agnoſcitur. Cui rationi quomodo congruat, ut unquam hic ſinus in ima toga haeſerit, nedum ut aliquando vel infra eam deſcenderit, nequaquam comminiſcor. Ferrarius ſane in ſumma illa togarum laxitate ſinus potuiſſe longius fluere ſignificat, hunc ipſum tractans noſtri locum; ut ſacci inſtar infra extremam laciniam pendulum ſinum ſibi finxiſſe videatur, quod Fabius tanquam mollius improbaverit. Graev. Theſ. Vol. 6. p. 694. C. Aldus nepos aſſutos vel appenſos ſinus animo concipit, nemini jam ſuam rationem probaturus; quanquam et hoc modo intelligi queat ſinus ima toga inferior. ib. p. 1198. A. Hac ſe difficultate premi ſentiens Geſnerus, in reliquorum interpretum leviſſimo ſilentio, ſinum hic *togae* intelligendum negavit, et *tunicae* aliquem *ſinum* agnoſcendum ſtatuit, quem ſignificet noſter; et qui Caeſaris quoque fuerit morientis, prodente Suetonio c. 82. Quod remedium ut periculoſum ita ab hoc loco alienum exiſtimo, cum tunicae jam habita mentione totus nunc in componenda toga verſetur ſcriptor. Ad aliquam igitur mutationem devenio, quam niſi neceſſariam ducerem, ne verbo quidem indicarem: *tunicam* reponendum cenſeo pro *togam*. In genibus ſinum deſinere vult Fa-

Digitized by Google

certe ſit inferior. Ille, qui ſub humero dextro ad ſiniſtrum oblique ducitur, velut bal-
103 teus, nec ſtrangulet, nec fluat. Pars togae, quae poſtea imponitur, ſit inferior: nam ita et ſedet melius, et continetur. Subducenda etiam pars aliqua tunicae, ne ad lacertum in actu redeat: tum ſinus injiciendus humero,

bius, et eae profecto ſunt *partes*, quas *ſinu abscondi* ſignificat Juvenalis 9, 33. Sentio, quantum displicitura ſit conjectura, quae *nigrum in candida vertere* videtur; ſed tueor me auctoritate Aldi nepotis, qui eandem ſuaſit mutationem in loco illo Macrobii: vid. ad §. 139.

Ille — velut balteus. Hunc eſſe illum rugarum complicatarum, qui ab aliis dicitur, *umbonem*, ad unum omnes agnoverunt. Tuber eſt veſte ampliſſima ſub dextro humero ad ſiniſtrum procurrente ſtructum, in cujus ponderoſa mole fulcrum habet et firmitudinem vaſtiſſimus togae ambitus, cuique inſeritur innititurque quae pars a ſiniſtro humero demittitur, ſed ita ut infra ipſum umbonem dependeat, et haec eſt ea „*pars togae, quae poſtea imponitur.*“ Res ſatis apparet inſpicienda illa, quae a Philippo Rubenio in Electis primum propoſita fuit, ſtatua togata, mox Alberto Rubenio et Ferrario repetita; nec deſunt plurimae ſtatuarum effigies idem demonſtrantes. In illa ſane luculentiſſima Rubeniana id imprimis dolendum, quod neque ipſe qui protulit, neque qui poſtea ſunt uſi, indicarunt, ubi inveniretur ſpectanda haec imago. Neque enim exempli modo vice excogitatam credo; quae fuerit alieniſſima diligentia. Habet ea inferiorem oram longe, quam Quintilianus praefinit, demiſſiorem, ut Ciceronis temporibus congruere videatur. cf. §. 143.

Subducenda — pars aliqua tunicae. Cum colobia eſſent tunicae, tamen aliqua earum pars ab humero in lacertum porrigebatur, quae ne affrictu adverteret et turbaret agentem, *ſubducenda* i. e. recurvanda et in alas intrudenda erat. Recta verſione uſus eſt Gedoynus, *retrouſſer.*

tum ſinus injiciendus humero. Hunc ego ſinum cum Rubenio et Geſnero fluctuantem togae partem, non proprie ſed generatim dictam, puto, quae dextro humero injiciatur. Eſt tamen quod impediat intellectum *tum*, quaſi ceteris, quae adhuc tractavit, jam peractis

Digitized by Google

cujus extremam oram rejeciſſe non dedecet.
141 Operiri autem humerum cum toto jugulo non oportet, alioqui amictus fiet anguſtus, et dignitatem, quae eſt in latitudine pectoris, perdet. Siniſtrum brachium eo usque allevandum eſt, ut quaſi normalem illum angulum

141. *alioqui.* Ambr. 2. *aliqui.* Guelf. *anguſtior* cum marg. Baſil.; placet. *amictu* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Stoer. Mox *perdit* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum edd. ante Bad. *iſtum* Guelf. *angelum* Flor. Ambr. 2. *ſupra quod* Goth. (tac. Geſn.)

demum humero injici hic ſinus debeat. Haeret autem in dextro plerumque veterum ſtatuarum humero togae pars, reducta illa a collo nec niſi ſummo fere tergo applicita, quam hic a noſtro ſignificari plane credo. Eam ſane, cum primum amicimur toga et antequam ſub dextro in ſiniſtrum humero rugae illae congeruntur, exerto mox dextro brachio continendae, imponi neceſſe eſt una cum parte ſiniſtra. Neque enim, quo tempore brachium veſte continebatur, aliter injici toga potuit quam ut pariter utrobique collum velaret; quae mox, liberiore agendi more obtinente, ut minus in genere adducebatur, ita a dextro maxime collo recedebat. Quo minus tamen, cum Ferrario aliisque, ſinum hic *ſiniſtro* humero injiciendum praecipi putem, obſtat aſpectus ipſe togarum in ſtatuis, qui dextram veſtis laciniam ita in ſiniſtrum humerum duci oſtendit, ut ſiniſtram laciniam ſubeat, eaque tegatur, nequaquam autem imponatur eidem; quod fortaſſe contra fuit in illo Graecorum, et Platonis imprimis, ἀντιδίζια ἀναβάλλεσθαι, de quo vide Heind. ad Theaetet. p. 400, item Böttigerum ad vaſa Hamiltoniana 2, p. 55. Quid ſit *rejicere extremam oram ſinus*, infra disputabimus ad §. 144. Fateor autem, hic maxime mihi aquam haerere, cum circuitum omnem amictus oculis perſequi adhuc quidem nequaquam mihi contigerit. Solatio tamen eſt Geſneri de ſe idem fatentis ſimplicitas. Gallaeus expungendis pro gloſſa verbis *injiciendus humero cujus* faciliorem ſane nanciſcitur loci rationem, ſed ſuo, i. e. temerario, remedio.

141. *normalem — angulum.* Qui fit e lacerto et brachio.

Digitized by Google

faciat. Super quod ora ex toga duplex aequaliter ſedeat. Manus non impleatur annulis, 142
praecipue medios articulos non transeuntibus: cujus erit habitus optimus, allevato pollice, et digitis leviter inflexis, niſi ſi libellum tenebit: quod non utique captandum eſt. Videtur enim fateri memoriae diffidentiam, et ad multos geſtus eſt impedimento. Togam 145
veteres ad calceos usque demittebant, ut Graeci pallium. Idque ut fiat, qui de geſtu ſcripſerunt circa tempora illa, Plotius Nigidiusque praecipiunt. Quo magis miror Plinii Secundi docti hominis, et in hoc utique libro paene etiam nimium curioſi, perſuaſionem, qui ſolitum id facere Ciceronem velandorum vari-

142. *ſedeat. Manus non impleatur.* Turic. Flor. omittunt, cum Alm. *adlevatio* Turic. Flor. *niſi libellum* Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Sic et mox §. 153. *niſi funebres* Goth. (tac. Geſn.) cf. 4, 1, 70. ſed *bellum* Ambr. 2. cf. 8, 6, 73.

145. *demittebant.* Scribunt *di* Ambr. 2. Guelf. cum Voſſ. 3. *potius gidinusque* Turic. Flor. (hic quidem — *niusque*). *et nimium* Goth. (tac. Geſn.) *velandorum.* Sic Turic. Flor. Guelf. (hic duplici L) cum Alm. Goth. et edd. ante Ald. *vel androrum* Ambr. 2. cum Bern. Reliqui *velandurum* mutatione non neceſſaria. Ambr. 2. modo *homines*

145. *Plotius Nigidiusque.* De priore cf. dicta ad 2, 4, 42. Alterius de geſtu libros inter plurimos alius argumenti qui praeter noſtrum memoraret, inveni nullum. Doctiſſimus Romanorum fuit ſecundum Varronem, ejusdemque aetatis. Ad eum epiſtola eſt Cic. ad Fam. 4, 13. ubi vide VV. DD.

Plinii — in hoc utique libro. *Studioſi* titulo inſcriptum librum haud dubie deſignat noſter. cf. 3, 1, 21. item hic §. 148.

velandorum varicum gratia.

Digitized by Google

cujus extremam oram rejeciſſe non dedecet. 141 Operiri autem humerum cum toto jugulo non oportet, alioqui amictus fiet anguſtus, et dignitatem, quae eſt in latitudine pectoris, perdet. Siniſtrum brachium eo usque allevandum eſt, ut quaſi normalem illum angulum

141. *alioqui.* Ambr. 2. *aliqui.* Guelf. *anguſtior* cum marg. Baſil.; placet. *amictu* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Stoer. Mox *perdit* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum edd. ante Bad. *iſtum* Guelf. *angelus* Flor. Ambr. 2. *ſupra quod* Goth. (tac. Geſn.)

demum humero injici hic ſinus debeat. Haeret autem in dextro plerumque veterum ſtatuarum humero togae pars, reducta illa a collo nec niſi ſummo fere tergo applicita, quam hic a noſtro ſignificari plane credo. Eam ſane, cum primum amicimur toga et antequam ſub dextro in ſiniſtrum humero rugae illae congeruntur, exerto mox dextro brachio continendae, imponi neceſſe eſt una cum parte ſiniſtra. Neque enim, quo tempore brachium veſte continebatur, aliter injici toga potuit quam ut pariter utrobique collum velaret; quae mox, liberiore agendi more obtinente, ut minus in genere adducebatur, ita a dextro maxime collo recedebat. Quo minus tamen, cum Ferrario aliisque, ſinum hic *ſiniſtro* humero injiciendum praecipi putem, obſtat aſpectus ipſe togarum in ſtatuis, qui dextram veſtis laciniam ita in ſiniſtrum humerum duci oſtendit, ut ſiniſtram laciniam ſubeat, eaque tegatur, nequaquam autem imponatur eidem; quod fortaſſe contra fuit in illo Graecorum, et Platonis imprimis, ἐπιδέξια ἀναβάλλεσθαι, de quo vide Heind. ad Theaetet. p. 400, item Böttigerum ad vaſa Hamiltoniana 2, p. 55. Quid ſit *rejicere extremam oram ſinus*, infra disputabimus ad §. 144. Fateor autem, hic maxime mihi aquam haerere, cum circuitum omnem amictus oculis perſequi adhuc quidem nequaquam mihi contigerit. Solatio tamen eſt Geſneri de ſe idem fatentis ſimplicitas. Gallaeus expungendis pro gloſſa verbis *injiciendus humero cujus* faciliorem ſane nanciſcitur loci rationem, ſed ſuo, i. e. temerario, remedio.

141. *normalem — angulum.* Qui fit e lacerto et brachio,

Digitized by Google

faciat. Super quod ora ex toga duplex aequaliter ſedeat. Manus non impleatur annulis, 142
praecipue medios articulos non transeuntibus: cujus erit habitus optimus, allevato pollice, et digitis leviter inflexis, niſi ſi libellum tenebit: quod non utique captandum eſt. Videtur enim fateri memoriae diffidentiam, et ad multos geſtus eſt impedimento. Togam 143
veteres ad calceos usque demittebant, ut Graeci pallium. Idque ut fiat, qui de geſtu ſcripſerunt circa tempora illa, Plotius Nigidiusque praecipiunt. Quo magis miror Plinii Secundi docti hominis, et in hoc utique libro paene etiam nimium curioſi, perſuaſionem, qui ſolitum id facere Ciceronem velandorum vari-

142. *ſedeat. Manus non impleatur.* Turic. Flor. omittunt, cum Alm. *adlevatio* Turic. Flor. *niſi libellum* Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Sic et mox §. 153. *niſi funebres* Goth. (tac. Geſn.) cf. 4, 1, 70. ſed *bellum* Ambr. 2. of. 8, 6, 73.

143. *demittebant.* Scribunt *di* Ambr. 2. Guelf. cum Voſſ. 3. *potius gidinusque* Turic. Flor. (hic quidem — *niusque*). *et nimium* Goth. (tac. Geſn.) *velandorum.* Sic Turic. Flor. Guelf. (hic duplici L) cum Alm. Goth. et edd. ante Ald. *vel androrum* Ambr. 2. cum Bern. Reliqui *velanduram* mutatione non neceſſaria. Ambr. 2. modo *homines*

143. *Plotius Nigidiusque.* De priore cf. dicta ad 2, 4, 42. Alterius de geſtu libros inter plurimos alius argumenti qui praeter noſtrum memoraret, inveni nullum. Doctiſſimus Romanorum fuit ſecundum Varronem, ejusdemque aetatis. Ad eum epiſtola eſt Cic. ad Fam. 4, 13. ubi vide VV. DD.

Plinii — in hoc utique libro. *Studioſi* titulo inſcriptum librum haud dubie deſignat noſter. cf. 3, 1, 21. item hic §. 148.

velandorum varicum gratia.

Digitized by Google

cum gratia tradit: cum hoc amictus genus in ſtatuis eorum quoque, qui poſt Ciceronem
144 fuerunt, appareat. Palliolum, ſicut faſcias, quibus crura veſtiuntur, et focalia, et aurium ligamenta, ſola excuſare poteſt valetudo. Sed
105 haec amictus obſervatio, dum incipimus: procedente vero actu, jam paene ab initio narrationis, ſinus ab humero recte velut ſponte delabitur: et cum ad argumenta ac locos ven-

pro genitive cum Voſſ. 3. *trahit* Turic. Flor. (hic et *gratiam*). *facit* Camp. Mox *in* ante *ſtatuis* omittunt Turic. Flor. *poteſt Ciceronem* Ambr. 2.

144. *veſtiuntur, et focalia.* Turic. (hic *vocal.*) Flor. Camp. *v. f.* cum Alm. *incipiamus* Turic. Flor. *incoepimus* Guelf. *incepimus* Jenſ. Tarv. *inceperimus* Obr. *initio nationis* Flor. *dilabitur* Flor. Camp. *anni ſtrotogam* Flor. *etiam haereat* Turic. Flor. *autem ſi h.* Camp.

Dio Caſſius hoc quoque dicterio Fufium ſuum Calenum armat in Ciceronem l. 46. p. Reim. 461. In ejusdem varices dictum et Vatinius conjecit apud Macrob. Saturn. 2, 3. Noſter cum *perſuaſionem* notet Plinii, ſubit mutare *tradit* in *credit*.

144. *Palliolum.* „Capiti „aegrotorum involvendo ſer„viebat. Ovid. Art. 1, 733. „*Arguat et macies, nec turpe* „*putaris Palliolum nitidis im*„*poſuiſſe comis.* Sen. Quaeſt. „nat. 4. extr. *Videbis quos*„*dam graciles, et palliolo fo*„*calique circumdatos pallentes* „*et aegros.*“ Geſnerus. Cf. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 104.

ſinus ab humero — delabitur. Cum *ſinus* mentio fiat, *humerus* non poteſt eſſe, niſi *dexter;* a quo jam plane defluit toga. Apparet enim *ſinum* appellari quicquid a dextro humero demiſſum laxius fluit, totam denique dextram togae laciniam; cf. dicta ad §. 140. not. 4. Quamobrem cum mox *ſinum* jubemur *dejicere*, cave eodem referas, quo pertinet quod *rejicitur a ſiniſtro;* nam et ibi *dexter* eſt ſinus, ut eum Gronovio agnoſcit Geſnerus. Viciſſim *toga* dicitur quod onerat humerum ſiniſtrum. Ea cum rejicienda eſt, reminiſcemur eorum quae praecipiebantur §. 151; nec *a ſiniſtro*

Digitized by Google

tum est, rejicere a sinistro togam, dejicere etiam, si haereat, sinum conveniet. Laeva a 145

145. *Laeva.* Sic Turic. Ambr. 2. Guelf. cum Bern. Reliqui (quod in Flor. maxime miror) *laevam* exc. Loc. et posterr. ante Burm. (praeter Basil. Stoer. Chouet.) qui de Regii conjectura *laenam*, praepostera illa, cui nec Bodl. addicit nec Andr. indicante Gibsono. Vulgatam, multis sane testibus subnixam, Gesnerus interpretatur intelligens *togam* i. „partem togae laevam s. laevo humero incumbentem, quae „cum a brachio retrorsum, versus humerum, et hinc deor„sum agatur, in lacerti regione colligatur necesse est." Magis tamen sibi placituram testatur Burmanni emendationem *Laeva etiam.* Eam ipsam igitur cum praeftet Codd. optimorum scriptura, quanquam sono minus suavi, quando nihil interjicitur continuis duabus A, acquiescendum eadem duxi. Nec ut *laeva* hic de ulla alia re quam de *manu* diceretur, ferendum videbatur. Verum ne sic quidem satis doceam, qui tandem accusativus intelligendus sit ad *abducere.* Gesnerus „Facile" ait „est *togam* supplere". Hanc si nostra ratione interpretatur pondus illud in laevo humero aggestum, est sane quod moneatur abducendum a faucibus et summo pectore, ne „jugulus totus operiatur"; sed tum miror huic

aliter accipiemus nisi neutro genere, non subaudito *humero*, sed velut dictum *a sinistra manu inde;* ut Gallaeano commento *ad sinistrum* nequaquam indigeamus. Erit igitur *rejicere*, nullo adjecto, sursum amovere, in collum conjicere, qualem significationem, ut dixi, vidimus §. 151., et plane ut hic mox struitur verbum §. 146. *in dextrum humerum ab imo rejicere*, ubi *ab imo* respondet τῷ *a sinistro;* sed ibi quoque Gallaeo male tentante *ad imum.* Sic *in sinistrum* §. 109. 113. 114. 135. nec certo dicam §. 140. *ad sinistrum* esse masculino genere, subaudiendo *humerum.* Propriam hanc *rejiciendi* potestatem si recte tenemus, aptior fortasse continget superiorum (§. 140.) interpretatio. Suspicor enim, *extremam* ibi *sinus oram rejectam, quae non dedeceat*, esse altius et ad ipsum prope collum sublatam in dextro humero summam togam. Continuatur saltem protinus cautio, *ne humerus cum toto jugulo operiatur.* Ut nunc est, verba ista parum assequor.

145. *Laeva;* cf. not. crit.

Digitized by Google

faucibus ac ſummo pectore abducere licet. Ardent enim jam omnia. Et ut vox vehementior ac magis varia eſt, ſic amictus quoque
146 habet actum quendam velut proeliantem. Itaque ut laevam involvere toga et incingi paene furioſum eſt: ſinum vero in dextrum humerum ab imo rejicere ſolutum ac delicatum, fiuntque adhuc pejus aliqua: ita cur laxiorem ſinum ſiniſtro brachio non ſubjiciamus? Habet enim acre quiddam atque expeditum, et
147 calori concitationique non inhabile. Cum vero magna pars eſt exhauſta orationis, utique afflante fortuna, paene omnia decent, ſudor ipſe et fatigatio, et negligentior amictus, et

miniſterio adhiberi *laevam* manum, quae difficilius id peragat. Contra ſi *ſinum*, quo vocabulo utitur Burmannus, abducemus a faucibus (et hunc accuſativum e proximo repeti conſentaneum eſt); non video, quid opus ſit a faucibus abducere id quod jam humero dejectum eſt. An et hic fraudi nobis eſt ignoratio amictus Romani? *ardet enim* Turic.

146. *toga.* Turic. Flor. Ambr. 2. Camp. *togam* (ſed hic et *leva* modo). *eſt ſic ſinum in dextr.* Camp. *eſt ſinui v. i. d.* Turic. Flor. *deligatum* Turic. Flor. *ſi noſtro brachio* Turic. *calore concitationisque* Turic. Flor.

147. *fatigatio neglentior aut ictus* Turic. Flor. *et* omittit Camp. quoque.

146. *laevam involvere toga.* Hoc amictus ſchema locis valde appoſitis illuſtrat Ferrar. p. 626. B. C. velut Livii 35, 16, 11. ubi vid. Duker. et Drakenb.

incingi — furioſum. Hunc eſſe cinctum Gabinum, de quo egimus ad §. 139, ſatis manifeſtum eſt, cum, revocata a tergo in pectus lacinia, ſibi ipſa eſt cingulo toga. Qui togae habitus quoties furoribus quaſi accinxerit civilibus Romanos, apud Appianum imprimis videre eſt, ſi quis conſulat indicem Schweighaeuſeri voce διαζωσάμενος.

Digitized by Google

ſoluta ac velut labens undique toga. Quo ma- 148
gis miror hanc quoque ſuccurriſſe Plinio cu-
ram, ut ita ſudario frontem ſiccari juberet, ne
comae turbarentur, quas componi poſt pau-
lum, ſicuti dignum erat, graviter et ſevere
vetuit. Mihi vero illae quoque turbatae prae
ſe ferre aliquid affectus, et ipſa oblivione cu-
rae hujus commendari videntur. At ſi inci- 149
pientibus aut paulum progreſſis decidat toga,
non reponere eam, prorſus negligentis, aut
pigri, aut quomodo debeat amiciri neſcientis
eſt. Haec ſunt vel illuſtramenta pronuncia-
tionis, vel vitia: quibus propoſitis, multa co-

148. *curatam ut* Turic. Flor. *ſiccari viveret* Flor. *quam componimus paulum* Turic. Flor. *quam c. p. p.* Camp.

149. *in capientibus* Turic. *inſtrumenta pronunciationis* Turic. Flor. cum Alm. Habet ſane in quo haereas *illuſtramenti* vocabulum, quod alibi quidem non objicitur, et dicas, *inſtrumenta* pro ſubſidiis vel hic poſſe ferri. Aptius tamen *vitiis* opponuntur *illuſtramenta*, quae ſunt dicta pro *luminibus*, ut et *illuſtrare* orationem 4, 3, 4. 8, 6, 14. 11, 1, 2.

148. *ne comae turbarentur.* „Videtur ob id ipſum vetuiſſe „Plinius nimiam comarum „negligentiam, ne deinde cu„ra molliore et turpicula ea „reparanda eſſet. Quam male „audierint alioquin, qui ni„mis comae ſtuderent, qui „*uno digito*, ne turbarent ali„quid, *caput ſcalperent*, no„tum eſt.“ (cf. Juv. 9, 133.) „Turbatas comas *affectas ali„quid prae ſe ferre* videri, non „ignorabat Rullus iſte, qui *ut „denuneiaret omnibus vim tri„buniciam, meditabatur etiam „eſſe corpore inculto et horri„do, capillatior quam ante, bar„baque majore*, Cic. in Rull. „2, 5.“ Geſnerus.

149. *ſi — decidat toga.* Significatur ſinus a dextro humero delabens.

illuſtramenta. cf. not. crit.

quibus propoſitis. „Quorum „cum poſſit et debeat dele„ctus fieri;“ cf. dicta ad 3, 8, 42. Nam et hic *propoſita* non eſt praeterito tempore nec hiſtorice accipiendum, ſed ratio eſt quae infra 12, 1, 3.

Digitized by Google

150 gitare debet orator. Primum, *quis*, *apud quos*, *quibus praesentibus* sit acturus. Nam ut di- 1053
cere alia aliis, et apud alios magis conceſſum
est: ſic etiam facere. Neque eadem in voce,
geſtu, inceſſu, apud principem, ſenatum, po-
pulum, magiſtratus, privato, publico judi-
cio, poſtulatione, actione ſimiliter decent.
Quam differentiam ſubjicere ſibi quisque, qui
151 animum intenderit, poteſt. Tum qua de re
dicat, et efficere quid velit. Rei quadruplex
obſervatio eſt. *Una* in tota cauſa. Sunt enim
triſtes, hilares, ſollicitae, ſecurae, grandes,
puſillae: ut vix unquam ita ſollicitari parti-

150. *quis.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) cum Ioann. Alm. Voſſ. 1. 2. Colb. marg. Baſil. Reliqui *quid.* Mox *conceſſum eſt* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum Bodl. Alm. Voſſ. 2. Bern. Andr. et edd. ante Gryph. Reliqui *convenit.* Item *magiſtratus* Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Voſſ. 1. 3. Bern. Reliqui ſingularem. *decentium differentiam* Turic. Flor. *decent differentiam* Camp.

151. *nunc qua de re* Turic. *tunc q. d. r.* Flor. Guelf. *dicat et er litre ficere quid* Turic. Flor. *ut nunquam* Camp. *ut vix nunquam* Locat. Ven. Ruſc. de praepoſtera Regii conjectura. Campani ratio prae vulgata placet. *non et ſumma minerimus* Turic. *non et ſumma meminerimus* Flor. *non et ſummet minnerimus* Camp. *ut non in ſumma nu.* Alm. Reliqui omittunt *et.*

150. *Primum, quis — acturus.* Appareț primam diviſionis partem fieri *perſonam*, cui mox ſubjicitur §. 151. *res. Perſona* autem eſt et agentis (*quis*) et audientium (*apud quos, quibus praeſentibus*). Horum *apud quos* mentio eſt ad *magiſtratus* usque, reliqua *privato — actione* pertinent ad *praeſentes.*

apud — populum. cf. dicenda mox ad §. 153.

poſtulatione. De hac cf. Coel. ad Cic. famill. 8, 6. ibique Manutium. An igitur pro *actione* reſcribemus *accuſatione*?

Digitized by Google

bus earum debeamus, ut non et ſummae me-
minerimus. *Altera*, quae eſt in differentia 152
partium, ut in prooemio, narratione, argu-
mentatione, epilogo. *Tertia* in ſententiis
ipſis, in quibus ſecundum res et affectus va-
riantur omnia. *Quarta* in verbis, quorum
ut eſt vitioſa, ſi efficere omnia velimus, imi-
tatio: ita quibusdam niſi ſua natura redditur,
vis omnis aufertur. Igitur in laudationibus, 153
niſi ſi funebres erunt, gratiarum actione, ex-
hortatione, ſimilibus, laeta et magnifica et
ſublimis eſt actio. Funebres conciones, con-
ſolationes, plerumque cauſae reorum, triſtes
atque ſummiſſae. In ſenatu conſervanda au-
ctoritas, apud populum dignitas, in privatis

152. *Quartam quoque in verbis* Turic. Flor. An fuit *q. denique in v.?* Mox *ita* poſt *imitatio* omittunt, *naturae* ante *redditur* dant, *igitur* poſt *aufertur* omittunt Turic. Flor.

153. *exhortatio* Turic. Flor. *magnitudini et ſubt.* Turic. Flor. cum Alm. *conſultationes* Guelf. cum Jenſ. et edd. poſterr. ante Bad. *conſulationes* Ambr. 2. Camp. Vocem omittunt Turic. Flor. *cauſae deorum* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf.

152. *efficere omnia.* Suſpicor reponendum *effingere o.* cf. 10, 3, 4. item hic §. 89.

153. *Igitur in laudationibus.* Quam adhuc a §. inde 150. propoſuit partitionem, eam ordine percenſet hinc ad §. 177. usque.

plerumque cauſae reorum. Eodem aſyndeto *plerumque* ponitur 9, 1, 5.

In ſenatu — auctoritas. Hic quidem deliberativum genus deſignari exiſtimo (quanquam et judicia fiebant in ſenatu hoc tempore), ubi maxime opus auctoritate dicentis, qui niſi gravis et honeſtus appareat, nemini quidquam perſuadebit. cf. §. 184.

apud populum dignitas. Qualia his quidem temporibus populi judicia expectes? Qui nihil aliud quam *publica judicia* ſignificari exiſtimet, eum protinus ſubjiciatur in

Digitized by Google

modus. De partibus cauſae, et ſententiis verbisque, quae ſunt multiplicia, pluribus di-
154 cendum. Tria autem praeſtare debet pronunciatio: *conciliet*, *perſuadeat*, *moveat*: quibus natura cohaeret, etiam *delectet*. *Conciliatio* fere aut commendatione morum, qui neſcio quomodo ex voce etiam atque actione pellucent, aut orationis ſuavitate conſtat: *perſuadendi* vis affirmatione, quae interim plus ipſis 1034

Exc. Santen. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Ald. Sed Vall. *rerum* dare teſtatur Badius, per operarum vitium, ut opinor, cum vellet ſcribere *reorum*.

154. *cohaeret, etiam*. Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui inſerunt *ut*. Sed *cohaereat ut e*. Ambr. 2. Guelf. cum Jenſ. Tarv. *ac actione* Goth. (tac. Geſn.) cf. 11, 2, 41. 6, 2, 7. *perlucent* Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Leid. exc. Baſil. cf. 6, 2, 15. ubi, ut hic Turic., ita viciſſim Flor. cum recepta facit. 7, 10, 16. omnes conſentiunt. vide et 8, 3, 25. Hic Obr. *prolucent*, forma quam uno Senecae loco defendunt de vita beat. c. 32. ubi tamen *produxit* meliores Codd. teſte Forcellino. Mox *auctorationis* Flor. *aſſeverationes* pro *affirm*. Ald. cum edd. poſterr. ante Burm. de Regii optato. Sed noſtrum tuentur MSS., etiam mei omnes, quo acc. Exc. Santen. *probationis* Flor.

privatis, cf. 3, 10, 1. et hic §. 130, ei obſtat quod modo (§. 150.) continuantur haec *apud populum* et *publico judicio*. An igitur declamationibus hoc totum aſſignandum erit, ubi cauſae apud populum actae fingantur? In iis *dignitas* cuſtodienda, ne ulla βωμολοχία contaminemur. *Modus* denique *in privatis* idem eſt pronunciationis, qualis fuit elocutionis 8, 3, 14. Eo ipſo loco eſt *populus*, ſed in *ſuadendo*. An et hic de eodem cogitabimus? Sed ne ſic quidem quidquam hic agnoſco niſi ſcholam.

154. *praeſtare debet*. cf. §. 151. *efficere quid velit*.

ex voce — atque actione pellucent. Sicuti ex oratione 6, 2, 13.

affirmatione. Hanc plane

Digitized by Google

probationibus valet. *An iſta*, inquit Calidio 155
Cicero, *ſi vera eſſent, ſic a te dicerentur?* et, *Tantum abeſt, ut inflammares noſtros animos: ſomnum iſto loco vix tenebamus.* Fiducia igitur appareat, et conſtantia, utique ſi auctoritas ſubeſt. *Movendi* autem ratio aut in re- 156
praeſentandis eſt, aut imitandis affectibus. Ergo cum judex in privatis, aut praeco in publicis dicere de cauſa juſſerit, leniter eſt conſurgendum: tum in componenda toga, vel, ſi neceſſe erit, etiam ex integro injiciendа, duntaxat in judiciis (apud. principem enim et magiſtratus ac tribunalia non licebit)

155. *abeſt.* Turic. Flor. omittunt cum Alm.

156. *auteſt ratio* Ambr. 2. *autem eſt r.* Guelf. cum Goth. et edd. ante Bad. et quidem omiſſo *eſt* poſt *repr.* (Goth. tac. Geſn.); ſed Guelf. utrobique. *a. r. etiam aut* Bad. *repraeſendis eſt ut a mitandis* Turic. *re praeſenti aut imitandis* Camp. *reprehendendis a. i.* Voſſ. 1. 3. *leniter eſt conſurgendum.* Sic Turic. Flor. Camp. (niſi quod hic *leviter*) cum Alm. Vall. Reliqui *eſt* omittunt. *tam imponendo* Guelf. *t. ponenda* Goth. (tac. Geſn.). *dunt. injugus* Turic. *d. inugiis* Flor. *in jugiis* Alm. *et tribunalia* Turic. Flor. Guelf. *libebit*

pro *aſſeverationе* dici, quam et huc inferre cupiebant, vidimus ad 6, 12, 12.

155. *Calidio Cicero.* cf. §. 128.

156. *repraeſentandis — imitandis.* ſuis — alienis. In *repraeſentando* cf. 6, 1, 31.

praeco — juſſerit. vide 6, 4, 7.

in componenda toga. „Itaque probamus apud Plin. „epiſt. 2, 5, 2. antiquam le„ctionem: *Surgit, amicitur, „incipit.*" Geſnerus. *Injiciendam ex integro* interpretor, cum forte delapſa fuit humero. cf. §. 149. 140.

non licebit. „In quibus „ſcilicet ad nutum paratus „aſtat orator, ut ſtatim inci„pere poſſit." Geſnerus. cf. §. 134.

Digitized by Google

paulum commorandum, ut et amictus ſit decentior, et protinus aliquid ſpatii ad cogitandum.
157 Etiam cum ad judicem nos converterimus, et conſultus praetor permiſerit dicere, non protinus eſt erumpendum, ſed danda brevis cogitationi mora. Mire enim auditurum dicturi cura delectat, et judex ſe ipſe componit.
158 Hoc praecipit Homerus Ulixis exemplo, *quem ſtetiſſe oculis in terram defixis, immotoque ſceptro, priusquam illam eloquentiae procellam effunderet*, dicit. In hac cunctatione ſunt quaedam non indecentes, ut appellant ſcenici,

Turic. *paulum commorandum.* Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui *eſt* inſerunt. *et protanus* Alm.

157. *converteremus* Turic. Flor. *conſultus praeter permiſerit* Turic. Ambr. 2. *conſultum praetermiſerit* Guelf. *conſultus permiſerit* Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. Alm. et edd. ante Stoer. exceptis Jenſ. (tac. Geſn.) et Tarv. qui *conſultus praetermiſerit.* Mox *mora. ira* Turic. Flor. Camp. *delectant* Turic. Flor. *componi* Turic.

158. *imo totoque* Ambr. 2. *in hanc cunctatione* Turic. Ambr. 2. *ſuſpirationem* Turic. Flor. *ſuſpitione* Guelf. *ea dictus* Turic. Flor. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. 2. *eo di.* Jenſ. cum edd. poſterr. ante Baſil. hic *eoque d.* cum Gryph. Gibſ. et aliquot Burmanni. *ea diu cujus* Ambr. 2.

et amictus — et protinus. Ingratum ſane eſt, quod ad *aliquid ſpatii* repetere cogimur *ſit*, cum praeſertim priore loco ſola ſit, quam dicunt, copula ad *decentior* pertinens illa, hic aliquam quoque attributi partem explet. Nec tamen Gallaeum, ante *protinus* inſerentem *ſit*, probo. Sed quid ſi poſt *cogitandum* intercidit *contingat*?

158. *Homerus Ulixis exemplo.* Iliad. 3, 217. ſeqq.

ut appellant ſcenici. Suſpicor demonſtrari, qui praecepta dant actionis ſcenicae, quales vidimus oratorum actum regentes *artifices* §. 106. Niſi forte rectius intelligun-

Digitized by Google

morae, caput mulcere, manum intueri, infringere articulos, ſimulare conatum, ſuſpiratione ſollicitudinem fateri, aut quod quem-
1055que magis decet; eaque diutius, ſi judex nondum intendet animum. Status ſit rectus, ae-159
qui et diducti paulum pedes, vel procedens minimo momento ſiniſter: genua recta, ſic tamen, ut non extendantur. Humeri remiſſi,

159. *ſtatus quid rectum ſeu ſed deducti* Turic. *ſtatus quid eſt rectu ſeu ſed deducti* Flor. *ſtatus quid r. ae. e. d.* Camp. *S. ſi r. ae. e. d.* Ruſc. *Status quidem ſit r. ae. e. d.* Ald. *rectus aequi et* ipſum ineſt in iſtis *rectu ſeu ſed*, cum *ſeu* corruptum ſit e littera S et male continuato *equi*, cujus ultima littera distracta et ipſa et corrupta cum ſequenti copula transiit in *ſed*. Illud autem *quidem* poſt *ſtatus* non magis probo quam Badius. *pedes vel — ſie tamen* omittunt Ambr. 2. Guelf. *momento* omittunt Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Voſſ. 2. et edd. poſterr. ante Stoer. exc. Ald. et marg. Baſil. ac Gryph. *extendam. Humeri* Turic. *dextera* Guelf. *prolatum ultra* Guelf. *ſpectans quando* Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. cum Goth. Jenſ. et edd. poſterr. ante Baſil.

tur ipſi comoedi et tragoedi. *Rhythmicos* quidem, quos comparare aliquis velit, amoliti ſumus 9, 4, 68.

infringere articulos. Rectiſſime Forcellinus in Lexico huc advocat locum Petronii (cap. 17.) „manibus inter ſe „usque ad articulorum ſtrepi„tum contritis", cum praeſertim apud eundem mox c. 23. legatur „*infractis* manibus con„gemuit." Dicas tamen, diſtenſos quoque usque ad ſtrepitum articulorum ſingulos digitos poſſe accipi. In *capite mulcendo*, haec noſtri verba Geſnerus comparat cum Luciani rhetore orationi praeludente T. 3. p. 13. (Rhetorum praecept.); non quidem incommode, quanquam κρίσις ejus minime probanda. Sed ille ἐκτετασάμενος ὀκόσον ἔτι λοιπὸν τῆς κόμης profecto *caput demulcet.*

159. *procedens — ſiniſter.* cf. §. 135.

Humeri remiſſi. Non opus eſſe arbitror emendatione quam tentat Geſnerus: *demiſſi.* Sed ipſe idem ineſſe vul-

Digitized by Google

vultus ſeverus, non moeſtus, nec ſtupens, nec languidus: brachia a latere modice remota: manus ſiniſtra, qualem ſupra demonſtravi: dextra, cum jam incipiendum erit, paulum prolata ultra ſinum geſtu quam modeſtiſſimo, velut expectans quando incipiendum ſit. Vitioſa enim ſunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem, et quaſi improbam facere: tendere confidentia vultum, aut, quo ſit magis torvus, ſuperciliis aſtringere: capillos a fronte contra naturam retroagere, ut ſit horror ille terribilis: tum, id quod Graeci frequentiſſime faciunt, crebro digitorum labiorumque motu commentari, clare excreare, pedem alterum

160. *perfricari* Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. cum Voſſ. 2. ℬ. *perfricare* Goth. (tac. Geſn.). *improbiorem* Camp. cum Andr. et marg. Colon. *confidentiam volum* Turic. Flor. *confidentiam v.* Guelf. Camp. *capillo* Ambr. 2. *at ſi h.* Jenſ. Tarv. *frequentiſſime* omittit Guelf. *laborumque motum* Turic. Flor. prius etiam Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *librorumque m.* Guelf. Exc. Santen. *labrorumque m.* Goth. (tac. Geſn.) cum Vall. Voſſ. 2. Ald. *ridere* pro *clare* prava conjectura Obr. *excreare* omittunt Ambr. 2. Guelf. *pacem — tegere* Turic. Flor. poſterius cum Alm.

gato mox ſuſpicatur. In *demittendo* aliquis tamen actus eſt oratoris; qui cum *remittit* humeros, omnia naturae relinquit. Contrarium eſt, cum *ad occipitium ducuntur humeri* §. 160.

qualem — demonſtravi. §. 242.

160. *lacunaria.* Commodum Paſſeratius Caprum demonſtrat Grammaticum *laquearia*, non *lacunaria*, dici jubentem p. Putſch. 2246. In re ipſa cf. praef. noſtr. p. LXXXVIII.

crebro — motu commentari. Elegans χαρακτηρισμὸς demonſtrans eum, qui jamjam dicturus aſtet, inveniendo adhuc intentum et inſpicientibus audituris digitorum labiorumque motu quae intra ſe cogitat manifeſtantem.

Digitized by Google

longe proferre, partem togae ſiniſtra tenere, ſtare diductum, vel rigidum, vel ſupinum, vel incurvum, vel humeris, ut luctaturi ſolent, ad occipitium ductis. Prooemio fre- 161
quentiſſime lenis convenit pronunciatio. Nihil enim eſt ad conciliandum gratius verecundia: non tamen ſemper. Neque enim uno modo dicuntur exordia, ut docui. Plerumque tamen et vox temperata, et geſtus modeſtus, et ſedens humero toga, et laterum lenis in utramque partem motus, eodem ſpectantibus oculis, decebit. Narratio magis pro- 162
latam manum, amictum recidentem, geſtum diſtinctum, vocem ſermoni proximam, et tan-
1036tum acriorem, ſonum ſimplicem frequentiſ-

161. *enim eſt.* Sic Turic. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Reliqui *eſt enim.* Mox *Neque* nobiscum pro aliorum *Nec* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cf. 5, 10, 120. *enim modicuntur* Turic. Flor. *omnino in uno modo dicuntur* Guelf. *et genus modeſtius* Turic. Flor. (hic tamen tertiam vocem cum vulgata). *et g. m.* Guelf. Camp. Reliqui *ac g. m.* quod minus aptum.

162. *diſtinctum* omittunt Ambr. 2. Guelf. cum Voſſ. 1. 3. *voci* Turic. Flor. *et tantum acriorem.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Bodl. Alm. Ioann. Voſſ. 1. (niſi quod *ac* dicitur eſſe ibi). *ac tamen acriorem* Camp. cum Andr. Nobiscum facit Obr. ſed omiſſo *et.* Voſſ. 3. *cantum*

161. *ut docui.* 4, 1, 40 ſeqq. Quod *plerumque lenem convenire* ait, ibidem eſt §. 55. ſed eodem ſpectat etiam 9, 4, 132.

162. *geſtum diſtinctum.* Hic qualis ſit, maxime apparet §. 55. 47. cf. 4, 2, 56. ubi ipſa quoque pronunciatio *diſtinguendo* adhiberi jubetur. Cavetur ergo geſtus generalior, qui non ad ſingulas ſe applicet res et ſenſus, cujusque non ſint partes manifeſtae.

Digitized by Google

ſime poſtulabit, in his duntaxat, *Q. enim Ligarius, cum eſſet in Africa nulla belli ſuſpicio*, et, *A. Cluentius Habitus pater hujusce.* Aliud in eadem poſcent affectus, vel concitati, *Nubit genero ſocrus;* vel flebiles, *Conſtituitur in foro Laodiceae ſpectaculum acerbum et miſerum toti Aſiae provinciae.*

163 Maxime varia et multiplex actio eſt probationum. Nam et proponere, partiri, interrogare, ſermoni ſunt proxima, et contradictio-

acriorem lepido errore. Reliqui *ac t. apertiorem* ab Jenſ. inde. *Q. enim.* Sic Ambr. 2. (fortaſſe tamen pleno praenomine) Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. Vall. Tarv. cf. Erneſt. ad loc. Cic. Reliqui *Q. igitur* et recentiores pleno praenomine. Sed Turic. Flor. *enim* praenomine omiſſo. *in Africa.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 1. 2. Alm. Jenſ. Tarv. Haec omittunt Loc. Ven. Ruſc. Reliqui *adhuc.* Mox *poſcent* Turic. Flor. Ambr. 2. Goth. Jenſ. (tac. et err. Geſn.) Camp. cum edd. ante Gryph. *poſceret* Guelf. Reliqui *poſcunt.* Mox *flevilis* Turic. Flor. *flexibiles* Guelf. *flebilis* Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *conſtituatur* Goth. (tac. Geſn.) *laeudiciae* Flor. *laodiciae* Camp. *laodice* Goth. (tac. Geſn.) Tarv. (hic per AE). *lodiceae* Jenſ. cum edd. ante Ald.

Q. enim Ligarius. Pro Lig. c. 1. *A. Clu.* et *Nubit* pro Clu. c. 5. *Conſtituitur* in Verr. 1, 30.

163. *contradictionem ſumere.* Non equidem cum Geſnero *ſumtam contradictionem* interpretor *repetitam* eam, quae ab adverſario fuerit prolata. *Sumere* in argumentando cum toties ſit *praeſumere*, ſtatuere quod argumentis nondum effectum ſit, accipio et hic *contradictionem* adverſarii *praeſumtam*; cf. 5, 13, 46. *Proponere, partiri* quid eſſet, de induſtria tractavit noſter l. 4. c. 4. 5. In his igitur nihil elatius ſectandum erit, ſed plane loquendum. Ut magnam cum compoſitione affinitatem habet pronunciatio. Cf. ad haec de *ſermone* 9, 4. 131.

Digitized by Google

nem sumere. Nam ea quoque diversa propositio est. Sed hanc tamen aliquando irridentes, aliquando imitantes pronunciamus. Argumentatio plerumque agilior, et acrior, et 164 instantior, consentientem orationi postulat etiam gestum, id est, fortem celeritatem. Instandum quibusdam in partibus, et densanda oratio. Egressiones fere et lenes, et dulces, et remissae, *raptus Proserpinae*, *Siciliae de-*

163. *hanc tamen.* Sic Turic. Flor. Omittit pronomen Camp. Reliqui *haec t.* Verba *aliquando irridentes* omittunt Turic. Flor. cum Alm. Voss. 3. Mox *pronunciatio* pro *pronunciantes. Argumentatio* Turic. Flor. cum Alm.

164. *gestus* Turic. Flor. neuter tamen *consentientes* ante. *postulat enim* Goth. (tac. Gesn.). *celeritatem standum* Turic. *celeritates tantum* Flor. posterius cum Alm. *Celeriter instandum* Obr. prava novandi libidine. *fere et lenes.* Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui omittunt *et*: cf. modo §. 161. *et vox temp.* Pro *fere, vero* Guelf. *remissae, raptus.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Camp. cum Voss. 3. et edd. ante Basil. Reliqui inserunt *ut.* Mox *Neque enim mirum* Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph.

Nam ea — propositio est. „Cum contradictionem adversarii ipse prior profers, nihil aliud quam *proponis* (ut „hoc praecedenti simile esse „liqueat), quanquam non tua „tu argumenta, sed diversae „partis." Referebat ostendere, in contradictionibus quoque sumendis non esse ultra sermonem pronunciatione tendendum. Mox tamen fatetur, plus scenicae virtutis exigi interdum in *contradictione pronuncianda*, quoniam ea soleat condiri aut irrisione adversarii aut ejusdem imitatione, ad comicam prope festivitatem accedente, nec jam solo sermone transigenda. Ita saltem horum inter se sensuum nexum agnoscere mihi videor.

164. *fortem celeritatem.* Elegans accommodatissimi gestus significatio.

raptus Proserpinae — lans. cf. 4, 5, 13. item 9, 2, 55.

Digitized by Google

ſcriptio, Cn. Pompeji laus. Neque enim mirum, minus habere contentionis ea, quae
165 ſunt extra quaeſtionem. Mollior nonnunquam cum reprehenſione diverſae partis imitatio, *Videbar videre alios intrantes, alios autem exeuntes, quosdam ex vino vacillantes.* Ubi non diffidens a voce permittitur geſtus quoque, in utramque partem tenera quaedam, ſed intra manus tamen, et ſine motu
166 laterum, translatio. Accendendi judicis plu-

neque mirum Turic. Reliqui *n. eſt m.* niſi quod pro poſtremo *numerum* Ambr. 2. Guelf. cum Bern. *centuriones aeque ſunt* Guelf.

165. *vicino vacillantes* Turic. Flor. *discedens* Jenſ. Tarv. *geſtus quoque, in.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Voſſ. 1. 2. 3. Goth. et edd. ante Bad. Reliqui *g. quo ſit in* de conjectura Regii. *tenere quaedam* Turic. Flor. *ſi intra* Turic.

166. *Accendendi judicis.* Sic Goth. (err. Geſn.) cum edd. ante Leid. acc. Gibſ. Obr. Roll. Capper. *accedendi judiciis*

Pompejum ornatum in Corneliana apparet etiam loco Q. Ciceronis de Petitione Conſulatus c. 13.

165. *cum reprehenſione — imitatio.* Locum ex Galliana vidimus jam 8, 3, 66. Videtur autem hic quoque aliqua noſtro obrepſiſſe oblivio, ut Gallium, cujus temulentia notatur, adverſarium Ciceronis nunc quidem acciperet. Neque enim pro Gallio oraſſe Ciceronem ignorare potuit. *Diverſae partis* genitivus referendus ad *imitatio*, non ad *reprehenſione*; et recte ſe habent haec, etſi illa et *imitatio* et *reprehenſio* non in *diverſam partem*, ſed in clientem ipſum diriguntur. Nec major error, quam qui erat in loco Rullianae 8, 4, 28.

geſtus quoque, in utramque — translatio. Quod ſubjicitur illi *geſtui*, mera eſt appoſitio, ipſum deſcribens illa. Nove tamen hic dicitur *tenera — translatio*, pro *moderata, levi.*

166. *Accendendi judicis — gradus.* Modo totum hoc ad

Digitized by Google

1037res ſunt gradus. Summus ille, et quo nullus eſt in oratore acutior: *Suscepto bello, Caeſar, geſto jam etiam ex parte magna.* Praedixit enim, *Quantum potero voce contendam, ut populus hoc Romanus exaudiat.* Paulum inferior, et habens aliquid jam jucunditatis, *Quid enim tuus ille, Tubero, in acie Pharſalica gladius agebat?* Plenius adhuc et len- 167
tius, ideoque dulcius, *In coetu vero populi*

Turic. Flor. *accedendi judices* Guelf. *accedendi judicis* Camp. Reliqui *accendendi judices* fortaſſe e ſphalmate Leidenſis. *pluris ſ. gaudiis* Turic. primum et Flor. *ex oratore auctior* Turic. Flor. *geſto etiam*, omiſſo *jam*, Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum ipſis Cic. libris; transponit Jenſ. (tac. Geſn.) *g. etiam jam ex.* cum edd. ante Baſil.

populus hoc. Sic Turic. Flor. Guelf. cum Alm. et libris Cic. *p. hic* Camp. *p. haec* reliqui. *jam jucunditatis.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Goth. et edd. poſterr. ante Ald. qui cum reliquis *etiam j.* de Regii conjectura; ſed Camp. ipſe hoc videtur dare. *acie pars alia gladius* Flor.

167. *coetu* omittunt Turic. Flor. *trahendenque cum v.* Turic. *trahendoque t. v.* Camp. Mox autem ante *fauces* omittunt *ſunt* Turic. Flor. Quid faciam illo *tum*, plane non re-

ſolam pronunciationem aſtrinxeris, non erit quod mireris, tam lentam, qualis eſt in protinus ſequentibus exemplis, orationem appellari *ſummum ascendendi judicis gradum.* Intendenda enim voce unice hic res geritur, quae ſane facit ad affectum audientibus movendum. Ejus autem acerrimam ſpeciem oſtendit eſſe in loco Ligarianae priore.

Suscepto — magna. Cic. pro Lig. c. 3. item mox *Quid enim tuus* eodem cap. *In coetu vero* Philipp. 2, 25. *Vos Alb.* pro Milo. 31. *Sexa atque ſolit.* pro Arch. 8.

167. *ideoque dulcius.* Nihil ſane dulcedinis ineſt ipſi, qui demonſtratur, ſenſui: ſed ſola ſpectatur vox, quae cum ab illo acutiſſimi ſoni faſtigio deſcendit, lenior fit natura et

Digitized by Google

Romani negotium publicum gerens. Producenda omnia, trahendaeque tum vocales, aperiendaeque sunt fauces. Pleniore tamen haec canali fluunt, *Vos, Albani tumuli atque luci.* Jam cantici quiddam habent, sensimque resupina sunt: *Saxa atque solitudines voci respon-*
168 *dent.* Tales sunt illae inclinationes vocis, quas invicem Demosthenes atque Aeschines expro-

perio, quare incidi in mutationem, ut scriberetur *trahendaeque sunt v. aperiendaeque fauces.* Nisi forte haustum aliquid credis, ut fuerit *cum — tum —.* [Mihi *tum* respicere videtur illud ipsum de lenta et dulci pronunciatione praeceptum, „cum tali actioni locus est." Buttm.] *Jam cantici.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Obr. (qui et mox *habentia*, male). *Nam c.* reliqui. *sensumque respina sunt* Turic. *sensumque respinant* Flor. Ex hoc malim efficere: *sensimque resupinantur.*

168. *voci respondent — inclinationes.* Omittunt Turic. Flor. solito propter homoeoarcton errore. *utramque* Turic. Flor.

jucundior. cf. 178. *jucundior — acrior.* Pertinet enim haec ratio eo, quod modo notabam, nihil horum esse ipsis sententiis censendum, quae nec dulces nec acutae esse judicantur, verum accommodatam singulis vocem habere acrimoniam, jucunditatem, lentitudinem, pleniorem canalem, denique canticum; quorum nihil non inservit *accendendis* i. affectu imbuendis *judicibus.*

trahendaeque tum vocales. vide not. crit.

Pleniore — canali. „Metaphora est ducta a *tubis* et „*canalibus aquaeductuum.* Ita „enim transtulit ad *arteriam* „*tracheam*, quae *canalis* est „vocis". Pseudo-Turnebus. cf. 7, 2, 51.

sensimque resupina sunt. vide not. crit.

168. *Demosthenes atque Aeschines.* „V. G. Ille huic pro „Coro. c. 90." (p. Rsk. 522. 5) „Ἑτάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαμπρυνόμενον. Hic vero „δάκρυα et τόνον τῆς φωνῆς illi „objicit c. 72 et sq." (contra Ctes. p. Rsk. 602.). „Jusjurandum per *Marathonis — propugnatores* est c. 60. pro Co-

Digitized by Google

brant, non ideo improbandae: cum enim uterque alteri objiciat, palàm eſt utrumque feciſſe. Nam neque ille per Marathonis, et Plataearum et Salaminis propugnatores recto ſono juravit, nec ille Thebas ſermone deflevit. Eſt his diverſa vox, et paene extra or- 169.
ganum, cui Graeci nomen *amaritudinis* dederunt, ſuper modum ac paene naturam vo-

169. *et his diverſa* Turic. Flor. *et eſt h. d.* Camp. *ſuper modum.* Sic Turic. Ambr. 2. *ſupra m.* reliqui. cf. 9, 3, 46. 8, 4, 6. *exercere modum* Turic. Flor. cum Alm. *qui comp.* Turic. Flor.

„rona" (p. Rsk. 297. 11.) „vid 9, 2, 62. 12, 10, 24. „Lamentatio autem Aeſchinis „de Thebis c. 49. contra Cte„ſiphontem" (p. Rſk. 544.) „Νομίσατε ὁρᾶν ἁλισκομένην τὴν „πόλιν, τειχῶν κατασκαφὰς, ἐμ„πρήσεις οἰκιῶν etc." Geſnerus.

neque ille — nec ille. In duplici *ille* cf. 2, 8, 11. *rectum ſonum* et *ſermonem* conjungi eidemque rei ſignificandae adhiberi apparet, velut modo §. 162. *vocem ſermoni proximam — ſonum ſimplicem*, cui opponitur *flexus vocis* (§. 170.) et *plaſma*, ſed tale quod reprehenſione vulgo huic vocabulo haerente careat: cf. de *plasmate* 1, 8, 2.

169. *extra organum.* cf. §. 40.

Graeci nomen amaritudinis. Hoc nominis uſurpatum videtur Graecis artificibus vocem et pronunciationem formantibus, quorum quidem libri aetatem non tulerunt. Neque enim adhuc quisquam potuit πικρίας in voce uſum demonſtrare apud Graecos ſcriptores, et quam Pſeudo-Turnebus ille, velut ſatis cognitam, memorat πικροφωνίαν, fruſtra quaerimus. Res ipſa tamen, quae ſignificetur, facile agnoſcitur; cum praeſertim *acerba* eadem vox appelletur, quae denominatio eſt §. 32. quoque. Hinc Erneſtus in technologia Graeca p. 265. rectiſſime definit, „eſſe vocem *acer*„*bam* i. *amaram*, cum quis „indignatione vel alio affectu „abreptus ita faucium et vo„cis veluti terminos excedat, „ut ſonus oriatur abſonus, „pueriliter clamoſus, atque „exilitate ſua peſſime aures „afficiens." Idem in techn.

Digitized by Google

cis humanae acerba: *Quin compeſcitis vocem iſtam, indicem ſtultitiae, teſtem paucitatis?* Sed id, quod excedere modum dixi, in illa parte prima eſt, *Quin compeſcitis.* Epilogus, ſi enumerationem rerum habet, deſiderat quandam conciſorum continuationem; ſi ad concitandos judices eſt accommodatus, aliquid ex iis, quae ſupra dixi; ſi placandos, incli-

170. *conciſiorum* Ambr. 2. cum Bern. *conciſſiorem* Voſſ. 2. 3. Hic vocem omittit Camp. et mox inſerit poſt *dixi*, omiſſis *ſi placandos*, quae deinde reponuntur inter *quandam* et *lenitatem*, omni ſententia obruta. *ex is* Turic. Ambr. 2. *ex his* Camp. Goth. (tac. Geſn.). *dixi plagatos* Turic. Flor. *placatos* ex Alm. affertur. *quandam ſi lenitatem* Turic. Flor. cum Alm. *lenitatem miſericordia* Ambr. 2. Guelf. *flexus* Turic. Flor. *flexibilem* Guelf. Camp. *quae praecipue* Turic. Flor. *quia pr.* Guelf. *quoque eſt* Turic. Flor. *videbas* Ambr. 2. Guelf. cum Voſſ. 1. *etiam morbos* Flor.

Latina p. 5. valde huc facientem demonſtrat Valerii Maximi locum 8, 7. extern. 1. „(Demoſthenes) propter ni„miam exilitatem *acerbam* au„ditu vocem ſuam exercita„tione continua ad *maturum* „et gratum auribus ſonum „perduxit.“

Quin compeſcitis. Cic. pro Rabir. perd. c. 6. ubi ſane *continetis* legitur, ſed in noſtro quidem ſcriptore MSS. ad unum omnes dant noſtrum, quibus accedit Barberinus Garatonio memoratus ad loc. Cic.

170. *conciſorum continuationem.* Brevia illa *conciſa* (qua voce utitur et 10, 7, 10. cum plerumque appellentur *inciſa*, velut 9, 4, 2. 22. 44 et paſſim, quanquam decimo libro adjectivi magis eſt uſu, hic ſubſtantivi) celeri pronunciatione ſunt continuanda, ut velocem, quae audienti praeſtatur, rerum ἀναπαλαίωσιν cito peragant. cf. 6, 1, 1. ſeqq.

quae ſupra dixi. cf. §. 166. 169. fortaſſe et 162.

ſi placandos — commovendos. Rarior eſt haec repetendae ante accuſativos praepoſitionis omiſſio. Quam ſi contra libros inſerere tentes, non congruere ſentias ante vocem *miſericordia.* Quae ipſa noſtro etiam haud dubie cauſa fuit, cur inſolentiorem junctu ram admitteret.

Digitized by Google

natam quandam lenitatem; si misericordia commovendos, flexum vocis, et flebilem suavitatem, qua praecipue franguntur animi, quaeque est maxime naturalis. Nam etiam orbos viduasque videas in ipsis funeribus canoro quodam modo proclamantes. Hic et- 171
iam fusca illa vox, qualem Cicero fuisse in Antonio dicit, mire faciet: habet enim in se, quod imitamur. Duplex est tamen miseratio; altera cum invidia, qualis modo dicta de damnatione Philodami: altera cum deprecatione demissior. Quare, etiamsi est in illis 172
quoque cantus obscurior, *In coetu vero po-*

171. *dicit.* Omittit Camp. *faciet.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. (quanquam in hoc ob defectum versus desinentis *ci* omittitur) cum Goth Jens. et edd. posterr. ante Gryph. Reliqui *facit*, unde recedentem Camp. non notavi. *imitamur.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. (quanquam hic *imiramur*) cum Alm. Voss. 2. Jens. Tarv. *miratur* Goth. *imitemur* reliqui. *dicta* omittit Camp. *dampnatione Philolam* Turic. *dimissior* Flor. Camp.

171. *Hic — faciet.* Probabiliter Francius reponit *Huc* pro *hic.* cf. 4, 2, 55. Nisi tamen propria est locutio *mire facere in aliqua re* pro: *praeclarum esse, et multam virtutem exercre*, quale est, quod sequitur §. 173. *mire facit in peroratione — confessio.* Et fuit observata haec *faciendi* potestas, quasi remediorum proficientium propria, de qua agit Burm. ad nostri Decl. 8. 4. p. 169. nec praetermittunt Lexica.

habet — quod imitamur. Eum ipsum affectum, quem fingendo imitamur, praestat fusca illa vox, qualem in Antonio fuisse narrat Cicero Bruto c. 38. ubi, quantopere miserationi movendae profuerit illa, idem testatur.

modo dicta. §. 162.

172. *In coetu* et *Vos Albani*, vid. §. 167. Est autem

Digitized by Google

puli Romani; non enim haec rixantis modo dixit: et, *Vos, Albani tumuli;* neque enim, quasi inclamaret, aut testaretur, locutus est: tamen infinito magis illa flexa et circumducta sunt, *Me miserum, me infelicem.* et, *Quid respondebo liberis meis?* et, *Revocare tu me in patriam potuisti, Milo, per hos; ego te in eadem patria per eosdem retinere non potero?* Et cum bona C. Rabirii uno sestertio addicit, 173 *O meum miserum acerbumque praeconium.* Illa quoque mire facit in peroratione velut deficientis dolore et fatigatione confessio: ut pro eodem Milone, *Sed finis sit: neque enim prae lacrimis jam loqui possum.* Quae similem ver-

172. *pr. non enim quasi inclamare et aut* Turic. Flor. eum Alm. omissis interjectis ex homoeoteleuto, quare suspiceris, iterum quoque pro *neque enim* fuisse *non enim*, quod anaphorae commendatione sane blanditur. *quas inclamaret* Ambr. 2. Guelf. *detestaretur* Camp. cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Gryph. *quidquid respondebo* Ambr. 2. cum Bern. An fuit *Quid? quid r.* Mox *adjicit* Guelf. Camp. cum Jens. Tarv. *adicit* Goth. (tac. Gesn.) *miserum non acerbumque* Turic. Flor.

173. *misere facit* Turic. Flor. Camp. *dolore* Ambr. 2. *et pro eodem* Camp. *praeclarimis* Flor.

obsservatio per se acuta et judicii plenissima, illa quamvis invidiosa in Antonium et Clodium nequaquam increpantis modo fuisse pronunciata a Cicerone; et mirifica eloquendi concinnitas in hisce: *non rixantis modo dixit, non, quasi inclamaret aut testaretur, locutus est.*

infinito magis. cf. §. 4. Loca mox sunt Milonianae c. 37. et 38. extr. Pro C. Rabirio Post. c. 17. Nec dubito, quin recte Bentejus ad Horat. Sat. 1, 4, 14. ex ipso Cicerone reponi jubeat *nummo* pro *uno.* Librorum tamen meorum nullus recedit a vulgata.

Digitized by Google

bis habere debent etiam pronunciationem. Poſſunt videri alia quoque hujus partis atque 174
officii, *reos excitare*, *pueros attollere*, *propinquos producere*, *veſtes laniare*: ſed ſuo loco dicta ſunt. Et quia in partibus cauſae talis eſt varietas, ſatis apparet, accommodandam ſententiis ipſis pronunciationem, ſicut oſtendimus. Sed verbis quoque, quod noviſſime dixeram, non ſemper, ſed aliquando.
1059 An non haec, *miſellus* et *pauperculus*, ſum- 175
miſſa atque contracta; *fortis* et *vehemens* et *latro*, erecta et concitata voce dicendum eſt?

174. *alii quoque* Turic. Flor. *cauſae talis eſt.* Sic Camp. cum Goth. Voſſ. 2. Vall. Bad. *parte talis eſt* Turic. Flor. cum Alm. profecto, qui hic turbare narratur. *cauſa et aliis e.* Ambr. 2. *cauſae et aliis* Guelf. cum edd. ante Ald. *cauſae etiam aliis e.* reliqui, ſine ſenſu manifeſto. *ſi verbis* Turic. Flor. Camp.

175. *At non* Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. cum Voſſ. 2. Vall. Bern. *et pauperculus* omittunt Turic. Flor. *vehemens elatio* Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſterr. ante Ald. *dicendum eſt* pro *dicenda ſunt* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voſſ. 1. 2. et edd. ante Ald. acc. Bad. Hoc igitur in tanto conſenſu verum, eique in praecedentibus *hoc* pro *haec* aptandum judico. Cf. nos ad 1, 11, 13. 2, 17, 30. (Vid. Addenda.)

174. *ſuo loco dicta.* Supra 6, 1, 30.

quia — talis eſt varietas. „Eo quod pro quaque cauſae „parte varianda eſt pronun„ciatio, apparet protinus ſen„tentiis quoque ſingulis can„dem eſſe accommodandam; „quod ipſum tot exemplis „proferendis oſtendimus.“ Neque enim haec partes cauſae agendi differentia demonſtrari potuit niſi ſententiis ex quaque earum promendis. Reſpicit autem ſuam diviſionem §. 155.

175. *haec — dicenda ſunt.* Vid. not. crit.

Digitized by Google

Accedit enim vis et proprietas rebus tali aſtipulatione: quae niſi aſſit, aliud vox, aliud
176 animus oſtendat. Quid? quod eadem verba mutata pronunciatione indicant, affirmant, exprobrant, negant, mirantur, indignantur, interrogant, irrident, elevant? Aliter enim dicitur, *Tu mihi quodcunque hoc regni;* et, *Cantando tu illum?* et, *Tune ille Aeneas?* et, *Meque timoris Argue tu, Drance.* Et, ne morer, intra ſe quisque vel hoc, vel aliud, quod volet, per omnes affectus verſet: verum eſſe,
177 quod dicimus, ſciet. Unum jam his adjiciendum eſt, cum praecipue in actione ſpectetur

176. *negant.* Omittit Camp. *mihi quod cuique eo regni* Turic. Flor. *cantando tullium* Turic. *done ille* Turic. Flor. *Aeneas ſed ſequem timoris argutiis tu dranie* Turic. Flor. *argue* omittit Guelf. *drances* Camp. *Et nemo rerum intra quisque* Turic. Flor. *Et nemo rerum i. ſ. q.* Ambr. 2. cum Bern. *Et nemo rerum inter ſ. q.* Guelf. *Et ne moremur i. ſ. q.* Voſſ. 3. *ho vel* Ambr. 2. *homo vel* Guelf. *per omnis* Flor. Ambr. 2.

niſi aſſit — oſtendat. Conjunctivus in poſteriore verbo plane potentialis eſt: δείξειεν ἄν. Quare alieniſſima Franii conjectura *oſtentat;* nec attendenda Camp. ſcriptura *oſtendit,* fortaſſe et ipſa a corrigente profecta: cf. 5, 12, 20. ubi alia ratio.

176. *eadem verba mutata pronunciatione.* Hoc commode docet exemplo pronominis ſecundae perſonae in locis Virgilianis Aen. 1, 78. Ecl. 5, 25. Aen. 1, 617. 11, 383. Cum tamen ternis ter differentiis rem diſtinguat (cf. per paria euntem §. 87.), miror, plus tribus, minus novem, exemplis defungi noſtrum. Nunc nihil in Virgilianis hisce agnoſco, niſi admirationem et contemtum, tam recta oratione quam per interrogationem ſignificata.

Digitized by Google

decor, ſaepe aliud alios decere. Eſt enim latens quaedam in hoc ratio, et inenarrabilis: et ut vere hoc dictum eſt, *caput eſſe, decere quod facias;* ita id neque ſine arte eſſe, neque totum arte tradi poteſt. In quibusdam 178 virtutes non habent gratiam, in quibusdam vitia ipſa delectant. Maximos actores comoediarum, Demetrium et Stratoclea, placere diverſis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirum, quod alter deos, et juvenes, et bonos patres, ſervosque, et matronas, et graves anus

177. *decor.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. *decorum* reliqui, niſi quod *deorum* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. quod inveniebat Regius. *alios decedere* Turic. Flor. *eſſe, decere.* Sic Turic. (niſi quod *caput* modo, et *decedere*) Flor. Camp. cum Alm. *artis* inſerunt reliqui. Sed *qui* poſt *quod* addit male Camp. *iſta id* Turic. Flor. *id ita* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Ald.

178. *delectatur* Turic. Mode *in quibus vitia* Floril. Santen. per errorem. *auctores* Camp. cum Jenſ. Tarv.

Stratoclea. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. (quorum duo poſtremi omittunt *et*) cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Bodl. Andr. *Stratoclem* reliqui. cf. 4, 1, 77. item 12, 10, 24. *vidiſſemus* Turic. Flor. Quid lateat, non exputo; niſi forte turbatum fuit male continuando *vidi ſed illud minus.* Goth. *videmus,* cui obſtat mox *erat.* Ambr. 2. *illum minus.* Turic. Flor. *melius ſet enim.* Guelf. *m. ſit e.* Voſſ. 1. 3. *m. ſit e.* Goth. *m. ſiunt e.* Camp. *m. ſunt e.*

177. *decor.* cf. 11, 1, 41. *caput eſſe, decere.* vide Cic. de Or. 1, 29. Mox quod *poteſt* Geſnerus mutandum cenſet infinitivo *poſſe,* non perſuadet mihi. Opponuntur haec *verum eſt caput eſſe decere* et *nequit ſine arte eſſe aut totum arte tradi.* Id ipſum apparet poſitu adverbii *ut,* quod in Geſneri ratione inter *eſt* et *caput* demum poni debebat.

178. *Demetrium et Stratoclea.* De his quidem actoribus ſcenicis nihil praeterea comperi.

Digitized by Google

optime, alter acres ſenes, callidos ſervos, paraſitos, lenones, et omnia agitatiora melius. Fuit enim natura diverſa. Nam vox quoque 179 Demetrii jucundior, illius acrior erat. Annotandae magis proprietates, quae transferri non poterant, manus jactare, et dulces exclamationes theatri cauſa producere, et ingrediendo ventum concipere veſte, et nonnunquam dextro latere facere geſtus: quod neminem alium praeter Demetrium decuit: nam-

179. *adnotandae memoriae magis* Turic. Flor. (ex hoc quidem *memorae*, et mox *proprietatis*) Camp. cum Alm. Bodl. Andr. Facilius ſane fuit vocem moleſtiſſimam ejicere quam emendare; ſed ipſe bonam copiam ejurare cogor. *Id* quidem apparet, adjecto aliquo appoſito ad *proprietates longe* melius procederé, quod ſubjungitur iisdem, *quae transferri non poterant.* Indicabantur itaque *proprietates*, quae nullo negotio videbantur cum alio communicari; ut eo mirabilius eſſet, eas ipſas a Demetrio ad Stratoclea non potuiſſe transferri, nec viciſſim. [Quid ſi *mimicae?* h. e. quae non in hominis cujusque natura, ſed in hiſtrionis arte ſitae erant; ita ut ab altero in alterum imitando viderentur poſſe transferri. Buttm.] *theatri eam pr.* Jenſ. cum edd. po-

179. *Annotandae magis.* cf. not. crit.

et dulces — producere. Hic quoque nihil aliud agnoſco niſi *plaſma* (cf. §. 168.), quod non quidem *proferatur* modo, ſed *producatur* i. diutius continuetur ac trahatur, et quidem *theatri*, i. ſpectatorum (cf. 1, 2, 9.), *cauſa*, iis ut placeat actor. Ita mox aliquid *populo datur*, eo tamen, ni fallor, discrimine. ut prius honeſtiores etiam complectatur, alterum ad *ſummam* magis *caveam* ſpectet. cf. 2, 12, 10.

ventum concipere veſte. Ponunt illuſtrandi cauſa locum Ovidianum Art. 3, 501. *Haec movet arte latus tunicisque fluentibus auras Excipit, extenſos fertque ſuperba pedes.*

dextro latere facere geſtus. Hoc illud ipſum eſſe cenſeo, de quo agit §. 74. *id oſtendere maxime latus.*

alium praeter Demetrium. cf. not. crit.

Digitized by Google

que in haec omnia ſtatura et mira ſpecie adjuvabatur. Illum curſus, et agilitas, et vel 180
parum conveniens perſonae riſus (quem non ignarus rationis populo dabat), et contracta etiam cervicula. Quidquid horum alter feciſſet, foediſſimum videretur. Quare norit ſe quisque, nec tantum ex communibus praeceptis, ſed etiam ex natura ſua capiat conſilium formandae actionis. Neque illud tamen 181
eſt nefas, ut aliquem vel omnia vel plurima deceant. Hujus quoque loci clauſula ſit eadem, neceſſe eſt, quae ceterorum eſt, regnare

ſterr. ante Ald. *producere ut in egrediendo* Turic. *p. ut ingrediendo* Flor. Camp. *p. et in ingr.* Alm. *dextra latere* Jenſ. Tarv. *alium Demetrium* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Alm. *a. quam D.* Camp. *a. niſi D.* Voſſ. 1. 3. Suſpicor fuiſſe *alium ut D.* *omnia quaſi ſtatura* Turic. Flor. Camp. cum Bodl. Andr. Ald. *o. quali ſt.* Alm. Fruſtra quaero, quid lateat. *ſpatiae adjuvitur* Turic. Flor. *ſ. admirabatur* Goth.

180. *curſuſus* Ambr. 2. *perſonae reus* Turic. Flor. *contractata* Camp. *cervicalia* Camp. cum Goth.

181. *clauſulae eadem* Turic. *clauſae eadem* Flor. *clauſula eadem* Alm. *certorum eſt* Turic. Flor. *non enim* omittunt Turic. Flor. *neque* omittunt Turic. Flor. cum Alm. *proſequemur* Camp. *temporibus affectionibus* omittunt Turic. Flor. cum Alm. *temporibus affectationibus* Jenſ. cum edd. peſterr. ante Ald. qui *affectibus* cum Bad. qui hoc et in Vall. eſſe narrat; mire, quoniam Goth. Voſſ. 2. noſtrum. *effictionibus* Baſil. Gryph. de conjectura Regii. *moleſte putemur* Turic. cum Alm.

180. *vel parum — riſus.* Hic igitur fuerit ad aures accidens ſpectatorum, movensque alterum ſibi reſpondentem ſpſorum. Sed dubitari poteſt, an recte legamus *riſum*, nulla tamen alia voce magnopere ſe commendante. cf. not. crit. *rationis* interpretare: *rectae r.*

181. *nefas.* cf. 10, 2, 5.

Digitized by Google

maxime modum. Non enim comoedum esse, sed oratorem volo. Quare neque in gestu persequemur omnes argutias, nec in loquendo distinctionibus, temporibus, affectionibus
182 molestе utemur. Ut si sit in scena dicendum,

Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem,
Cum arcessor ultro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?

Hic enim dubitationis moras, vocis flexus, varias manus, diversos nutus actor adhibebit. Aliud oratio sapit, nec vult nimium esse condita. Actione enim constat, non imitatione.
185 Quare non immerito reprehenditur pronun-

182. *num eam* Camp. *arces ultro* Turic. Flor. *Hice dubitatione moris* Turic. Flor. *H. e. dubitationes m.* Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. Goth. Jens. (tac. Gesn., nisi quod posterior cum Tarv. inserit *est* post *enim*) Tarv. Ald. *H. e. dubitatione moris* Camp. *H. e. dubitatione moras* Locat. cum Alm. (ut fertur) et edd. ante Ald. de Regii conjectura. Nostra est a Badio rectissime emendante. *varia manus* Turic. Flor. *diversos natus* Turic. *d. actus* Camp. *d. tutius* Voss. 1. *orator sapit* Guelf. Exc. Santen. *vult minimum* Turic. Flor. Camp.

185. *aeque re non* Turic. *equare non* Ambr. 2. *pron. et vultuosa.* Sic Turic. Flor. *et* omittunt reliqui.

distinctionibus, temporibus, affectionibus. Lucem accipiunt duo priora §§. 35—40. Postremum sanum esse nequit, nec quidquam melius reperio Regiana emendatione, suadentis *effictionibus*; cf. §. 89. 152. 174. 175.

molestе, „nimia et odiosa „diligentia.“ Usum adverbii copiose illustrat, nostro quoque adhibito loco, Vulpius ad Catull. 42, 8. p. 140. cf. mox §. 183. et in re ipsa 1, 11, 3.

183. *pronunciatio — vultuosa.* Gesnerus eodem voca-

Digitized by Google

ciatio et vultuosa, et gesticulationibus molesta, et vocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex Graecis veteres transtulerunt, quod ab iis sumtum Laenas Popilius posuit, esse *hanc inotiosam actionem.* Optime igitur 184
idem, qui omnia, Cicero praeceperat, quae

cf. §. 164. *malesta et* Ambr. 2. cum Voss. 1. *molesta — mutationibus* omittunt Turic. Flor. cum Alm. *et Graecis veteris* Turic. Flor. *et graeca v.* Camp. *ab iis.* Sic Goth. (tac. Gesn.) Camp. *ab is* Ambr. 2. *a bonis* Guelf. *a nobis* marg. Basil. *ab his* reliqui (cf. §. 134.). *Lenax* Goth. (tac. Gesn.) Nos nomen per diphthongum scribimus, hic quidem sine auctoritate libb. Sed ita Turic. et 3, 1, 21.

hanc mososam Flor. Ambr. 2. cum Bern. (cf. Salm. ad Treb. Pollionis Gallien. c. 8. p. 208, nihil agens et quantumvis erudite ineptiens non solum nostro sed et Ciceroni ad Att. 1, 13. obtrudenda voce inaudita, revictus idem ab J. Fr. Gronovio ad Sen. Nat. Quaest. 1, 1.) *h. vitiosam* Guelf. *h. invitiosam* Goth. *h. injocosam* Voss. 1. 3. *h. in ociosam* Camp. *h. mucosam* Tarv. cum Andreana. *actione* Camp.

bulo utentem demonstrat Ciceronem Orat. c. 18. Similia sunt ipsius quoque Ciceronis *actuosus* et sequiorum *gestuosus.*

veteres transtulerunt. Demonstrantur ii, quos cognovimus §. 106. Cave autem *transtulerunt* accipias de vocabulo in latinum conversо, cui non congruit quod „ex „*Graecis*" dicitur, non „ex „*Graeco.*" Nec, si hoc spectasset Qu., integram locutionem subjecisset: *esse hanc.* A *veteribus* igitur hoc sumsit ipse recentiorum unus praeceptorum *Laenas*, de quo cf. 10, 7, 32.

inotiosam actionem. Nec latinam, id quod sane non mirum, nec Graecum huic respondens vocabulum demonstrare adhuc habuerunt VV. DD. nisi quod aptissime Gesnerus confert Lucian. Philopatr. c. 25. p. 614. τὴν περιλυπόσχολον μαθηματικὴν i. astrologiam. Nec igitur dubitare licet, quin ἄσχολον ὑπόκρισιν dixerint Graeci rhetores, etsi nondum nobis quidem animadversi. Talis pronunciatio fuerit *satagentium*, non *agentium*, cf. §. 126.

Digitized by Google

supra ex oratore posui: quibus similia in Bruto de M. Antonio dicit. Sed jam recepta est actio paulo agitatior, et exigitur, et quibusdam partibus convenit: ita tamen temperanda, ne, dum actoris captamus elegantiam, perdamus viri boni et gravis auctoritatem.

184. *qua supra* Turic. *M. Antonio.* Sic Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Stoer. exc. Tarv. Plenum reliqui praenomen, si fides in talibus conferentium diligentiae. *sed etiam* Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. qui *recepta et* pro *r. est* dare narratur. *paulo etiam agitatior* Obr. sed *paulo* ipsum omittit Guelf. *et exigeritur* Turic. Flor. *et exiguitur* Ambr. 2. *etiam e.* Jens. Tarv. *et jam e.* Locat. cum edd. posterr. ante Bad. acc. Basil. *etiam et e.* Bad. Gryph. Quid in verbo productius lateat ed, quod vulgo legimus, non exputo; sed est salebrarum aliquantum in istis *et exigitur, et — convenit.* Jensoniana quidem scriptura paulo tersior, prae qua tamen malim: *quae et exigitur et — convenit.* Qui *exigant* sunt et judices et auditoria. *necdum actori ris c. actoris elegantiam* Turic. Flor. summa vitii paritate, quanquam in Turic. *actori* in fine versus et inde natus error.

184. *supra ex oratore.* „Respicit puto s. 122. In Bruto „de M. Antonio c. 58. *Gestus erat non verba exprimens, „sed cum sententiis congruens: „manus, humeri, latera, supplosio pedis, status, incessus, „omnisque motus, cum verbis „sententiisque consentiens.“* Gesnerus.

et exigitur. cf. not. crit.

viri boni — auctoritatem. Latens et gratus ad ea quae continuo tractanda sunt transitus.

Digitized by Google

ARGUMENTUM LIBRI XII.

Pro. **Gravitas** *argumenti.* — *Oratorem esse debere virum bonum* **Cap.** 1. — 3. *malum ne posse quidem oratorem fieri, cum idem careat sapientia;* — 7. *mente libera;* — 10. *ipsorum, quae tractet, scientia;* — 13. *fide.* — 22. *Quid respondendum iis, qui Demosthenem et Ciceronem tanquam malos viros objiciant.* — 32. *malos destitui eo, quod in quacunque re optimum sit et efficacissimum.* — 35. *malas tamen etiam artes rhetori tractandas esse, ut noscantur.* — 45. *fieri item posse, ut contra veritatem agat vir bonus, malasque causas defendat.* — **Cap.** 2. *Mores oratori excolendi.* — 3. *naturam ad virtutem non sufficere.* — 10. *philosophiae opera danda,* — 14. *dialecticae;* — 19. *ethicae;* — 23. *physicae.* — 31. *oratorem nulli se addicere sectae debere, sed optima quaeque exercitatione et studio complecti.* — **Cap.** 3. *Jus civile noscendum.* — **Cap.** 4. *Exemplorum copia paranda.* — **Cap.** 5. *Plurimum valere animi, et quibus data sit, corporis praestantiam.* — **Cap.** 6. *Qua aetate initium agendi faciendum.* — C. 7. — 7. *Quales causae potissimum suscipiendae.* — 12. *An gratis agendum.* — C. 8. *Summam in discenda causa diligentiam esse ponendam, litigatorem saepius audiendum, instrumenta inspicienda.* — C. 9. — 7. *Nimia laudis cupido reprehenditur.* — 13. *Male dicentiam nocere fere et causae et actori.* — 21. *Quaenam scripto sint praeparanda et quomodo improvisis occurrendum.* — C. 10. *De genere dicendi.* — 10. *plurimum differre genera exemplo docetur pictorum et sculptorum.* — 12. *Recensentur Oratores Latini* — 15.

Digitized by Google

Ciceronis laus et defenſio. — 19. *Diviſio inter Atticos, Aſianos, Rhodios.* — 26. *Demonſtratur vera Atticorum virtus, contra affectatores ejus.* — 35. *Latinos elocutione tantum a Graecis vinci; quod linguae inopia fiori in elementis maxime et accentu docetur.* — 39. *huic incommodo ſententiis et luminibus medendum.* — 48. *refelluntur qui omnem ornatum repudiant.* — 57. *An discrimen ſervandum in agendo et in ſcribendo.* — 65. *Alia diviſio inter ſubtile, grande et floridum genus.* — 72. *his multa interjacere mixta.* — 72. *uſum eſſe omnium.* — 76. *longe diverſum eſſe corruptum licentioſumque genus.* — 80. *bona illa facilia etiam fieri ſtudio: ſed modum ſervandum eſſe in omnibus.* — *C.* 11. — 7. *Finem orandi faciendum eſſe antequam annis deficias.* — *Peroratio operis.* — 13. *non magnam nimis et arduam eſſe tot artium conjunctionem.* — 20. *tempus, modo recte utaris, non deficere.* — 30. *quid praeſtari poſſit, exemplis virorum illuſtrium docetur; et mos dicae quoque eloquentiae uberrimos fructus eſſe monetur.* — 31. *Concluſio.*

Digitized by Google

M. FABII QUINTILIANI

DE

ORATORIA INSTITUTIONE

LIBER DUODECIMUS.

PROOEMIUM.

1042 VENTUM est ad partem operis destinati longe gravissimam. Cujus equidem onus si tantum opinione prima concipere potuissem, quanto me premi ferens sentio, maturius consuluissem vires meas. Sed initio pudor omittendi, quae promiseram, tenuit: mox, quanquam per singulas prope partes labor crescceret, ne perderem, quae jam effecta erant, per omnes dif-

onus sit si Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Voss. 1. 3. Modo *quidem* Camp. *quanto, premi forens* Turic. Flor. *q. m. prime f.* Voss. 1. 3. An *q. p. me f.?* Pro *quanto* Guelf. *quantum*, Camp. *quam nunc.* Mox *omittendo* Turic. Flor. *praemiseram* Camp. *quoque partes* Guelf. cum Jens. et edd. post. ante Stoer. *libor* Flor. *me sustentavit* Turic. Flor. cum Alm. *mensus temptavi* Guelf.

1. *pudor omittendi.* cf. *verecundiam negandi* Ero. 1, 3. 3, 5, 15. Sed hic *pudet ipsum*, illic *verecundatur* aliorum causa.

Digitized by Google

ficultates animo me sustentavi. Quare nunc quoque, licet major quam unquam moles premat, tamen prospicienti finem mihi constitutum est vel deficere potius, quam desperare. Fefellit autem, quod initium a parvis ceperamus. Mox velut aura sollicitante provecti longius, dum tamen nota illa, et plerisque artium scriptoribus tractata praecipimus: nec adhuc a litore procul videbamur, et multos circa velut iisdem se ventis credere ausos habebamus. Jam cum eloquendi rationem novissime repertam, pauciſſimisque tentatam ingressi sumus: rarus, qui tam procul a portu recessisset, reperiebatur. Postquam vero no-

2. *majori — mole premar* Camp. (nisi quod hic *primar*) cum edd. ante Stoer. acc. Gibs. qui et Bodl. testem adjungit. Nostri nostram (quanquam *molet* Flor.), commendatam ipsa varietate, cum modo *quanto me premi* praecesserit. *vim quam* pro *unquam* Ambr. 2. *efficere potius* Voss. 1. *sperare* Guelf. *initium aparuisse* Flor. *sollicitanti* Turic. Flor. *dum tamen.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. cum Alm. *d. tantum* reliqui. *plerisque parcium* Flor. *velut iisdem* omittunt Turic. Flor. Camp. *auros habemus* Turic. *auras habemus* Flor.

3. *pauciſſimos quae* Turic. Guelf. Pro *Jam — tentatam* Goth. nil nisi *tam.* Turic. *ingressumus. qui tam procul.* Primi dedimus e conjectura Gesneri. *quia procul* Turic.

2. *deficere — desperare.* cf. 2, 12, 12.

nec adhuc — et multos. Haec legitimo illo copularum *nec* atque *et* vinculo junguntur (ut mox §. 4. *nec — et longius*), ita ut *et* prope litus esse, *et* multos habere navigationis socios nostrum appareat, qui etsi *longius provectus* nihil tamen praeter nota illa tractet. *Dum,* ut aliqui quoque vidimus, proprio usu indicativum praesentis sibi vindicat.

3. *rarus — reperiebatur.* cf. 6, 2, 3.

Digitized by Google

bis ille, quem inſtituebamus, orator, a dicendi magiſtris dimiſſus, aut ſuo jam impetu fertur, aut majora ſibi auxilia ex ipſis ſapientiae penetralibus petit: quam in altum ſimus ablati, ſentire coepimus. Nunc *coelum undique et undique pontus.* Unum modo in illa 4 immenſa vaſtitate cernere videmur M. Tullium, qui tamen ipſe, quamvis tanta atque ita inſtructa nave hoc mare ingreſſus, contrahit vela, inhibetque remos, et de ipſo demum genere dicendi, quo ſit uſurus perfectus orator, ſatis habet dicere. At noſtra temeritas

qui procul Camp. *q. jam p.* reliqui. *ratus qui* Guelf. *ratis quae* Jenſ. cum edd. poſt. ante Ald. *reperietur* Turic. Flor. cum Alm. *orator jam dicendi* Guelf. *o. dicendi* Voſſ. 1. 3. *aut in ſuo impetu* Turic. Flor. *et ipſis ſententia* Ambr. 2. *ſumus ablati* Jenſ. Tarv. cum Goth. *ſententiae coepimus* Guelf.

4. *modo in illo* Flor. Mox *ipſo* et *ita* omittit Guelf. *mare hoc nave* Guelf. *contrahet* Ambr. 2. *eſt de ipſo* Turic. Camp. *At.* Ambr. 2. *ad.* Goth. (tac. Geſn.)

coelum — pontus. Rectiſſime judicat Geſnerus, nihil hinc ſcripturae Virgilianae Aeneid. 5, 9. accedere auctoritatis, cum Quintilianus memoriter referens loca veterum toties ea immutaverit. Sunt tamen MSS. qui pro vulgato *maria undique et undique coelum* noſtra ipſa exhibeant in verſu Virgiliano. Idem Geſnerus demonſtrat Ovidianum illud Triſt. 1, 2, 22: *Nihil eſt niſi pontus et aër*, cui accedit Horatii dictum *nihil aſtra praeter Vidit et undas* Carm. 3, 27, 31. 32. Aliquid ejusmodi obverſatum eſt noſtro.

4. *M. Tullium.* In eo, qui Orator inſcriptus eſt, libro. Fateor autem, hanc per tot membra continuatam ſimilitudinem mihi non valde placere: cf. 2, 4, 7.

inhibetque remos. De *inhibendo* non quidem *remos*, ſed *navem*, nota res eſt, quid ſe erraſſe Cicero ipſe confeſſus ſit ad Att. 13, 21. qui tamen loci de Or. 1, 33. ſecurus fuit. Haud diligentius

Digitized by Google

etiam mores ei conabitur dare, et assignabit officia. Ita nec antecedentem consequi possumus, et longius eundum est, ut res feret. Et probabilis tamen cupiditas honestorum, et velut tutioris audentiae est tentare, quibus paratior venia est.

I. Sit ergo nobis *orator*, quem consti-2044

Ac. Dein *mores enim* Turic. Flor. *adsignavit* iidem. *antecedentemque c.* Camp. *res paret* Turic. Flor. cum Alm.

Et probabilis. Sic Turic. Camp. conjunctionem omittunt reliqui. *velitioris* Turic. Flor. cum Alm. quanquam ex hoc *relitioris.* Sed *veluti oris* Ambr. 2. Guelf. Exc. Sant. *velocioris* Camp. *tutioris* solum Goth. Jens. cum edd. ante Gryph. *vel tutioris* reliqui praeter Obr. cui nostrum acceptum referimus. *audentiae.* Sic Ambr. 2. Camp. cum Voss. 1. 2. Obr. *audiente* Turic. cum Bodl. *audientiae* Flor. Guelf. Exc. Sant. cum Alm. *audaciae* reliqui.

Inscriptio capitis in Ambr. 2. (neque enim ulla in Turic. Flor.) Guelf. Goth. *non posse oratorem esse nisi virum bonum*, cum edd. praeter Camp. Obr. Gesn. Bip. Primus quidem solus uncialibus eam litteris dat. Nulla capitum hic distinctio in Exc. Santen.

1. *constituimus.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc.

versatum hic esse nostrum credo, aut mutandum *remos* in *remis*, quae ratio impeditior est deficiente accusativo. Nec retro cedentem significare voluit Ciceronem, quod est in *inhibenda nave*, plane ad artis modulum dicta. Vide et Valcken. ad Herodot. 8, 84. Not. 30. Mongaltus ad locum Ciceronis in nostra et ipse est sententia.

ut res feret. Haec verba praecedentibus continuanda sunt; non autem ad sequentia trahenda, quod quibusdam e veteribus etiam placuit. Significant autem *pro re nata*, velut mox c. 1. extr.

audentiae. cf. 8, 3, 27. et videtur mollius vocabulum altero *audaciae.* Ante *quibus* non *eos* intelligi, sed *ea*, facile apparet.

1. *constituimus.* vid. not. crit.

Digitized by Google

tuimus, is, qui a M. Catone finitur, *vir bonus, dicendi peritus;* verum, id quod et ille posuit prius, et ipsa natura potius ac majus est, utique *vir bonus*. Id non eo tantum, quod, si vis illa dicendi malitiam instruxerit, nihil sit publicis privatisque rebus pernicioſius eloquentia, nosque ipsi, qui

Sant. cum Alm. Voss. 3. Vall. Bern. Jens. Tarv. *instituimus* reliqui. „Sensus est, is orator quem constituimus i. „definimus esse oratorem, sit is qui etc. Non enim jam „de institutione sed de constitutione oratoris loquitur." Badius. Nec sufficit quod Burmannus ait praeteritum posse agnosci in verbo, cum praesertim optimi codd. alterum vindicent. „Quem *constituimus* oratorem" eundem dicit noster quem mox „qui *mihi* sit orator." Alia videtur ratio infra §. 28. item 1. Pro. 9. Continuo *quia* Turic. Flor. (hic tamen diremtim) omisso *is*. Sed Ambr. 2. Guelf. *et quia* cum Bern. (posteriores duo itidem diremtim). *et quare* Voss. 3. Mox *definitur* Camp. *verum idque quod et ille* Turic. Flor. Camp. Nobiscum faciunt Ambr. 2. Guelf. Basil. *et* ante *ille* omittunt reliqui. *et ipsa*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum edd. ante Gryph. *etiam i.* reliqui. *non so*, omisso *Id*. Leid. cum Steph. *vis ulla* Goth. (tac. Gesn.). *malitia* Turic. Flor. *nosque ipsi*. Sic Turic. Flor. (nisi quod

a *M. Catone finitur*. cf. 2, 15, 1. Mox *utique vir bonus* referes ad illud quod praecesserat *sit nobis*. Interjecta ista *id quod — majus est*, legitimam habent structuram formulae *id quod*: cf. 3, 6, 1. hic §. 9. item Drakenb. ad Liv. 6, 17, 6.

Id non eo tantum. Qui hic aliquid interpretamenti afferre dignati sunt, veteres illi philologi, male supplendum statuerunt *spectat*, vel *pertinet*, cum *eo* loci acciperent adverbium et sic devenirent ad mutandum mox *quod* in *ut*. Est autem pro *propterea*. cf. 4, 2, 80. Nec tamen difficultate caret locus, cui anacoluthon quoddam ineſt, non quidem negligentia, sed consulto admissum. Procedebat enim ratio consueta hoc modo, ut post illud *non tantum* inferretur *sed etiam*, quod nus-

Digitized by Google

pro virili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati ſumus, peſſime mereamur de rebus humanis, ſi latroni comparamus haec
2 arma, non militi. Quid de nobis loquor? Rerum ipſa natura in eo, quod praecipue in-

hi *ipſa* et continuo *quae*) Ambr. 2. Guelf. Exc. Sant. Camp. cum Goth. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante Gryph. Ex Alm. *nos quoque i.* reliqui *ſed nos quoque i.* Praepoſtera ratione, qua ſuum damnum majus eloquentiae incommodo ſignificet, et mox tamen a ſua perſona, per figuram aliquam modeſtiae, ad naturam ipſam recedat. Nimia ſibi licere ratus eſt, qui haec mutavit, ut *ſed quoque* undeunde extunderet. In mutata autem ea, quae adhuc obtinuit ſcriptura id quoque notandum, quod nulla eſt diverſitas earum rerum, quae per *non tantum* et *ſed — quoque* opponuntur invicem. *pro uili uili parte* Turic. *pro uili utri p.* Flor. *comparamus.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. *comparemus* reliqui. *non multi* Bern. viciſſim mox §. 6. *militum* pro *multum* Camp.

2. *quidem de* Bern. *loquar* Flor. *quod praecipue — vi-*

quam hic comparet. Sententia eo redit, non tantum eloquentiam omnemque ejus augendae et provehendae laborem in damnum cedere humani generis, ſi viri mali fiant oratores; ſed vocis ipſius munus a natura hominibus conceſſum ſic converti in eorundem perniciem et poenam. Gradus eſt ab arte nocente ad naturam novercam. Jam, pro illo quod expectabatur *ſed etiam*, magno cum affectu interjecit: *Quid de nobis loquor?* Eleganter autem *inſtruxerit* dictum eſt quaſi *armaverit*, ſed levius, ut poſſet mox inſurgere oratio iis quae memorantur *armis*. Habet ſane *Id* aliquam ſtructurae inſolentiam, qua ut levarentur, aliquot editores omiſerunt, ſatis leviter illi. Equidem pronomen refero ad praeceptum modo datum, ut *vir bonus* ſit orator, nec quidquam intelligo niſi illud ipſum *ſit*, nominativum agnoſcens in vocabulo *Id*, non accuſativum, quaſi ſubaudiendo *praecipio, dico*, quae fortaſſe aliquis probet. Sed ſimpliciſſima ratio eſt, ut ita haec cogitando continuaverit noſter: „vir bonus ſit orator, „ſitque id (i. talis) non pro„pterea ſolum, ſed“ cet. [Vid. Add.]

Digitized by Google

dulsisse homini videtur, quoque nos a ceteris animalibus separasse, non parens, sed noverca fuerit, si facultatem dicendi, sociam scelerum, adversam innocentiae, hostem veritatis invenit. Mutos enim nasci, et egere omni ratione, satius fuisset, quam providentiae munera in mutuam perniciem convertere. Longius tendit hoc judicium meum. Neque enim
1045 tantum id dico, eum, qui mihi sit orator, *virum bonum esse oportere:* sed ne futurum quidem oratorem, nisi virum bonum. Nam certe neque intelligentiam concesseris iis, qui, proposita honestorum ac turpium via, pejorem sequi malent, neque prudentiam, cum

detur omittunt Turic. Flor. cum Alm. *quo praecipue* Ambr. 2. cum Jens. et edd. post. ante Ald. (nisi quod prius omittit Rusc.). *indulsisset* Camp. cum Goth. *incluisse* Voss. 1. *indulxisse* Voss. 2. *nos quoque* Jens. (tac. Gesn.) Tarv. male transponentes. *quo nos* sine *que* Turic. Flor. Continuo *a* om. Goth. *animantibus* Camp. *superasse* Guelf. Exc. Sant. *parans est* Turic. Flor. *parens est* Camp. *multos enim sciet gere omni* Turic. Flor. *multos e. non n. e. e. o.* Guelf. *m. autem n. e. e. o.* Camp. *multos* Voss. 2. 3. quoque et Bern. *Muros etiam n.* Goth. (err. Gesn.) *Muta e.* Voss. 1.

3. *tendit* om. Voss. 1. 3. *qui mihi sit orator.* Sic Camp. *qui mi sit o.* Turic. *qui misit o.* Flor. cum Alm. *mihi* om. reliqui. *oporterem nisi virum,* omissis interjacentibus, Turic. cum Flor. et Alm. nisi quod ex his *oporterem* non affertur. *eis qui proposita* Flor. *his q. p.* Guelf. *priorem* Goth. (tac. Gesn.). *malent.* Sic Turic. Ambr. 2. *mallent* Guelf. Exc. Sant. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2. 3. *malunt* Camp. cum edd. ante Bad.

2. *quoque nos—separasse.* remittit ad 2, 16, 16. 17. Recte Pseudo-Turnebus nos

Digitized by Google

in graviſſimas frequenter legum, ſemper vero malae conſcientiae, poenas a ſemet ipſis improviſo rerum exitu induantur. Quod ſi neminem *malum* eſſe, *niſi ſtultum* eundem, non modo ſapientibus dicitur, ſed vulgo quoque ſemper eſt creditum: certe non fiet unquam ſtultus orator. Adde quod ne ſtudio quidem operis pulcherrimi vacare mens, niſi omnibus vitiis libera, poteſt: primum quod in eodem pectore nullum eſt honeſtorum turpiumque conſortium, et cogitare optima ſimul ac deterrima non magis eſt unius animi, quam ejusdem hominis bonum eſſe ac malum: tum illa quoque ex cauſa, quod mentem tantae rei intentam, vacare omnibus aliis, etiam culpa carentibus, curis oportet. Ita demum enim libera, ac tota, nulla diſtringente atque alio

qui cum reliquis *malint* ex ipſius conjectura: cf. 1, 5, 64. *prudentiam cujus in* Turic. Flor. Camp. *p. iis cum in* Voſſ. 1. *p. cum* Jenſ. cum edd. ante Ald. Noſtrum Ambr. 2. Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. Obr. *p. qui in* Ald. cum edd. ante Stoer. *p. iis qui in* reliqui. *inducantur* Gryph. cum poſterr. ante Obr. peſſime.

4. *ſapientibus.* Sic Turic. Flor. cum Alm. *a ſ.* reliqui. *Adde* om. Turic. Flor. cum Alm. cf. 10, 1, 33. *ſtudia* Turic. Flor. *pulcherrimae* Flor. *quod ſi in* Turic. Flor. Camp. cum Alm. *bonum eſt ac* Turic. Flor. *eſſe bonum ac* Camp.

5. *omnibus etiam culpa aliis carentibus aliam etiam cu-*

4. *ſapientibus dicitur.* Velut toti Socraticae domui.

5. *nulla — ducente cauſa.* Non profecto displicet Rollini conjectura, *cura* reponi cupientis. Nam quod modo eſt *aliis — curis*, Quintiliano condonandum. Nec procul *cauſa.*

Digitized by Google

ducente cauſa, ſpectabit id ſolum, ad quod accingitur. Quod ſi agrorum nimia cura, et 6
1046ſollicitior rei familiaris diligentia, et venandi voluptas, et dati ſpectaculis dies, multum ſtudiis auferunt: (huic enim rei perit tempus, quodcunque alteri datur) quid putamus facturas cupiditatem, avaritiam, invidiam? quarum impotentiſſimae cogitationes ſomnos etiam et illa per quietem viſa perturbant. Nihil eſt enim tam occupatum, tam multiforme, 7

ris Turic. Flor. *oporteat* Turic. Flor. Camp. cum Alm. *ut* ſuſpicor. male.

6. *agroeorum n. eur tuendi et ſolhitiora* Turic. Flor. (hie *ſolliciora*). *corporum* pro *agrorum* Ald. cum edd. poſt. ante Stoer. de conjectura Regii levi illa et intemperanti, quam tamen reduxit Gibſ. *et venandi* om. Turic. Flor. cum Alm. et latere videtur in illo quod praeſumſerunt *tuendi*. Ante *venandi* om. *et* Guelf. Goth. Jenſ. (tae. Geſn.) Camp. (qui transponit etiam *vol. ven.*), cum Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. nec displicet, ſi paria accipiantur duo occupationum, quibus ſingulis interjiciatur copula. *quorum impotentiſſime*, Turic. *ſomnus* Turic. Flor. *etiam et.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Inſerunt *ipſos* reliqui. *perturbent* Ambr. 2. Guelf. cum Jenſ. Tarv.

7. *Nihil enim eſt* Camp. *tam* om. Goth. *celeratum* Turic. Flor. *mens mala* Floril. Sant. non displicet. *ſpecuriis* Turic. *prae curis* Guelf. cum Goth. Voſſ. 2. Jenſ. Tarv. *labore* om. Turic. Flor. cum Alm. *etiam cum* Ambr. 2.

6. *Quod ſi agrorum nimia cura — dati ſpectaculis dies.* Aliquid ſimile hisce 1, 12, 18. *cupiditatem.* cf. 5, 12, 6. et mox §. 24. *cupiditas corrumpat.* Mox *illa per quietem viſa* i. ſomnia nemo non accuſativum acceperit, nec quidquam hinc alieni habet, in quo tamen haeret Burmannus, quod *impotentes affectuum cogitationes perturbant ſomnia* i. terrore ea complent. *viſa* nominativum exiſtimare ſuſtinuit Capper.

Digitized by Google

tot ac tam variis affectibus conciſum atque laceratum, quam mala mens. Nam et cum inſidiatur, ſpe, curis, labore diſtringitur: et jam, cum ſceleris compos fuit, ſollicitudine, poenitentia, poenarum omnium expectatione torquetur. Quis inter haec litteris, aut ulli bonae arti locus? Non hercle magis, quam frugibus in terra ſentibus ac rubis occupata. 8 Age, non ad perferendos ſtudiorum labores neceſſaria frugalitas? Quid igitur ex libidine ac luxuria ſpei? Non praecipue acuit ad cu-

Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. cum Vall. et edd. ante Ald. *et etiam cum* Voſſ. 3. *et cum* Ald. de Regii conj. ſed ſic et Floril. Sant. *compos fuit.* Sic Camp. *compoſuit* Turic. Flor. *compoſuerit* Alm. *compos fuerit* reliqui. *poenit. et poen.* Floril. Sant. *ſollicitudinem omnium* Turic. *poenit. poen.* omiſſis. *articulos. Non* Flor. Ambr. 2. *arti cultus. N.* Jenſ. cum edd. poſt. ante Ald. acc. Bad. *hercule* Guelf. ſolus hic quidem; cf. 11, 3, 9. *interea* Jenſ. meorum ſolus.

8. *aut luxuriae* Jenſ. cum edd. poſt. ante Bad. *et l.* Goth. (tac. Geſn.). *nomen praecipue acui* Turic. Flor. *lax-*

7. *conciſum atque laceratum.* An dicemus, obverſatum eſſe locum Platonicum, quo reſpicit Tacitus Annal. 6, 6.? cf. Heind. ad Gorg. Plat. §. 170. p. 269. Eſt enim longe convenientior Taciti verbis ille ex Gorgia prolatus ſenſus, quam quem indicat Lipſius reipublicae Plat.

compos fuit. Dictum pro hisce: *compos factus eſt.* [Niſi forte melius ita explicandum: *patravit quod voluit.* Buttm.]

aut ulli bonae arti. Apparere puto, *artem* hic generatim dici de omni occupatione, ἐπιτηδεύματι, moribus, non proprie de eruditione, quae jam erat in *litteris.* Plerumque enim *bonae artes* ſunt hominis, non ſtudioſi, nec ad litteras pertinent.

8. *neceſſaria frugalitas.* cf. 11, 3, 19.

Digitized by Google

piditatem litterarum amor laudis? Num igitur malis esse laudem curae putamus? Jam hoc quis non videt, maximam partem orationis in tractatu aequi bonique consistere? Dicetne de his secundum debitam rerum dignitatem malus atque iniquus? Denique, ut 9
maximam partem quaestionis eximam, demus, id quod nullo modo fieri potest, idem ingenii, studii, doctrinae, pessimo atque optimo
2047viro: uter melior dicetur orator? Nimirum qui homo quoque melior. Non igitur unquam malus idem homo, et perfectus orator. Non enim perfectum est quidquam, quo me- 10
lius est aliud. Sed, ne more Socraticorum nobismet ipsi responsum finxisse videamur,

dis esse. Num iidem. *laudem. N.* Goth. (err. Gesn.). Mox *esse* om. Guelf. *in tractatum* Flor. *malos a. iniquos* Flor.

9. *eximiam* Camp. cum Jens. Tarv. Voss. 2. sed Goth. non item. *demus de id* Turic. Flor. et mox *id enim ingenii* iidem. *quid homo* Turic. Flor. *quod h.* Camp. *malis idem* Flor. *malus id est* Ambr. 2. *Non igitur — orator* om. Camp.

10. *est nemo re Socr.* Turic. Flor. (nisi quod hic *nemore*). De *est* et *sed* confusis cf. §. 2. *sit aliis adeo* Turic. Flor. cum Alm. *et audeat* Turic. *futurum oratorem* om. Ambr. 2. Guelf.

laudem curae. Ne hic quidem *laudis curam* dixit; cf. 3, 8, 46. item 9, 3, 74.

in tractatu aequi bonique. cf. 1. Pro. 16.

9. *idem ingenii.* Suspicor interponendum *esse;* neque enim eo omisso recte subjiciatur *quod nullo modo fieri potest*; nisi putide admodum hoc referas ad ipsum verbum *demus*, quasi nos ipsi impertiamus *ingenium, studium, doctrinam. Demus* est *concedamus;* cf. 4, 1, 24.

10. *more Socraticorum.* Videtur hoc vulgo objectum esse philosophis Socraticis, fingere sibi faciles nec valde formidabiles adversarios.

Digitized by Google

sit aliquis adeo contra veritatem obstinatus, ut audeat dicere, eodem ingenio, studio, doctrina praeditum nihilo deteriorem futurum oratorem malum virum, quam bonum. Con-
11 vincamus hujus quoque amentiam. Nam certe nemo dubitabit, omnem orationem id agere, ut judici, quae proposita fuerint, vera et honesta videantur. Utrum igitur hoc facilius bonus vir persuadebit, an malus? Bonus qui-
12 dem dicet saepius vera atque honesta. Sed etiam si quando aliquo ductus officio (quod accidere, ut mox docebimus, potest) falso haec affirmare conabitur, majore cum fide necesse est audiatur. At malis hominibus ex contemtu opinionis, et ignorantia recti, nonnunquam excidit ipsa simulatio. Inde immo-

11. *Nam certe.* Sic Turic. Camp. *hoc* inserunt reliqui. *dubitavit* Turic. Flor. Camp. cum Alm. *orationem.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. *oratorem* reliqui. *agere vitium quae* Turic. Flor. *proposita* om. Turic. Flor. cum Alm. *prepositа* Ambr. 2. *vera* Ambr. 2.

quidem dicet. Sic Turic. Flor. Camp. *et* inserunt reliqui.

12. *quod occideret* Flor. *majore* om. Camp. *malus ho-*

12. *ut mox docebimus.* Infra a §. inde 33. Qui tamen minus faveat nostro, poterit sane miris modis exagitare eum hoc quoque inter commoda virtutis recensentem, quod species ejus externa et bona fama inde nata possint interdum fucum facere judicibus.

opinionis. cf. 2, 12, 5.

immodeste — sine pudore. Puto interesse, quod prius modo caret, alterum mentiendi turpitudinem non sentit. *Proponere* enim potestate illa oratoria dicitur, qua indicunt res mox probandas: cf. 11, 3, 163. Vir malus hic quoque nimia pollicetur, fiandi iis securus.

Digitized by Google

deſte proponunt, ſine pudore affirmant. Se- 13
quitur in iis, quae certum eſt effici non poſſe,
deformis pertinacia, et irritus labor. Nam
ſicut in vita, in cauſis quoque, ſpes impro-
bas habent. Frequenter autem accidit, ut
his etiam vera dicentibus fides deſit, videa-
turque talis advocatus malae cauſae argumen-
tum. Nunc de iis dicendum eſt, quae mihi 14
quaſi conſpiratione quadam vulgi reclamari
videntur. *Orator ergo Demoſthenes non fuit?*
atqui malum virum accepimus. *Non Cicero?*
atqui hujus quoque mores multi reprehende-
runt. Quid agam? magna reſponſi invidia

minibus Turic. Flor. *conceptu* Jenſ. cum poſterr. ante Bad. *unde immodeſte* Camp. *pudore adfirmantur* Turic. Flor. *ponderc a.* Camp. cum Andreana.

13. *pertinatio* Flor. *vita, in.* Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. *ita* inſerunt reliqui. *at iis etiam* Turic. Placebat, niſi quod *his* pro *talibus* dictum accipio.

14. *reclamare* Guelf. *at quicqui malum* Turic. Flor. *at quicquid m.* Camp. *accipimus* Turic. Flor. *Cicero qui hujus* Turic. *C. cujus* Camp. *C. atque h.* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *magni reſponſa* Turic. Flor. *magis r.* Camp. *ſubeunda mitigandae,* omiſſo *eſt,* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſt. ante Ald. *ſubeunda eſt — ut omnia* om. Flor.

13. *ſpes improbas* i. nimias, nec ulli fruſtrationi cedentes.

talis advocatus. Qualis Pollioni viſus eſt Labienus. cf. 4, 1, 11.

14. *magna reſponſi invidia.* Haec eo cernitur, quod ne hos quidem viros ad ſummam, quo eniti poſſit natura humana, eloquentiam perveniſſe dicturus eſt §. 18. *mitigat* ergo *aures* negans illam multis creditam horum improbitatem. De ipſa locutione cf. 4, 5, 9. *Enim,* quo levari ſe cupit Regius, inchoat illam *aurium mitigationem,* quod ipſum monuit Badius.

Digitized by Google

ſubeunda eſt, mitigandae ſunt prius aures. 1048
15 Mihi enim nec *Demoſthenes* tam gravi morum dignus videtur invidia, ut omnia, quae in eum ab inimicis congeſta ſunt, credam; cum pulcherrima ejus in republica conſilia et
16 finem vitae clarum legam. Nec *Marco Tullio* defuiſſe video in ulla parte civis optimi voluntatem. Teſtimonio eſt actus nobiliſſime conſulatus; integerrime provincia adminiſtrata; et repudiatus vigintiviratus; et civilibus bellis, quae in aetatem ejus graviſſima inciderunt, neque ſpe neque metu declinatus

15. *tam graviorum* Turic. cum Alm. *dignus* om. Camp. *congeſtas incredam* Turic. *cum pulcherrima.* Sic Turic. Camp. cum Alm. *et* inſerunt reliqui. *ejus rei publicae* Ambr. 2. Guelf. (quanquam hic *r. p.*) cum Goth. Jenſ. et edd. poſt. ante Ald.

16. *Nec* om. Turic. Flor. cum Alm. Pro *Marco* notam ſolam Guelf. Goth. Camp. cum edd. ante Stoer. *cujus optimi* Flor. Camp. *Teſtimonium eſt habitus* Camp. *integerrime — vigintiviratus* om. Turic. Flor. cum Alm. *neque ſpe* om. iidem. *metus declinatus* Turic. Flor. *idem* pro *id eſt* Camp. *optimis partibus rei p. ſe j.* Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſt. ante Ald. *jungerentur* Turic. Flor.

15. *Demoſthenes tam gravi — invidia.* Geſnerus ad Lucianum ablegat in encomio Demoſthenis ſumma quaeque de ejus animo referentem: qui certe, quae fuerit multorum ſui temporis hominum de oratore ſententia, prodit. Nobis quoque opera Demoſthenis volventibus nemo hoc eripiet, addictum patriae civem fuiſſe et rigidam libertatis ſatellitem. *Invidia* hic eſt pro *infamia*, ſed lenius vocabulum. Nimis tamen prope ſe ipſum hic ſequitur.

16. *in ulla parte.* cf. 2, 16. 18.

repudiatus vigintiviratus. vid. Vellej. 2, 45. collato Dione Caſſ. 38, 1 ſqq., ipſumque Ciceronem ad Att. 9, 2. et lib. 2, 6.

Digitized by Google

animus, quo minus optimis se partibus, id est, reipublicae, jungeret. Parum fortis vi- 17
detur quibusdam: quibus optime respondit ipse, *non se timidum in suscipiendis, sed in providendis periculis*: quod, probavit morte quoque ipsa, quam praestantissimo suscepit animo. Quodsi defuit his viris summa vir- 18
tus: sic, quaerentibus, an oratores fuerint, respondebo, quomodo Stoici, si interrogentur, an sapiens Zeno, an Cleanthes, an Chrysippus, respondeant, Magnos quidem illos ac venerabiles, non tamen id, quod natura ho-

18. *si interrogantur* Turic. Flor. *si interrogarentur* Camp. cum Goth. et edd. ante Ald. Hoc ipsum verum suspicor, modo et mox *respondebant* reponatur pro *respondeant*. Neque enim recte se Stoicorum exemplo tuetur noster, si illorum quoque responsionem fingit modo, qualem possint reddere, non prodit eam, quam vere dederint. Latere autem, quod probo, in ipsa vetustissima scriptura puto. *Chrysippus ipse, resp.* Sic Ambr. 2. *Ch. ipsi r.* Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Voss. 2. et edd. ante Gryph. *ipse* om. reliqui. Sed Goth. *Ch. qui r.* *magno quidem* Flor. *summum habebat* Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. post. ante Basil. *s. habeat* Camp. non male.

17. *respondit ipse*. Haec ipsa quidem, quae continuo recensentur, Ciceronis verba non invenio, nec demonstrarunt VV. DD. Sententiam saepissime profert, cum in epistolis queritur de temeritate Pompejanorum, velut Famill. 6, 21. multisque praeterea locis. Gesnerus hanc vanam Ciceronis et pro ipso jactationem arguit, qui ne morti quidem ejus multum fortitudinis affuisse censet, simul usus ipsa Senecae patris ad laudem Ciceronis tendente Suasoria 7.

praestantissimo — animo. Non est quod cum Francio et Burmanno reponere velis *praesentissimo*. cf. 6, 1, 25.

18. *si interrogentur*. cf. not. crit.

Digitized by Google

19 minis ſummum habet, conſecutos. Nam et Pythagoras, non *ſapientem* ſe, ut qui ante eum fuerunt, ſed *ſtudioſum ſapientiae* vocari voluit. Ego tamen ſecundum communem 1049
loquendi conſuetudinem ſaepe dixi, dicamque, *perfectum oratorem* eſſe Ciceronem; ut amicos et *bonos viros*, et *prudentiſſimos* dicimus vulgo, quorum nihil niſi perfecte ſapienti datur. Sed cum proprie, et ad legem ipſam veritatis loquendum erit, eum quae-
20 ram oratorem, quem et ille quaerebat. Quanquam enim ſtetiſſe ipſum in faſtigio eloquentiae fateor, ac vix, quid adjici potuerit, invenio, fortaſſe inventurus, quod adhuc absci-

19. *conſecutos ut Pyth.* Camp. *ſed ut qui* Turic. *ſe et qui* Jenſ. Tarv. *ſe ut et qui* Locat. Ven. Ruſc. *ante fuerunt* Camp. *et ſtud.* Turic. *vocare vol.* Turic. Flor. Camp. *viros ſed prudentiſſime* Turic. Flor. Poſtremum Alm. quoque. *cumque proprie* Turic. Flor. *erit cumque oratorem* Turic. Flor. (qui poſterior infra etiam §. 34. *cum ad* pro *eum ad*): ab Alm. *quaeram* abeſſe dicitur. *quaeram eloquentiae oratorem* Camp. *quaerebat* om. Obr.

20. *ſtetiſſe eum* Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. exc. Ald. *eloquentiae* om. Turic. Flor. Camp. c. Alm. *quid adhuc* Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. (qui viciſſim ſupra *quod adjici*) c. Goth. Voſſ. 2. 3. Alm. et edd. ante Gryph. *abſciſurum.* Ita ſine libris etiam hic emendare debui vulgatum *abſciſſurum*, cum alibi addicentes

19. *quem et ille quaerebat.* Veluti in Oratore c. 2. 29. Demonſtrat Geſnerus et Craſſi ſententiam de Or. 3, 22.

20. *quid adjici — quod — abſciſurum.* cf. 10, 1, 106. *illi nihil detrahi poteſt, huic nihil adjici.* — *adhuc* i. ad ea ſ. praeter ea quae jam abſcidiſſe putandus eſt.

Digitized by Google

ſurum putem fuiſſe (nam fere ſic docti judicaverunt, *plurimum in eo virtutum, nonnihil fuiſſe vitiorum:* et ipſe ſe multa ex juvenili abundantia coërcuiſſe teſtatur): tamen quando nec ſapientis ſibi nomen, minime ſui contemtor, aſſeruit; et melius dicere, certe data longiore vita, et tempore ad componen-

illos habuiſſem; vid. ad 9, 4, 118. Nemo quidquam *abſcindet* ſupervacui, ſed aut *recidet* aut *abscidet.* *nam et fuiſſe ſic dicti* Turic. Flor. *ipſe ſe.* Sic Turic. Flor. Camp. transponunt reliqui. *ex juvenili.* Sic Turic. Flor. cum Alm. *illa* inſerunt reliqui. *juvenali* Ambr. 2. *tamen quia* Guelf. *quando donec ſapientiſſimum ſibi* Turic. Flor. Ex Alm. *ſapientiſſimum* ſolum affertur. *certa data* Guelf. *longiora ut et tempora ad componendam ſecuriora* Turic. Flor. cum Alm. (quanquam ex hoc *tempore, componendum, ſecuriore* afferuntur). Nos eam repraeſentamus ſcripturam, quam Burmannus ſuaſit, et a qua libri ceteri in eo tantum recedunt, quod pro *et tempore ad* dant *et te ad* Ambr. 2. Guelf. *et ſe ad* Goth. cum Voſſ. 2. *et, ad ſe* Camp. *aetate ad* Jenſ. cum edd. ante Ald. qui nihil mutat niſi quod ex Regii conj. dat *ſeveriore;* hinc Baſil. *et aetate ad ſe c. ſev.* Gibſ. Obr. *et aetate ad c. ſev.* reliqui *et aetate ad c. ſecuriore.* Quod autem Burmannus ſcripturam Voſſ. 2. et Goth. *ſe* in *ſeculo* fortaſſe mutandam eſſe putabat, fefellerat eum ratio mutationis conſulto factae ab aliquo, qui *componere* dici pro *elucubrando* non ferebat. Hic tamen uſus aliis quoque locis fit manifeſtus, velut 12, 10, 50. ubi itidem non additur id quod *componitur,* ut ſit alibi et ibid. §. 49. *a componendis — orationibus,* quae opponuntur *dicendo.* Non igitur eſt ubique numerorum cura intelligenda, cum *compoſitio* uſurpatur. *Aetatem* hic quidem aevum Ciceronianum acceperunt, ſed hoc in illa *vitae* vicinia non licebat, ubi unusquisque erat ad ipſius *aetatem* i. annos relatu-

ipſe — teſtatur. cf. 12, 6, 4. Geſnerus ponit locum e Bruto c. 91. de Molone, qui Ciceronem redundantem coërcuerit; ubi vide Wezel.

longiore — ſecuriore. cf. not. crit.

Digitized by Google

dum ſecuriore, potuiſſet: non maligne crediderim, defuiſſe ei ſummam illam, ad quam
21 nemo propius acceſſit. Et licebat, ſi aliter ſentirem, fortius id liberiusque defendere. An vero M. Antonius *neminem a ſe viſum eloquentem*, quod tanto minus erat, profeſſus

rus, ut eſt ſupra §. 16. Illam ipſam tamen intellexerunt qui reponebant *ſeveriore*, praepoſtere illi, ſi plus quam ſexagenarium ad maturitatem tandem et ſeveritatem ſcribendi perventurum expectarunt. *crediderunt defuiſſe* Turic. *enim* pro *ei* Camp.

21. *et ligaliat ſi* Flor. *liberiusque.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. et edd. ante Gryph. *et liberius* reliqui. *eloquentiae quam t. m. erit* Turic. Flor. *enim* pro *etiam* Camp. *hunc* pro *adhuc* Guelf. c. Goth. Voſſ. 2. 3. *quae ſemper eſt* Turic. Camp. *qui ſupereſt* Guelf. *aeternitatem* Flor. cum Bern. (ſiquidem, quod verosimile eſt, ſiglae Bern. et Obr. confuſae ſunt ap. Burm. in Addendis). *perfectas* Ambr. 2. cum Voſſ. 3. *perfectum* Guelf.

non maligne. Hoc ſimili modo continuandum ut ſupra 11, 3, 12.

21. *licebat, ſi aliter.* Non metu, ſed vero praeſtantiae Ciceronianae ſenſu, tam caute ſe in hac ejus reprehenſione verſari teſtatur. Quidni enim ipſi liceat *perfectum* fortiter negare Tullium, cum ne eloquentem quidem („quod minus“) ſe unquam vidiſſe dicat Antonius, et Tullius ipſe quaerat, non inveniat eum, quem probaturus ſit, oratorem? Ea vis eſt in figura orationis, quam aliquoties animadvertimus, *An vero — ego non.* cf. 11, 2, 38. Geſnerus mire aberrat, contemtum Ciceronis hoc aevo ingruentem, aulam principum ei minus faventem, cauſas exiſtimans, quare *licuerit* ei hoc fortius defendere; aut, ſi *aliam ſententiam* accipias de laudibus ſummis Ciceronis, per Domitianum, qui has ei facile indulſerit, licuiſſe hoc etiam ſuſpicans. Loca Ciceronis de Antonii et ſuo judicio vide apud noſtrum 8. Pro. 13. et modo hic §. 19. *Quaerendi* autem vocabulum in quo conſulto haeret noſter apud Cic. eſt in Orat. c. 21. 29.

Digitized by Google

est; ipse etiam M. Tullius *quaerit adhuc eum*, et tantum imaginatur ac fingit: ego non audeam dicere, aliquid in hac, quae supereſt, aeternitate inveniri posse eo, quod fuerit, perfectius? Transeo illos, qui Ciceroni ac Demosthenі ne in eloquentia quidem satis tribuunt: quanquam neque ipsi Ciceroni Demosthenes videatur satis esse perfectus, quem *dormitare* interim dicit; nec Cicero Bruto Calvoque, qui certe compositionem illius etiam apud ipsum reprehendunt; nec Asinio utrique, qui vitia orationis ejus etiam inimice pluribus locis insequuntur. Concedamus sane, quod minime natura patitur, repertum esse

22. *aut Dem.* Camp. *in eloquentiae* Ambr. 2. *satis — Demosthenes* om. Guelf. ex homoeoarcto, nam quae continuo sequuntur ita ibi transposita leguntur: *satis videatur esse*, ut et in Goth. Jens. (tac. Gesn.). *satis* secundo loco omittit Obr. *interdum* Camp. *reprehendit* Turic. Flor. Solum tamen reprehensorem Calvum agnoscere non placet. Nec insolens corruptela; cf. 3, 6, 52. *pluribus locis.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. *in* inserunt reliqui.

25. *patitur.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) Camp. cum Alm. Voss. 2. et edd. ante Gryph. *patiatur* reliqui. Cf. §. 9. *id quod — potest.* Mox

22. *Ciceroni Demosthenes — dormitare.* Verbum ab Horatio ad Ciceronem secure translatum. cf. 10, 1, 24.

Cicero Bruto Calvoque — apud ipsum. cf. 9, 4, 1. Apparet igitur *compositionem* hic esse numeros oratorios, quo vel *certe* illud deducit.

Asinio utrique. „Patri et „filio, quorum hic *de com-* „*paratione patris et Ciceronis* „libros edidit lectos Plinio „epist. 7, 4, 4. et refutatos a „Claudio Imp. teste Sueto. c. „41. Add. Gell. 17, 1." Gesnerus. Iniquissimum Ciceronis obtrectatorem Asinium Pollionem ostendit Seneca pater Suasor. 6.

Digitized by Google

aliquem malum virum, ſumme diſertum: nihilo tamen minus oratorem eum negabo. Nam nec omnibus, qui fuerint manu promti, viri fortis nomen conceſſerim, quia ſine virtute
24 intelligi non poteſt fortitudo. An ei, qui ad defendendas cauſas advocatur, non eſt opus fide, quam nec cupiditas corrumpat, nec gratia avertat, nec metus frangat? ſed proditorem, transfugam, praevaricatorem donabimus oratoris illo ſacro nomine? Quod ſi mediocribus etiam patronis convenit haec, quae vulgo dicitur, *bonitas:* cur non orator ille, qui nondum fuit, ſed poteſt eſſe, tam ſit mo-
25 ribus, quam dicendi virtute perfectus? Non enim forenſem quandam inſtituimus operam, nec mercenariam vocem, nec, ut aſperioribus verbis parcamus, non inutilem ſane litium advocatum, quem denique *cauſidicum* vulgo vo-

nihilo — negabo om. Guelf. *eum* om. Camp. *Nam* om. Turic. Flor. cum Alm. et Turic. quidem apice impoſito voci *nec*, pro qua Goth. (tac. Geſn.) Camp. *neque*, ſicut mox ante *cupiditas* dant *neque* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cf. 3, 9, 5. et mox §. 25.

24. *advocator* Ambr. 2. *gratia vertat* Turic. Flor. Camp. cum Alm. *transfugatorem* Camp. *eſſe ſitam ſit* Guelf. *majoribus quam* Flor.

25. *quendam* Guelf. *quadam* Turic. *mercenaria* Guelf. *neque ut* Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. (hic et *neque merc.*). *aſperius verbis* Turic. Flor. *non utiles an elitium*

25. *ut aſperioribus — parcamus. Rabulam*, ut recte monet Pſeudo-Turnebus, dicturus erat. vide infra 12, 9, 12.

non inutilem — advocatum. vide not. crit.

cauſidicum. Ita nonniſi per contemtum nominari eos, quos patroni nomine, nedum

Digitized by Google

cant; ſed virum, cum ingenii natura praeſtantem, tum vero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis, qualem nulla antea vetuſtas cognoverit, ſingularem, perfectumque undique, optima ſentientem, optimeque dicentem. In 26
hoc quota pars erit, quod aut innocentes tue-

quem Turic. Flor. Ex Alm. affertur *non utile ſane quem*, unde Burmannus conjicit *n. inutilem plane advocatum quem*, quoniam *litium advocatum* an recte dicatur dubitandum ſit. Quod quidem plane ei aſſentior; ſed medelam non item probo. Nam *advocatum* et ipſum abeſſe ab Alm. oblitus videtur, nec valde credulus ego illi vocis *litium* omiſſioni. Habetque hoc etiam difficultatem, quod, cum ſit in his manifeſtus ad honeſtiora vocabula reditus, tamen *advocatus* aut potior eſt (cf. 4, 1, 7.), aut ſaltem non inferior *cauſidico*. Ut non multum abſit, quin vetuſta illa ſcriptura indicio utar vocis *litigium* (ad modum *mancipii*) de homine etiam in familiari ſermone uſurpatae („non inutile ſane litigium"). Quod ſi, ut par eſt, diſplicuerit, vide an reponendum videatur *litium inſtrumentum*. [Vid. Add.] *cauſadicum* Ambr. 2. *vulgo dicant* Flor. *eum* pro *cum* Camp. *praeſtante* Turic. Flor. *tot* Turic. Camp. omittunt. Placet. Mox *agnoverit* Camp. *optime ſent.* Gotli. ſolus.

26. *his hoc quod apers erit* Turic. Flor. (hic *aſperſerit*). *tuebatur* Turic. Flor. *aderit* om. Turic. Flor. cum Alm. *ſummum* Turic. *ſummis* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *operibus* om.

omnium honorificentiſſimo, oratoris non digneris, docet Burmannus ad eum Petronii locum (c. 46.), ubi cum praecone (plane ut ap. Juv. 6, 438.) componitur cauſidicus. Plane autem appoſite ad noſtrum locum verba ibi afferuntur Cic. de Orat. 1, 46. „Non enim cauſidicum ne„ſcio quem, neque proclama„torem, aut rabulam hoc ſer„mone noſtro conquirimus, „ſed eum virum, qui primum „ſit hujus artis antiſtes" cet. Cf. etiam initium Dialogi de Oratoribus.

26. *quota pars — quod*. Imminutionem ineſſe tali interrogationi exempla pro-

Digitized by Google

bitur, aut improborum scelera compescet, aut eos in pecuniariis quaestionibus veritati contra calumniam aderit? Summus ille quidem in his quoque operibus fuerit, sed majoribus clarius elucebit, cum regenda senatus consilia, et popularis error ad meliora ducendus.
27 An non talem quendam videtur finxisse Virgilius, quem in seditione vulgi, jam faces et saxa jaculantis, moderatorem dedit?

Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant.

Habemus igitur ante omnia *virum bonum*, post haec adjiciet *dicendi peritum*,

Jens. (tac. Gesn.) cum edd. post. ante Ald. *sed majoribus.* Sic Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. cum Voss. 1. 3. *in* inserunt reliqui. *ac pop.* Camp.

27. *tale quaedam* Turic. *inde sedit.* Turic. *dedit.* Goth. Jens. cum Voss. 2. et edd. post. ante Basil. adjiciunt *animi.* Quod, refictum duntaxat in *animis*, necessarium structurae censeo, quae in illo *dedit* finem non habet. *astant.* Hoc, non *adst.*, dare Turic. Camp. diserte moneor. *adjiciet.* Sic Turic. (quanquam *adi-*

bant; nec erat quod Burmannus *quae* optaret prae *quod.* Illud insolentius, quod non adjicitur genitivus, velut *laudis* aut similis; nam sic fere struitur, ut apud Juvenalem (5, 61.): *quota portio faecis Achaeae* i. Graecorum quidem minimum. Neque tamen ideo reponere velim: *Hujus hoc quota pars erit, quod.* Quamquam cf. var. lect.

27. *dedit.* vide not. crit.

adjiciet. Promittit quasi hoc noster Virgilium legentibus, modo attendere velint apud poëtam sequentia; et congruit illud quod praecessit praesens.

Digitized by Google

Ille regit dictis animos, et pectora mulcet.

Quid? non in bellis quoque idem ille vir, 28
quem inſtituimus, ſi ſit ad proelium miles
cohortandus, ex mediis ſapientiae praeceptis
orationem trahet? Nam quomodo pugnam
ineuntibus, tot ſimul metus laboris, dolo-
rum, poſtremo mortis ipſius exciderint, niſi
in eorum locum pietas, et fortitudo, et ho-
neſti praeſens imago ſucceſſerit? Quae certe 29
melius perſuadebit aliis, qui prius perſua-
ſerit ſibi. Prodit enim ſe, quamlibet cuſto-
diatur, ſimulatio: nec unquam tanta fuerit
loquendi facultas, ut non titubet atque hae-
reat, quoties ab animo verba diſſentiunt. Vir

ciet) Guelf. cum Voſſ. 3. *adjecit* reliqui. *dictis amicos* Flor.

28. *ſimul mecum cum laboris* Turic. Flor. *do-lorum.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. cum Voſſ. 2. 3. *doloris* reliqui. *honeſti patris* Jenſ. e compendio ſcripturae, ut recte Geſn. Sed ne in Tarv. quidem recurrit. Inveniebat Regius.

29. *loquendi.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. c. Goth. Alm. Voſſ. 2. 3. Obr. *eloquendi* reliqui. *non* pro *ut non* Turic. Flor. Ambr. 2. Camp. *quae non* Obr. *titubet adhae-reat quoties* Flor. Ambr. 2. Guelf. c. Voſſ. 1. 3. *t. ae h. q.* reliqui. [Spaldingio certum erat eliminare vitioſum *ac.* Eidem tamen *t. haereatque* edi jubenti morem non geſſi. Nam qui *et* non poſuit poſt — *et*, eidem *que* obtrudere verebar ante *qu*—. Feci itaque quod unum relictum erat. Buttm.] *ſub animo* Guelf. Exc. Sant. Mox pro *Vir a. m. aliud* Turic. Flor. *vir bonus in aliis aliud.*

habemus. Locus eſt Aen. 1, 148. 28. *pugnam ineuntibus.* cf. 2, 16, 8.

Digitized by Google

autem malus aliud dicat neceſſe eſt, quam
30 ſentit. Bonos nunquam honeſtus ſermo de-
ficiet, nunquam rerum optimarum (nam ii-
dem etiam prudentes erunt) inventio: quae
etiamſi lenociniis deſtituta ſit, ſatis tamen na-
tura ſua ornatur: nec quidquam non diſerte,
31 quod honeſte, dicitur. Quare, juventus, im-
mo omnis aetas, (neque enim rectae volun- 105
tati ſerum eſt tempus ullum) totis mentibus
huc tendamus, in hoc laboremus: forſan et
conſummare contingat. Nam ſi natura non
prohibet et eſſe virum bonum, et eſſe di-
cendi peritum: cur non aliquis etiam unus
utrumque conſequi poſſit? cur autem non
32 ſe quisque ſperet fore illum aliquem? Ad
quod ſi vires ingenii non ſuffecerint, tamen

30. *Bonus nunq.* Ambr. 2. *Bonis n.* Guelf. cum Jenſ. et edd. poſt. ante Ald. *bonos unquam* Turic. et mox iterum *unquam. lenocinii* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *tamen ſatis* Flor. *dicitur* om. Guelf.

31. *omnes aetates* Turic. Flor. (hic quidem *omnis*) Camp. *omnis aetate* Alm. *in hoc laboremus.* Sic Camp. *in haec l.* Turic. *in haec elaboraremus* Flor. *in haec elaboremus* Ambr. 2. Guelf. c. Alm. *in hac el.* Goth. Jenſ. c. Voſſ. 2. Tarv. *in hoc el.* reliqui. Cf. nos in Prooem. Vol. 3. p. XI. ſed et 2, 8, 8. *contingant* Flor. Ambr. 2. Guelf. c. Voſſ. 1. *et* poſt *prohibet* om. Camp. c. Stoer. Chouet. Leid. *bonum* om. Turic. Flor. *dicidi p.* Turic.

32. *ſufficerent* Turic. Flor. cum Alm. *usque* om. Turic.

31. *in hoc laboremus.* Mihi quidem dubitatione caret *hoc* eſſe accuſativum, pro quo Senec. Epiſt. 108 *in rem unam laboremus* affert Burm. et idem Cic. ad Famil. 5, 12. p. Ald. 68. b. *in eo genere laborarunt* alienum hinc agnoſcit, cujusmodi eſt et noſtri locus 5, 10, 119. cf. hic not. crit.

Digitized by Google

ad quem usque modum processerimus, meliores erimus ex utroque. Hoc certe prorsus eximatur animo, rerum pulcherrimam eloquentiam cum vitiis mentis posse misceri. Facultas dicendi, si in malos incidit, et ipsa judicanda est malum: pejores enim illos facit, quibus contigit. Videor mihi audire quos- 33
dam, (neque enim deerunt unquam, qui diserti esse, quam boni, malint) illa dicentes: Quid ergo tantum est artis in eloquentia? cur tu de coloribus, et difficilium causarum defensione, nonnihil etiam de confessione locutus es, nisi aliquando vis ac facultas dicendi expugnat ipsam veritatem? Bonus enim vir non agit nisi bonas causas, eas porro etiam sine doctrina satis per se tuetur veritas

Flor. c. Alm. *procul eximatur* Turic. (hic *eximatus*) Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc. Sant. Camp. c. Alm. et edd. ante Ald. Correxit Regius. *animo rem* Turic. Flor. (hic conjunctim) Camp. *animorum* Ambr. 2. Guelf. c. Jens. Tarv. *rerum* om. Ald. *posce* Ambr. 2. *incidat* Camp. *contigit.* Sic Turic. Flor. *contingit* reliqui.

33. *neque enim.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cf. 11, 3, 161. *dicerent unquam* Turic. *erunt u.* Guelf. Exc. Sant. *diserti essent* Flor. *malunt* Goth. (tac. Gesn.). *custode* pro *cur tu de* Flor. *etiam defensione* Turic. Flor. c. Alm. *e. de confesso* reliqui. Nostrum e conjectura. *est* pro *es* Turic. Flor. Ambr. 2. cum Bern. *ac facultas.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (a sec. m.) *et f.* reliqui. *ipsa in veritate* Turic. Flor.

32. *rerum pulcherrimam.* *ne.* velut 4, 2, 68—75. 11, cf. 1, 12, 16. 1, 76.

33. *nonnihil — confessio-*

Digitized by Google

54 ipſa. Quibus ego, cum de meo primum opere re-
ſpondero, etiam pro boni viri officio, ſi
quando eum ad defenſionem nocentium ra-
tio duxerit, ſatisfaciam. Tractare enim, quo-
modo aut pro falſis, aut etiam pro injuſtis
aliquando dicatur, non eſt inutile, vel pro-
pter hoc ſolum, ut ea facilius et deprehen-
damus, et refellamus; quemadmodum reme-
dia melius adhibebit, cui nota, quae nocent,
55 fuerint. Neque enim Academici, cum in
utramque diſſeruerunt partem, non ſecun-
dum alteram vivent: nec Carneades ille, qui
Romae audiente Cenſorio Catone non mino-
ribus viribus contra juſtitiam dicitur diſſe-
ruiſſe, quam pridie pro juſtitia dixerat, in-
juſtus ipſe vir fuit. Verum et *virtus* quid
ſit, adverſa ei *malitia* detegit, et *aequitas* ſit

54. *opere ſpondebo* Turic. Flor. *o. reſpondebo* Alm. *Tractare.* Sic Turic. Flor. Camp. c. Alm. *protractare* Ambr. 2. c. Bern. Jenſ. Tarv. *pertractare* reliqui. *facilius non deprendamus refellamus* Turic. *f. ut deprendamus r.* Flor. *f. e. deprendamus e. r.* Camp.

55. *in utraque* Turic. *diſſeruerunt.* Sic Camp. *diſſenſerunt* Turic. Flor. *differunt* Goth. (tac. Geſn.) *dixerunt* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *diſſerunt*, ſuadente Regio, reliqui. *vivent.* Sic Turic. Flor. Camp. *vivunt* reliqui. *nec Carneades.* Sic Turic. Flor. Camp. Goth. (tac. Geſn.) *ne C.* Ambr. 2. Guelf. *nec Arn.* Voſſ. 3. *neque C.* reliqui. *minoribus verbis* Camp. *ei malitiae* Flor. *ex iniquae contemplatio* Turic. Flor. *contra his prob.* Turic. c. Alm.

55. *Carneades — dicitur diſſeruiſſe.* cf. ad 2, 15, 25. Conſulatur autem, qui haec fuſius narrat, Lactant. Divin. Inſtit. 5, 13. et 16.

Digitized by Google

ex *iniqui* contemplatione manifeſtior, et plurima contrariis probantur. Debent ergo oratori ſic eſſe adverſariorum nota conſilia, ut hoſtium imperatori. Verum et illud, quod 56
prima propoſitione durum videtur, poteſt afferre ratio, ut *vir bonus* in defenſione cauſae velit auferre aliquando judici veritatem. Quod ſi quis a me proponi mirabitur, (quanquam non eſt haec mea proprie ſententia, ſed eorum, quos graviſſimos ſapientiae ma-
1054giſtros aetas vetus credidit) ſic judicet, pleraque eſſe, quae non tam factis, quam cauſis eorum, vel honeſta fiant, vel turpia. Nam 57
ſi *hominem occidere*, ſaepe virtus, *liberos necare*, nonnunquam pulcherrimum eſt; aſperiora quaedam adhuc dictu, ſi communis utilitas exegerit, facere conceditur: nè hoc quidem nudum eſt intuendum, qualem cauſam vir bonus, ſed etiam quare, et qua men-

56. *judicii veritatem* Turic. Flor. *ſic judicent* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. c. Goth. Voſſ. 1. 2. 3. nec displicet Burmanno ob antecedens *ſi quis*. Ego errore natum ſuſpicor eorum, qui hoc cum graviſſimis illis ſtruerent.

57. *pulch. eſſe* Turic. Camp. *quidem unum quam intellegendum qualem* Turic. Flor. c. Alm. *q. nondum e. i. q.* Jenſ. Tarv. *intuendum* om. Voſſ. 1. 3. Suſpicor e recepta *unquam* excidiſſe poſt *nudum*.

56. *auferre — judicii veritatem*. cf. 4, 5, 6. „quos graviſſimos — aetas vetus credidit", inter eos imprimis cenſendus videtur Panaetius ex loco Ciceronis de Off. 2, 14. extr. cf. noſter 2, 17, 26 ſeqq.

57. *hominem occidere — necare*. Sp. Ahalae, Scipionis Naſicae, Bruti, Manlii exempla animo obverſantur.

Digitized by Google

te, defendat. Ac primum concedant mihi omnes oportet, quod Stoicorum quoque aſperrimi confitentur, facturum aliquando virum bonum, ut mendacium dicat, et quidem nonnunquam levioribus cauſis: ut in pueris aegrotantibus, utilitatis eorum gratia multa fingimus, multa non facturi promittimus: nedum ſi ab homine occidendo graſſator avertendus ſit, aut hoſtis pro ſalute patriae fallendus: ut hoc, quod alias in ſervis quoque reprehendendum eſt, ſit alias in ipſo ſapiente laudandum. Id ſi conſtiterit, multa jam video poſſe evenire, propter quae orator bene ſuſcipiat tale cauſae genus, quale, remota ratione honeſta, non recepiſſet. Nec

58. *uti pueris* Obr. non neceſſaria mutatione. *non facturа* Turic. Flor. cum Andreana. *non futura* Camp.

59. *in ſeris* Turic. c. Alm. *reſpondendus e. ſ. alias i. i. ſ. laudandus* Turic. Flor. c. Alm. *alias in — eſt ſit* om. in Voſſ. 2. retinet Goth. *recepiſſet*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc. Sant. Camp. c. Goth. Voſſ. 1. 2. 3. Bern. *ſuſcepiſſet* reliqui, concinnitatis gratia.

40. *ſed ne hoc* pro *nec hoc* Turic. Flor. c. Alm. Habet

58. *ut mendacium dicat*. cf. 2, 17, 27. Exempla recte diſſimulandae veritatis habet etiam Plato in lib. 2. reipubl. p. 382. Steph.

59. *nedum*. Hic longius quid inſerendum eſt cogitatione legentis, velut *ut ſit vetitum mentiri*. Nam ut nunc eſt, expectabas potius: *ſed multo magis etiam*, quod referretur ad *levioribus cauſis*. (Et hoc monet Capper.) Eſt anacoluthiae quiddam in hac ſtructura voculae *nedum*, quale, ſed mollius illud, apud Livium 10, 32, 4. demonſtrat Drakenborchus. (cf. et Liv. 45, 29, 2. et Oudend. ad Sueton. Galb. 5.) Propius etiam noſtro Liv. 7, 4, 3. „quem armorum etiam pro „patria ſatietas teneret, *nedum* „adverſus patriam."

Digitized by Google

hoc dico, quia ſeveriores ſequi placet leges, pro patre, fratre, amico periclitantibus; tametſi non mediocris haeſitatio eſt, hinc *juſtitiae* propoſita imagine, inde *pietatis*. Nihil dubii relinquamus. Sit aliquis inſidiatus tyranno, atque ob id reus: utrumne ſalvum eum nolet is, qui a nobis finitur, ora-

duritiei, aliquantum in ſono *neo hoc*, in quo aliquoties variare codd. vidimus: cf. 4, 2, 93. 9, 3, 97. Malim *neque h. tametſi mediocris* Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) c. Bern. peſſime, et ſpero immunem revera erroris Turic. *inde pietas* Guelf. cum Bern. Subjicitur *non* continuo ante *nihil* a Geſnero ſolo, non quidem, ut videtur, per ſphalma, ſed ut ſuccurreretur tenebris ſententiae. *nihil dubitare linquamus* Turic. Flor. c. Alm. *nolet*. Sic Goth. Jenſ. cum edd. poſt. ante Gryph. (niſi quod Baſil. *vo-*

40. Impeditus locus, cujus explanatio cum neque Spaldingio neque mihi ſucceſſiſſet, Boeckhium etiam conſultavi. Is eum, qui unus verus ſit, ſenſum emergere poſſe negavit, niſi haec, *Nec hoc dico pro patre, fratre, amico periclitantibus*, jungantur, illa autem, *quia ſeveriores ſequi placet leges*, ſeorſim dicta et praeoccupata ibi exiſtimentur, cum vera eorum ad normam logices ſedes ſit poſt verbum *periclitantibus*. Omnia autem pleniòribus verbis ſic eſſe explicanda: „Neque hoc „ita dico, quaſi pro patre, fra„tre, amico periclitantibus re„veraque noxiis contra verita„tem et juſtitiam dicere liceat: „ſeveriorem enim in talibus le„gem ſequi mihi etiam placet: „tametſi non mediocris haeſi„tatio ſit, ipſa pietate contra „juſtitiam nitente: ut facile „fortaſſe ſit in hoc etiam ge„nere cauſam fingere, quae „plerisque ad demonſtranda „illa ſatisfaciat. Sed ponamus „exemplum extra omnem du„bitationis anſam poſitum.“ Eſſe autem hanc veram ſententiarum ſeriem, mihi quidem plane exploratum eſt; neque breviloquentiam in illis, *neque hoc dico pro patre* etc., moraturum quemquam judico, immo ne ipſam quidem illam transpoſitionem, modo pro *quia* ſcriptum eſſet *nam*. Quare integrum aliis relinquo judicium, an *quia* etiam eo modo uſurpari poſſit, an

Digitized by Google

tor? an, si tuendum suscoperit, non tam falsis defendet, quam qui apud judices ma-
41 lam causam tuetur? Quid si quaedam bene facta damnaturus est judex, nisi ea non esse facta convicerimus: non vel hoc modo ser-
vabit orator non innocentem modo, sed et-
iam laudabilem civem? Quid si quaedam ju-1055
sta natura, sed conditione temporum inutilia civitati sciemus: nonne utemur arte dicen-
di, bona quidem, sed malis artibus simili?
42 Ad hoc nemo dubitabit, quin, si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo pos-
sint, sicut posse interdum conceditur, salvos esse magis e republicâ sit, quam puniri. Si

let) acc. Obr. *nollet* reliqui. cf. §. 3. *defendet qui apud quam judices* Turic. *multam causam* Turic. Flor.

41. *quodsi quaedam bene* Turic. mox in altero membro *quid, si quidem* Turic. Flor. *juxta* Turic. *matura* Guelf. *artibus similia* Ambr. 2. Camp. c. Voss. 1. 3. *a. simillima* Goth. Jens. (tac. Gesn.) c. edd. ante Burm. exc. Stoer. Chouet. Leid.

42. *Ad hoc.* Sic libri omnes ante Burm. qui *At h.* e marg. Basil. obsequente solo Gesnero. *quid si noc.* Turic. (qui et *dubitavit*) Flor. *quando s. n.* Jens. c. edd. post. ante Ald. Correxit Regius. *mutari bonam* Turic. Flor. *imitare b.* Camp. *inter conced.* Turic. Prius omittunt Ambr. 2. Guelf. c. Voss. 1. 2. 3. Erat profecto *interim.*

esse magis. Sic Turic. Flor. c. Voss. 1. *eos* inserunt reliqui. *et rempublicam* Turic. Flor. *utile rei p.* (omisso *sit*) Camp. *liceat* Turic. Flor. c. Alm. cf. 4, 2, 83. *virum tam*

ejus loco *nam*, vel si mavis *quia* reponendum sit. Buttm.

utrumne. Amat vocem noster. cf. 5, 11, 28.

42. *Ad hoc.* Est transeundi formula, potestate ea, quam vidimus 6, 3, 6. et passim.

Digitized by Google

liqueat igitur oratori, futurum bonum virum, cui vera objicientur, non id aget, ut ſalvus ſit? Da nunc, ut crimine manifeſto 43
prematur dux bonus, et ſine quo vincere hoſtem civitas non poſſit: nonne ei communis utilitas oratorem advocabit? Certe Fabricius Cornelium Rufinum, et alioqui malum civem, et ſibi inimicum, tamen, quia utilem ſciebat ducem, imminente bello palam conſulem ſuffragio ſuo fecit: idque admirantibus quibusdam reſpondit, *A cive ſe ſpoliari malle, quam ab hoſte venire.* Ita, ſi fuiſſet

vera Flor. Camp. *v. tunc v.* Ambr. 2. Guelf. Exc. Sant. c. Voſſ. 1. *v. cum v.* Goth. c. Voſſ. 2. Vall. et edd. ante Ald. *ad aget et ſalvus* Turic. *et* ex Alm. quoque affertur.

43. *hoſtem.* Sic Colbert. Mſ. et Obr. curis ſecundis. *hoſtes* Camp. *honeſtem* Ambr. 2. *honeſte* reliqui. *non poſſet* Turic. Flor. *nonne comm.* Turic. Flor. c. Alm. *nonne ei c.* reliqui. Noſtrum e conj. Cf. 11, 3, 87. Videtur noſter magis amare ſimplex, ut modo aliquoties poſuit. *advocavit* Turic. *advocabitur* Guelf. *Ruffum* Jenſ. c. edd. poſt. ante Ald. ut et iterum. *et alioqui.* Sic Turic. Guelf. Goth. Camp. et adoptavit Geſn. *et alios qui* Flor. *et aliqui* Ambr. 2. *et alioquin* Voſſ. 3. *et aliquando* Jenſ. cum edd. poſt. ante Ald. *alioqui et*, de conjectura Regii, reliqui; ad quorum unum vel alterum cum collati ſint codices mſſ., eos qui ſilentur dixeris dare inverſum hunc ordinem; quod mihi tamen non fit probabile. *quem* pro *civem* Turic. Flor. c. Alm. *utile* Turic. Flor. *idque admirantibus.* Sic nos e conj. *atque adm.* Turic. Flor. Camp. *atque id adm.* Goth. cum reliquis, ut ſuſpicor, quos *atque adm.* dare Burmannus refert, ante Baſil. *atque id mirantibus* reliqui, nimis operoſe. *ſpoliare* Camp. *Ita, ſi.* Sic Tu-

43. *Fabricius Cornelium.* Gell. 4, 8. vide Cic. de Or. 2, 66. item

Digitized by Google

orator, non defendiſſet eundem Rufinum vel
44 manifeſti peculatus reum? Multa dici poſ-
ſunt ſimilia, ſed vel unum ex iis quodlibet 1056
ſufficit. Non enim hoc agimus, ut iſtud
illi, quem formamus, viro ſaepe ſit facien-
dum: ſed ut, ſi talis coëgerit ratio, ſit ta-
men vera finitio, *oratorem eſſe virum bo-*
45 *num, dicendi peritum.* Praecipere vero ac
diſcere quomodo etiam probatione difficilia
tractentur, neceſſarium eſt. Nam frequen-
ter etiam optimae cauſae ſimiles ſunt malis,
et innocens reus multis veriſimilibus premi-
tur: quo fit, ut eadem actionis ratione de-
fendendus ſit, qua, ſi nocens eſſet. Jam in-
numerabilia ſunt bonis cauſis malisque com-

ric. Flor. Camp. cum edd. (de Jenſ. tac. Geſn.) ante Ald. *hic* inſerunt reliqui.

44. *dici poſſent* Jenſ. c. edd. poſt. ante Gryph. *ex iis.* Sic Turic. Ambr. 2. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) c. edd. ante Baſil. *ex his* reliqui. *viro re ſit facienda* Turic. Flor. *ſaepe* tantum om. Camp.

45. *Praecipue* Guelf. (cf. 6, 5, 2.) omiſſis mox *neceſſarium eſt.* Sed Turic. Flor. *neceſſario eſt* cum Alm. *neceſſe eſt* Goth. Jenſ. c. edd. poſt. ante Gibſ. exc. Ald. (cf. 5, 10, 69.). Tuentur noſtrum Ambr. 2. Camp. *veriſimil.* bis Ambr. 2. *eadem reſponſionis accommodatione* Obr. mira libidine. *def. ſit.* Sic Turic.

44. *ſi talis.* Malim *ſi talia.* [Mihi, ob nexum ſententiarum, praeſtabilior videtur vulgata, in qua verbum ſpectat ad *oratorem.* BUTTM.]

45. *probatione.* Cave hoc referas ad *tractentur,* ſed conjunctum voci *difficilia* accipe *probata diff.* monente id jam Badio. Neque velim ſcribi *probationi.* cf. Drakenb. ad Liv. 45, 30, 2.

Jam innumerabilia. Hic nemo de ſubſtituendo *Nam* cogitet, ut hoc imputetur neglectui illi noſtri ſcriptoris ſo-

Digitized by Google

munia, *teſtes*, *litterae*, *ſuſpiciones*, *opiniones*. Non aliter autem veriſimilia, quam vera, et confirmantur et refelluntur. Quapropter, ut res feret, flectetur oratio, manente honeſta voluntate.

II. Quando igitur orator eſt *vir bonus*, is autem citra virtutem intelligi non poteſt; virtus, etiamſi quosdam impetus ex natura ſumit, tamen perficienda doctrina eſt: *mores* ante omnia oratori ſtudiis erunt excolendi, atque omnis honeſti juſtique di-

Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. acc. Roll. *ſ. d.* reliqui. *cauſis in aliisque in aliisque* c. Turic. Flor. (ſed hic nonniſi ſemel). *animi* poſt *opiniones* inſerit Camp. *et* ante *conf.* om. Ambr. 2. Guelf. c. Voſſ. 3. Bern. *refellentur* Turic. Flor. Solum *confirmantur* dat Obr. non ex typographi quidem ſphalmate. *ut referet* Turic. Flor. *u. r. ferret* Ambr. 2. *u. r. fieret* Guelf. *flectatur* Guelf. c. Goth. Obr. *oratio non manente h.* Turic. Flor. Camp. c. Bodl. et Andreana. *oratio, vero manente, et h.* ed. Obr. Apparet, quantum nocuerit in *o* deſinens vocabulum. *hon. vol.* om. Ambr. 2.

Inſcriptio: *Cognoſcenda oratori quibus mores formantur* Turic. Ambr. 2. (hic litteris uncial.) Guelf. (hic *formentur*) Goth. (hic *c. eſſe. o. — formentur*). Ut Goth. etiam Jenſ. c. edd. poſt. ante Obr. acc. Burm. Capper. In Flor. nulla memoratur.

1. *igitur at oratores vir* Turic. Quid hoc loco ſignificet nota, non exputo. *oratori ante omnia* Camp. *excolito*: ſed *Jam* non modo transitum facit, ſed novi quid adjungit, ſignificatque *praeterea, inſuper.* cf. nos ad 6, 4, 9. item Drakenb. ad Liv. 3, 34, 8.

1. *virtus — doctrina eſt.* cf. haec etiam citantem Valcke-

Digitized by Google

ſciplina pertractanda, ſine qua nemo nec vir bonus eſſe, nec dicendi peritus poteſt. Niſi forte accedimus iis, qui natura conſtare mores, et nihil adjuvari diſciplina putant: ſcilicet, ut ea quae manu fiunt, atque eorum etiam contemtiſſima, confiteantur egere doctoribus: virtutem vero, qua nihil homini, quo ad deos immortales propius accederet, datum eſt, obviam et illaboratam, tantum quia nati ſimus, habeamus. Abſtinens erit, qui id ipſum, quid ſit abſtinentia, ignoret? Et fortis, qui metus doloris,

lenda Turic. *honeſtius utique* Flor. *qua omnis sur bonus* Turic.

2. *accedimus.* Sic Goth. (tac. Geſn.) Camp. c. Voſſ. 2. *accidimus* Turic. *accedemus* Ambr. 2. Guelf. c. Voſſ. 3. Bern. *accedamus* reliqui. *is qui* Ambr. 2. *cui* ſolum Turic. *ea quae.* Sic Turic. Flor. c. Alm. *quidem* inſerunt reliqui. *fiant at quae eorum* Camp. *regere doct.* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. c. Voſſ. 1. 3. Bern. *quo nihil* Turic. *quo ad eos* Turic. *quod ad d.* Ambr. 2. Guelf. Exc. Santen. c. Voſſ. 1. Bern. *accedat* Camp. c. edd. ante Bad. *accedere* Baſil. qui et modo *quoad* junctim. *obv. illab.* omiſſo *et* Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) c. Voſſ. 1. 2. 3. *nati ſumus* Camp. c. Goth. et edd. (niſi quod Jenſ. Tarv. *nacti*) ante Stoer.

3. *qui id ipſum* omittere dicitur Flor. ſed Turic. *quid ipſum*, poſt quae repetit ex antecedd. haec *tantum quia — abſtinens erit* et continuo pergit *quid ſit a.* Aut igitur librarius Flor. codicis, aut is qui hunc contulit, eandem repetitionem ante oculos habens, aberravit. Sed *id ipſum* abeſt a Camp. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante Baſil. quorum Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *quicquid ſit.* *ignoret.* Sic Turic.

maer. ad Hippolyt. v. 79. pag. 274. *mores excolendi* ſunt apud noſtrum 4. Pro. 3.

Digitized by Google

mortis, ſuperſtitionis, nulla ratione purgaverit? Et juſtus, qui aequi bonique tractatum, qui leges, quae natura ſunt omnibus datae, quaeque propriae populis et gentibus conſtitutae, nunquam eruditiore aliquo ſermone tractarit? O quam iſtud parvum putant, quibus tam facile videtur! Sed hoc transeo, de 4
quo neminem, qui litteras vel primis, ut ajunt, labris deguſtarit, dubitaturum puto. Ad illud ſequens praevertar, ne dicendi qui-

Flor. Ambr. 2. Guelf. Exc. Sant. Goth. (err. Geſn.) c. Alm. Voſſ. 1. 2. 3. Obr. *ignoraret* Camp. quod ſibi repertum correxit Regius *ignorarit*, obſequentibus reliquis. *ratione purgationis* Turic. Flor. c. Alm. ex errore illo perperam continuandi; cf. 5, 9, 13. *r. pugnaverit* Goth. (tac. Geſn.) c. Voſſ. 2. Gryph. 1556. cf. 7, 1, 12. Mox *virtus* pro *juſtius* Guelf. *nunquam eruditiore.* Sic nos e conj. Nam Turic. Flor. *quam e.* cum Alm. *num e.* Ambr. 2. *nun e.* Guelf. *non e.* reliqui. *tractarit.* Sic Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. c. Alm. Voſſ. 3. *tractaverit* reliqui. *parvum.* Sic nos e conj. *pavorem* Turic. Flor. c. Alm. *parum* reliqui. Cf. 1, 1, 18. *quibus non facile* Jenſ. Tarv. *q. tam non f.* Locat. Ven. Ruſc.

4. *deguſtaret* Ambr. 2. c. Voſſ. 1. *deguſtaverit* Goth. (tac. Geſn.) *Ad aliud* Camp. *praevertar.* Sic

3. *tractatum — tractarit.* Hic quidem inſigniter ſui oblitus erat noſter, et gravius etiam peccavit quam in „*modo*„*do* illo *modo* terminato" 9, 4, 125. *tractatum* autem *aequi* dicere imprimis amat, velut hic §. 15. 16. 12, 1, 8. 6, 10, 72. 118. In genere de diſputatione philoſophica hic §. 29. *tractatum.*

4. *de quo neminem — dubitaturum puto.* Quid igitur cenſes illos, Fabi, qui virtutem doceri negarunt graviſſimi veterum philoſophorum? Sed qui virtutis artem nullam agnoſcerent, ii noſtro videbantur quales qui nullam eloquentiae. cf. 2, 21, 3.

ad illud — praevertar. Duplicem diſciplinae moralis

Digitized by Google

dem ſatis peritum fore, qui non et naturae vim omnem penitus perſpexerit, et mores
5 praeceptis ac ratione formarit. Neque enim fruſtra in tertio de Oratore libro L. Craſſus cuncta, quae *de aequo*, *juſto*, *vero*, *bono*, deque iis, quae ſunt contra poſita, dicantur, propria eſſe oratoris affirmat: ac philoſophos, cum ea dicendi viribus tuentur, uti rhetorum armis, non ſuis. Idem tamen confitetur, ea jam eſſe a philoſophia petenda, videlicet quia magis haec illi videtur in
6 poſſeſſione earum rerum fuiſſe. Hinc etiam

Ambr. 2. (niſi quod *pre*) Obr. *praevertat* Guelf. *revertar* reliqui. Pro ſincera illa ſcriptura, quam et Burmannus tuetur ad Gronov. not. in Plin. 38, 8. ablegans, deſerendi fuerunt vel optimi codd. *nec* pro *ne* Turic. Flor. Camp. *ſatis* om. Guelf. *fore* om. Turic. Flor. Camp. *moris* Flor. *morum* Camp. *formaret* Flor. *firmarit* Goth. (tac. Geſn.) *firmavit* Camp. cf. 10, 1, 1. et Drakenb. ad Liv. 8, 35, 9. Hic quidem *formare*, tenui discrimine tamen, praeſtat.

5. *dicantur*. Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. c. Obr. *dicuntur* reliqui. *adfirmate philoſophos* Turic. qui volebat, opinor, *a. et ph.* Mox *cum ad dic.* Turic. Flor. c. Alm. *uti rhetorum* om. Flor. ſed lacuna relicta. *jam philoſophia* Turic. Flor. (quanquam ab hoc abeſſe *a* diſerte non monetur) Camp. c. Alm. *magis li. i. videtur in* om. Turic. Flor. c. Alm.

utilitatem deſcripſerat §. 1. *Illud ſequens* plane ſic dicitur ut 4, 5, 13. *praeverti* eſt *potius ſe convertere*, quod Pliniorum uterque (cf. not. crit.) uſurpat, et videtur hujus maxime aetatis fuiſſe, ut docent Lexica, quanquam Horatius jam poſuit Serm. 1, 5, 58.

5. *tertio de Or. libro*. C. 19. 27. 31. poſtremo tamen maxime.

Digitized by Google

illud est, quod Cicero pluribus et libris et epistolis testatur, dicendi facultatem ex intimis sapientiae fontibus fluere: ideoque ali-
1058quamdiu praeceptores eosdem fuisse morum atque dicendi. Quapropter haec exhortatio mea non eo pertinet, ut esse oratorem philosophum velim: quando non alia vitae secta longius a civilibus officiis, atque ab omni munere oratoris recessit. Nam quis philo- 7
sophorum aut in judiciis frequens, aut clarus in concionibus fuit? Quis denique in

6. *et libris.* Sic Turic. Flor. Camp. c. Alm. *et* om. reliqui. *epistolis* om. Guelf. *aliquando diu* Camp. *hoc exertatio* Turic. *haec cohortatio* Guelf. Exc. Sant. *mea* mox abesse dicitur ab Alm. Voss. 3. Mei quidem libri non desiderant.

7. *ac jud.* pro *aut in j.* Turic. (qui et *judicis*) Flor. *plerique eorum vitandam praecipiunt* ex praeposteto Regii monitu Bad. Basil. Gryph. Gibs. Obr. Roll. praeter ali-

6. *Cicero — testatur.* Loca demonstrare longum est. Sed ex epistolis velim plura mihi in promtu esse. Nunc unum, quod huc traham, reperio in epistola ad Catonem (famil. 15, 4. extr.), ubi et ab illo et a se ipso philosophiam in forum atque in rempublicam deductam esse ait. E *libris* magna exemplorum copia suppeditat, et hoc quidem de juncto officio philosophi et oratoris, de Orat. 3, 15. ubi cf. nostri 1. Prooe. 13. sicuti et in omni hac cum philosophis quasi lite. In *fontibus sapientiae* ad partes vocandus locus Tuscul. 1, 3. extr. item quodammodo Orat. c, 21.

oratorem philosophum. Quod hic Gesnerus agnoscit Domitiani demerendi studium, de eo egimus ad 1. Pro. 15. Pithoeus commodum demonstrat Macrobii verba In Somn. Sc. 2, 17. „Soli — sapien„tiae otio deditos ut abunde „Graecia tulit, ita Roma ne„scivit" (quanquam ibi mendose vulgatur *non nescivit*, quod inepte tuetur Pontanus). cf. et 11, 1, 35.

Digitized by Google

ipsa, quam maxime plerique praecipiunt, reipublicae administratione versatus est? Atqui ego illum, quem instituo, Romanum quendam velim esse sapientem, qui non secretis disputationibus, sed rerum experimentis atque operibus, vere civilem virum ex-
8 hibeat. Sed quia deserta ab his, qui se ad eloquentiam contulerunt, studia sapientiae,

quot edd. Burmanno memoratas. *Atqui.* Sic Jens. (tac. Gesn.) cum edd. post. ante Leid. acc. Gibs. Obr. *atque* reliqui; cf. 9, 4, 139. 8, 6, 32. 8 Pro. 27. *eo illum* Ambr. 2. Guelf. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. c. Leid. *se* ante *vere* ins. Ald. de conj. Regii.

8. *ab his.* Sic Turic. Ambr. 2. Camp. *ab iis* reli-

7. *quam — praecipiunt.* Qui hic aliquid inserendum desiderarunt, velut *vitandam, fugiendam,* ii *praecipere* dictum putaverunt velut *suadere*, ita ut in recepta scriptura philosophi illi reip. administrationem *suscipiendam* praeciperent. Et usurpatur ita sane verbum, ut 1, 1, 16. *idem praeceperunt*, item §. 34. 1, 10, 29. *si — studium* (musices) — *praeciperem*, ibid. §. 31. *hanc a me praecipi.* Sed est et *artem praecipere* pro *a. docere*, ejus praecepta dare, ut nostro 10, 1, 69. *quae praecipimus*, et Ovid. Trist. 2, 486. *artem nandi praecipit:* nam *oratoriam artem praecipere*, quod ex nostro ponit in Thesauro Gesnerus, non invenio. Frequentius eo tamen est *praecipere de arte*, ut mox §. 9. Multi autem philosophi reipublicae administrandae praecepta dederunt, Phormiones quidam Hannibalem instituentes visi illi nostro praeceptori, qui aversatur umbratiles doctores. Sententiam recte tenuit Gedoynus; cum Burm. et Capper. aberrarint.

Romanum — sapientem. Non Graeculi cujusdam similem; sicuti noster dixit *Romanum pudorem* 8, 3, 39. Mox *exhibere*, quod struitur sine *se*, quomodo *praestare* usurpatur, defendit exemplis Burmannus Justin. 8, 4. 27, 2. cf. et Oudend. et Wolf. ad Sueton. Vitell. 17. *vere civilem virum* habes et 1. Pro. 10. item 12, 1, 35. hic §. 21.

Digitized by Google

non jam in actu ſuo atque in hac fori luce verſantur, ſed in porticus et in gymnaſia primum, mox in conventus ſcholarum receſſerunt; id quod eſt oratori neceſſarium, nec a dicendi praeceptoribus traditur, ab iis petere nimirum neceſſe eſt, apud quos
1059remanſit, evolvendis penitus auctoribus, qui de *virtute* praecipiunt; ut oratoris vita cum ſcientia divinarum rerum ſit humanarumque conjuncta. Quae ipſae quanto majo-
9 res ac pulchriores viderentur, ſi illas ii do-

qui. *de quis* pro *qui ſe* Turic. *ſtudii ſap.* Turic. Flor. *actus ſuo* Turic. *et in gymnaſia.* Sic Camp. et latet praepoſitio in hisce Turic. Flor. *porticu ſed ingenii ſi a* (Flor. *in genus ia*). *nec adiciendi* Flor. Ambr. 2. *nec adjcendum* Voſſ. 1. *n. adjiciendum* Voſſ. 3. *n. adjicendi* Bern. *n. adjiciendi* Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. *trad. et ab* Goth. (tac. Geſn.) *ab his* Camp. *neceſſarium eſt* Turic. Flor. Camp. c. Alm. *quos* om. Ambr. 2. *evolvendis.* Sic Camp. *volendi* Turic. Flor. *volvendi* Alm. *Evolvendi*, diremta a proximis ſententia, reliqui. *auctoribus.* Sic Turic. Camp. *ductoribus* Flor. *auctores* reliqui. Mox pro *ut oratoris* Turic. Flor. *autoribus.*

9. *maj. hic. pulchr. videretur* Turic. *ſi illa ſi doceretur* Turic. Flor. *ſi illas l doc.* Ambr. 2. *ſi illa ſcilicet d.* Guelf. c. marg. Baſil. *poſſunt* Flor. c. Gryph. et poſterr. ante Obr. acc. Roll. *utinam* ſine *que* Guelf. cf. 6, 3, 5.

8. *in actu ſuo.* Ubi id ipſum agitur, quod ſtudia illa praecipiunt. Ita rationem pronominis reddere videor.

in porticus — — ſcholarum. Primum quae apud veteres Graecos fuerit philoſophiae conditio, mox quae apud Romanos ſuoque tempore declarat. Bene autem Stoicam a reliquis ſectis ſecernit, quoniam ea ſola non in gymnaſio.

ſcientia — humanarumque. Nota veterum ſapientiae definitio; cf. Cic. de Offic. 2, 2. Tuſcul. 4, 26. Diligenter autem hoc loco *vita* cum *ſcientia* componitur.

Digitized by Google

cerent, qui etiam eloqui praeſtantiſſime poſſent? Utinamque ſit tempus unquam, quo perfectus aliquis, qualem optamus, orator hanc artem ſuperbo nomine et vitiis quorundam bona ejus corrumpentium inviſam, vindicet ſibi, ac, velut rebus repetitis, in corpus eloquentiae adducat. Quae quidem cum ſit in tres diviſa partes, *naturalem*, *moralem*, *rationalem:* qua tandem non eſt cum

hanc artem. Sic Ambr. 2. Guelf. c. Obr. *h. partem* reliqui; cf. 12, 1, 16. Vulgata ob eas quae mox (§. 10.) ſunt *tres partes* ferri nequit. *vindicent* Flor. Ad hujus §. vocem *Utinamque* deſinit commentarius Regianus.

10. *in triſtis d.* Flor. *qua tandem.* Sic Ambr. 2. Guelf. c. Bern. *quam tamen* Turic. *quae tamen* Flor. Camp.

9. *Utinamque — unquam.* Poſterius recte tuetur Badius contra Regium negantem citra negationem poni. Sed ea ipſa eſt in interrogatione; qualem frequentiſſimam demonſtrat idem Badius in illis *en erit unquam Ille dies* Virg. Ecl. 8, 7. De hac forma Burmannus ablegat ad J. F. Gronovium ad Liv. 30, 21, 8. Sed tractavit jam Erythraeus in Indice Virgil. v. *unquam.* Optime *unquam* reſtitutum Ovidii verſui Amor. 1, 6, 25. ab Heinſio monet Burm. ubi ſane nulla nec negatio, nec interrogatio.

hanc artem. Significat philoſophiam, cui nomen ab originis ſuae modeſtia deflexum, jamque arrogantiae ſuſpectum (cf. 1. Pro. 14.) invidiam fecerit. Ejus autem triplicem diviſionem tetigerat in Prooemio quoque totius operis §. 15. Quarum partium eadem, quae noſter (cf. 6, 2, 8.), vocabula ponunt Seneca Epiſt. 89. et Macrobius in fine libelli de Somnio Scipionis; ſed hic *rationalem* nequaquam, ut cum Seneca Qu., ad dialecticen aſtringit, verum de *incorporeis* ſermonem eſſe tradit, cum *de motu et immortalitate animae* disputetur, quae naturali philoſophiae ab illis impertiuntur. *Corpus* eloquentiae dicitur, cujus quaſi membra ſint ſingulae, quas orator mente complectitur, artes (cf. 12, 1, 25.).

Digitized by Google

oratoris opere conjuncta? Nam ut ordinem retro agamus, de ultima illa, quae tota verſatur in verbis, nemo dubitaverit, ſi et proprietates vocis cujusque noſſe, et ambigua aperire, et perplexa discernere, et de falſis judicare, et colligere ac reſolvere, quae velis, oratorum eſt. Quanquam ea non tam eſt 11
minute atque conciſe in actionibus utendum, quam in disputationibus: quia non docere modo, ſed movere etiam ac delectare audientes debet orator: ad quod impetu quoque ac viribus et decore eſt opus: ut vis

c. Alm. *quae tandem* reliqui. *agimus* Turic. Flor. Camp. *in verbis* om. Turic. Flor. *cujuscumque* Turic. Goth. (tac. Geſn.). *noſſet amb.* Turic. Flor. (hic a pr. m. *noſcet*). *noſce et a.* Ald. *oratorum eſt.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. c. Alm. Voſſ. 1. 3. Bern. *oratoris eſt* reliqui.

11. *cauſa* pro *ea* Guelf. cf. 4, 1, 19. 9, 4, 63. *ſi* pro *eſt* Turic. Flor. *conſciſe* Camp. cf. 12, 1, 20. *ac viribus et.* Sic Turic. *de v. et* Flor. *et v. ac* reliqui. *viſa major* Turic. *vis at major* Voſſ. 1. 3. *majorem* pro *m. eſt* Ambr. 2. Guelf. *ripus multosque gurgitis que tenuis* Flor. (omiſſis *tract. flu.*) *quem tenuis* Turic. Sed Alm. hic turbare narratur, qui monſtra Florentina praeferre eſt putandus.

10. *ſi — oratorum eſt.* Dicitur *ſi* pro *ſiquidem.* cf. 1, 2, 17. item 2, 14, 4. et Drakenb. ad Liv. 7, 13, 6. *colligere ac reſolvere*, quae manifeſto ſibi invicem opponuntur, prius *ratiocinandi*, τοῦ συλλογίζεσθαι, alterum *refutandi* poteſtate accipienda. In *reſolvendo* cf. 5, 13, 12.

11. *ut vis amnium — reſultantis.* Luculentiſſima ſimilitudo, ſed eadem fere alteri 5, 14, 31. cf. 12, 10, 25. Minus huc facit, quod comparat Burmannus 5, 8, 2. ad quem locum *decurrendi tractum* ſimilibus dicendi generibus e ſcriptoribus illuſtrat. In *reſultando* cf. 9, 4, 66.

Digitized by Google

amnium major est altis ripis, multoque gurgitis tractu fluentium, quam tenuis aquae, et
12 objectu lapillorum resultantis. Et ut palaestrici doctores illos, quos *numeros* vocant, non iccirco discentibus tradunt, ut iis omnibus, quos didicerunt, in ipso luctandi certamine utantur, (plus enim pondere et firmitate et spiritu agitur) sed ut sit copia illa, ex qua unum aut alterum, cujus se occasio
15 dederit, efficiant: ita haec pars dialectica, sive illam dicere malumus *disputatricem*, ut

12. *Sed ut p.* Turic. Flor. Camp. *paestrici* Turic. *nervos vocant* Camp. c. Andreana, Ald. Bad. Basil. et aliquot Burmanni, qui eandem corruptelam *demonstrat* ap. Ovid. Am. 1, 1, 18. Trist. 4, 4, 4. *ut iis.* Sic Ambr. 2. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) c. edd. ante Basil. *vitiis* Turic. *ut his* reliqui. *quos didicerunt.* Sic nos ex vestigiis codicum. *quo didicerunt* Turic. Flor. *quae didicerunt* Camp. c. Ald. *qui didicerunt* Jens. (tac. Gesn.) c. edd. ante Ald. *hi qui didicerunt* Basil. *ii qui didicerint* reliqui. *et firmitate et* om. Flor. lacuna relicta.

sit copia. Sic Turic. Flor. c. Alm. *subsit* c. reliqui, cujusmodi nihil alibi vidi. *est* pro *se* Goth. (tac. Gesn.) *dederint* Guelf. *efficiantur* Tarv. c. edd. post. ante Ald.

15. *malumus.* Sic Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. *ma-*

83. 11, 3, 185. 12, 10, 73. 8, 3, 56.

12. *quos numeros vocant.* cf. 10, 1, 4.

unum aut alterum — efficiant. Pronomina plane sunt masculino genere accipienda et ad *numeros* referenda; unde eo deducor, ut pro *efficiant* reponere velim *effingant.* cf. 11, 3, 181.

13. *disputatricem.* cf. 2, 20, 7. item 7, 3, 14. ubi *cavillatrix*, et totus ille locus a §. 12 — 17. sicuti alter quoque 4, 5, 25. quibus eadem fere hisce nostris disputantur contra nimiam dialectices diligentiam. Libro quarto etiam, ut hic, *secandi* verbo operositas dividendi notatur §. 6. 25. Quo magis conciliemur

Digitized by Google

eſt utilis ſaepe et finitionibus et comprehenſionibus, et ſeparandis, quae ſunt differentia, et reſolvenda ambiguitate diſtinguendo, dividendo, illiciendo, implicando: ita ſi totum ſibi vindicaverit in foro certamen, obſtabit melioribus, et ſectas ad tenuitatem ſuam vires ipſa ſubtilitate conſumet. Itaque repe- 14
rias quosdam in disputando mire callidos, cum ab illa cavillatione discesſerint, non magis ſufficere in aliquo graviore actu, quam parva quaedam animalia, quae in anguſtiis mobilia, campo deprehenduntur. Jam qui- 15
dem pars illa *moralis*, quae dicitur *Ethice*,

luimus Goth. (tac. Geſn.) c. Voſſ. 3. (an 2.?) *malimus* reliqui. *et eſt utilis* Goth. (tac. Geſn.) *differentiae* Turic. Flor. Camp. *ambig. diſting.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) c. edd. ante Bad. exc. Ruſc. *et* inſerunt reliqui. *dividendo* om. Turic. (qui *diſtigendo inliciendo*) Flor. Guelf. c. Alm. *obſtavit* Turic. Flor. (ut et Flor. §. 51. *debevit*). *ſectans* Camp. *conſumat* Turic. Flor. Camp.

14. *Quosdam reperies* Floril. Sant. integram et diremtam ſententiam efficiens. *in disputatione* et mox *cum vero ab i.* idem. c. *ab illa vero* Goth. c. Alm. Voſſ. 1. 2. Jenſ. et edd. poſt. ante Stoer. *ſufficiunt* Floril. Sant. *discesſerit* Turic. *prava* Camp. *anguſtis* Turic. *in campo* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. poſt. ante Baſil.

15. *quidem* om. Goth. (tac. Geſn.) *et haec et certe* Guelf. *et hic certe* Flor. *et hic e certe* Ambr. 2. *certe*

uſui huic inſolentiori *ſectas vires* dicendi: vide et 5, 10, 90. 5, 11, 30.

comprehenſionibus. Recte Capper. hanc vocem illuſtrat remittendo lectorem ad 2, 15, 1. 11. vide nos ad 11, 1, 51.

14. *quam parva — deprehenduntur.* Licebit et hic digitum intendere ad conſum-

Digitized by Google

certe tota oratori est accommodata. Nam in tanta causarum (sicut superioribus libris diximus) varietate, cum alia conjectura quaerantur, alia finitionibus concludantur, alia jure summoveantur, vel transferantur, alia colligantur, vel ipsa inter se concurrant, vel in diversum ambiguitate ducantur: nulla fere dici potest, cujus non aliqua in parte

om. Camp. *t. o. e. decommodata* Flor. *t. oratoris e. accommodata* Bern. *t. oratori est. Nam* Ambr. 2. *t. oratoris est. Nam* Guelf. c. Goth. Jens. et edd. post. ante Ald. recte improbante Bad. quia modo haec forma praecesserit §. 10. *tota causarum* Locat. Ven. Rusc. *sicut superioribus.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. c. Alm. *sicut in s.* Voss. 3. *ut in s.* Goth. *ut s.* reliqui. *alia — concludantur* om. Turic. Flor. c. Alm. *summoveantur.* Sic libri mei omnes Guelf. Goth. Camp. Roll. Gesn. Bip. qui *subm.* cf. 11, 3, 42. *non aliqua in parte.* Sic Camp. *n. aliquam in parti* Turic. *n. a. i. parti* Flor. *in parte non aliqua* Goth. (tac. Gesn.) *n. p. i. a.* reliqui. *tracti aequi* Turic. *tracta ae.* Flor. c. Alm. *repperiantur* Turic. Flor. *reperiantur* Guelf. c. Jens. et edd. post. ante Stoer. acc. Gibs. Obr. Roll. pessime ignorata ratione genitivi in *aequi ac boni. quis nesciat* Camp. *sola* om. Camp.

matissimam, qua noster pollet, et comparandi et eloquendi proprietatem. Cf. §. 11.

15. *vel transferantur.* In hisce technicis et veteres solent dormitare interpretes et Burmannus ac Gesnerus securi fere transcurrunt, si quid objicitur difficultatis. Solus Capper. rei ipsi animum fere intendit, qui ne hic quidem cessavit, sed verum vidisse non est putandus. Monet is, *vel* esse epexegeticum verbi *summovere*, quo manifestius fiat lectori, statum translativum significari illo jure *summovente.* Hoc autem, ut per se fatuam quandam habet facilitatem somnolento lectori plus justo indulgentem, ita minime congruit duplici, quod continuo infertur, *vel.* Neque enim quisquam dicet, *vel — concurrant* et *vel — ducan-*

Digitized by Google

tractatus aequi ac boni reperiatur. Pleras-

tur interpretando illi *colligantur* inservire. Tantum unicuique liqueat necesse est: Recensentur diversa causarum genera, et quidem status 1) conjecturalis (*c. quaerantur*), 2) finitivus (*f. concludantur*), 3) legalis (*j. summoveantur*). Hujus quidem tertii status mox singulae quaestiones comparent: 1) syllogismus (*alia colligantur*, cf. lib. 7. c. 8.), 2) leges contrariae (*ipsa inter se concurrant*, cf. lib. 7. cap. 7.), 3) amphibolia (*in diversum ambiguitate ducantur*, cf. lib. 7. cap. 9.). In hoc, qui agitur, censu causarum facile desideres 1) *qualitatis* statum, 2) quaestionem legalem *scripti et voluntatis*. (cf. lib. 7. cap. 6.) Et prior quidem consulto est praetermissus, mox proferendus in illis: *Plerasque — consistant.* Neque enim attinebat probare, qualitatis statum indigere praeceptis philosophiae moralis, quod sponte intelligitur. De illa autem quaestionis legalis (*scripti et voluntatis*) omissione, alia res est. Ea profecto carere non poterat haec enumeratio, ut esset integra. Quibus ita accurate, ut quidem mihi videor, perpensis, eo adducor, ut aliquo modo obrutam suspicer hujus partis mentionem, quae ab ipso scriptore haud dubie fuerit facta. Nam verba *vel transferantur* meram glossam interpretor, profectam illam ab ejusmodi librario, qualem scriptorem Quintilianum Capperonnerius credidit. Accedit quod ne probat quidem *transferendi* appellationem noster in hac re. cf. 3, 6, 68—84. Sed illud quoque in nostri loci scriptura displicet, quod *alia* praemittitur verbo *colligantur*. Apparet enim, quoties *alia* hic ponatur, novum significari statum; cujusmodi nihil est in *colligendo*, quo, species tantum aliqua legalium quaestionum demonstratur i. *syllogismus*. Neque hoc attendit is, qui alioqui satis bene versatus est in hoc loco, Gedoynus. Sed visus est sibi majorem hic agnoscere divisionem, reddens ita: *les autres enfin sur les loix, dont on fait voir la liaison avec le fait en question par voie de sylogisme;* plurima ille de suo addens ad praecisam scriptoris nostri in hoc loco brevitatem. Censeo igitur, loco illius *alia* hic quoque *vel* reponendum esse. Emendare autem haec tam corrupta ne aggredior quidem, quibus, me quidem judice, et adjiciendo et subtrahendo nocuerint librarii. Sententiae consuletur talibus fere: *summoveantur, ut vel aliud scriptum ostendatur* (sive mavis *sit*) *voluntas alia, vel aliqua colligantur* etc.

Digitized by Google

que vero esse quis nescit, quae totae in sola
16 qualitate consistant? In consiliis vero quae ratio suadendi est ab honesti quaestione seposita? Quid illa etiam pars tertia, quae *laudandi* ac *vituperandi* officiis continetur? Nempe in tractatu recti pravique versatur.
17 An de *justitia*, *fortitudine*, *abstinentia*, *temperantia*, *pietate* non plurima dicet orator? Sed ille vir bonus, qui haec non vocibus tantum sibi nota atque nominibus aurium tenus in usum linguae perceperit, sed qui virtutes ipsas mente complexus ita sentiat, nec in cogitando laborabit, sed, quod sciet,

16. *est abjti quaestione* Turic. Flor. *e. ab honesta q.* Voss. 1. 3. *qui in laetitia quae laud.* Turic. Flor. (sed hic *let.* et *que*) *Quin i. e. p. t. q. l.* Ambr. 2. Guelf. c. Voss. 1. Bern. Jens. et edd. post. ante Gryph. (nisi quod Basil. Gryph. 1536. Vidov. *quinetiam illa*). *quid honesti quae laud.* Camp. mire. *Quid* autem, praeter hunc, solus vindicare videtur Goth. nisi quod Turic. *qui*, quod fere cum *quid* permutatur. Nec video, quomodo aliter procedat ista per *nempe* inducta sententiae absolutio.

17. *tantum si bona nota* Turic. Flor. c. Alm. *t. sed n.* Camp. *tenus ac in* Turic. Flor. Camp. c. Alm. Andr. Ald. pravo connectendi studio, cum neque copula indigeat sensus, et haec ipsa corruptelam arguat. cf. 12, 1, 29. *lingua* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. c. Alm. Voss. 1. 2. Vall. *perceperat* Turic. Flor. c. Alm. *et qui* Turic. Flor. *sentiat.* Sic Turic. Flor. Camp. *sentiet* reliqui. *nec in agendo cogitando* Goth. (tac. Gesn.) *cogitando laborabit.* Sic Turic. Flor. (nisi quod solito uterque errore — *vit*); *ita* inferunt reliqui, manifesto repetitum ex proximis; quanquam Badius *non ita* hic quoque interpretatur *non multum.* *quod sciret* Turic. Totus hic sermo parum videtur exploratus esse a VV. DD. Qui, cum *sentiet* legant omnes, continuare coguntur, quid-

17. *nec in cogitando — vere dicet.* cf. not. crit.

Digitized by Google

vere dicet. Cum sit omnis generalis quae- 18

quid hic tribuitur viro bono, et soli pronomini *qui* applicare, ut verbum ipsum sententiae repetendum sit ex illo *dicet* in quaestione praecedente posito, quasi ita illi respondeatur: „dicet quidem orator, sed ita demum dicet, si „fuerit vir bonus, qui etc.“ In hac autem *ille* non placet, positu saltem amandandum post *bonus* et ne sic quidem satis clarum. Hanc difficultatem mecum qui senserit, sententiam integram in hisce requiret, verbo suo principali non carentem; eaque potiemur, si pro *sed quod sciet* scripserimus *et q. s.* unde legitima illa nascetur copularum *nec — et* structura. Sic *perceperit — sentiat* absolvit subjectum i. eum, de quo agatur, virum bonum, quem deinceps noster dicat „*nec* laborare, *et* dicere“. Si quis tamen *sed* maluerit propter opposita *laborandi* et *vere dicendi* verba, ei succurret scriptura Gothana, unde haec eruat: *nec in agendo nec in cogitando laborabit.* Oneratur sane tribus *sed* haec nostri oratio: sed hoc ferre didicimus; nec quidquam proficit Turic. *et qui virtutes* exhibens pro *sed q. v.* Attendere autem decet venustam locutionem *aurium tenus in usum linguae*, ubi demonstratur transitus ille celerrimus severae de moribus et virtute doctrinae ab aure ad os, pectore animoque nequaquam contactis. Vir malus dicendi studiosus arripit quaecunque de justitia audierit, ut mox deblateret eadem. Nec satis illi, qui *lingua* scriberent pro *linguae*, ceperunt *usum linguae*, quae jam coepit *in quaestu esse* (cf. 1. Pro. 13.), quaeque hic cum aliquo contemtu dicitur, velut *mercenaria vox* 12, 1, 25. „*Qui* autem *ita* „*sentiat* sicut loquitur“ is demum audiendus est de virtute dicens; dicit enim *vere* i. sensibus ex ipso animo promtis, quique sibi ipsi fidem faciant apud auditores; cf. 4, 2, 38. Supereſt ut moneamus, *non* illud ante *vocibus* commune esse toti sensui, non adhaerescere soli participio *nota* aut particulae *tantum;* quare propagabimus negationem ad verbum ipsum *perceperit*, cui deinde respondet *sed — ita sentiat.* Hanc nos structurae rationem tollendis aliquot, quae male haec distinebant et sepiebant, virgulis planiorem fecimus. [Vid. Add.]

18. *Cum sit omnis.* Sic Turic. *c. autem o.* Guelf. *c.*

18. *generalis quaestio — quod universum est.* Cave in his *potentior* accipias ea vi, qua usurpatum est 10, 1, 17. et

Digitized by Google

ſtio ſpeciali potentior, quia univerſo pars continetur, non utique accedit parti, quod univerſum eſt: profecto nemo dubitabit, generales quaeſtiones in illo maxime ſtudio-
19 rum more verſatas. Jam vero cum ſint multa propriis brevibusque comprehenſionibus finienda, unde etiam ſtatus cauſarum dicitur *finitivus:* nonne ad id quoque inſtrui ab iis, qui plus in hoc ſtudii dede-

Goth. Voſſ. 2. Jenſ. et edd. poſt. ante Ald. acc. Bad. *c. autem ſit o.* Camp. *c.* Ald. Baſil. *c. ſit autem o.* reliqui. *qua* pro *quia* Turic. Flor. *pars utique cont.* Sic Turic. Flor. *utique* om. reliqui. *quod in univ.* Voſſ. 1. *eſt* om. Turic. *dubitavit* Turic. Flor. Camp. *verſatis* Turic. Flor. *verſitas* Guelf.

19. *brevique c. finiendis* Turic. Flor. *brevibus c. finienda* Guelf. c. Voſſ. 3. *finitimus* Camp. *ab his* Turic. Camp. *ſtudio* Flor. c. Alm. *aequi diſpoſitione* Camp. *a* pro *aut* Turic. *pars ad rat.* om. Camp. *parum ad mor.* Ambr. 2. *c.* Voſſ. 1.

alibi, ubi ad cauſas vincendas refertur. Quod cum ipſi Spaldingio hic acciderit, turbatum hic aliquid putabat. Sed *potentior* dictum hic philoſophico ſenſu; plus enim valet generalis quaeſtio et plura efficit, eo quod plura complectitur. Illud porro, quod in quaque materia univerſum eſt, non utique *accedit* (ἔπεται, ſic optime Boeckhius) parti. Quae cum ita ſint, facile efficitur, eum, qui in dicendo ſe nunquam deſtitui volet, generalibus quaeſtionibus operam dare debere; neque quisquam dubitabit, eas in illo maxime, quem graeci philoſophi praeferebant, ſtudiorum more quam ſubtiliſſime ſemper tractatas eſſe. Ita haec ſi explicamus, non ſolum in illo *more* (pro quo ne quis tentet *genere*, cantum volo) nemo haerebit, ſed et perfectum *verſatas* non ſine ratione adhibitum agnoſcemus, quod pro *verſari* poſitum et ipſe cum Spaldingio, antequam cum Boeckhio haec communicarem, mirabar. Buttm.

Digitized by Google

runt, oportet? Quid? non quaestio juris omnis, aut verborum proprietate, aut aequi disputatione, aut voluntatis conjectura continetur? quorum pars ad rationalem, pars ad moralem tractatum redundat. Ergo 20
natura permixta est omnibus istis oratio, quae quidem oratio est vere. Nam ignara quidem hujusce doctrinae loquacitas erret, necesse est, ut quae vel nullos, vel falsos duces habeat. Pars vero *naturalis*, cum est ad exercitationem dicendi tanto ceteris uberior, quanto majore spiritu de divinis rebus, quam humanis loquendum est, tum illam etiam moralem, sine qua nulla esse, ut docuimus, oratio potest, totam complectitur. Nam si regitur providentia mundus, 21
administranda certe bonis viris erit respublica. Si divina nostris animis origo, tendendum ad virtutem: nec voluptatibus terreni corporis

20. *quae quidem oratio* om. Turic. Flor. c. Alm. *loquacitatis erit* Flor., posterius c. Alm. *utique vel* Turic. Camp. (sed hic prius diremtim). *hebeat* Camp. *de* om. Turic. Ambr. 2. Guelf. Camp. *eloquendum est* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Camp. c. Voss. 3. Sed huc non videtur facere compositum; cf. 9, 4, 147.

21. *ad virt. tendendum* Turic. (quanquam hic *tenendum* c. Flor.) Camp. In Turic. tamen noster ordo per

20. *quae quidem oratio est vere.* Eodem redit haec exceptio, quo locus elegans 10, 7, 12. Mox autem pro „ignara „quidem" malim „i. quaesdum".

ut docuimus. modo §. 15.

21. *si regitur providentia.* cf. 3, 5, 6.

Digitized by Google

ſerviendum. An haec non frequenter tractabit orator? An *de auguriis*, *reſponſis*, *religione* denique omni, de quibus maxima ſaepe in ſenatu conſilia verſata ſunt, non erit ei diſſerendum, ſi quidem, ut nobis placet, futurus eſt vir civilis idem? Quae denique intelligi ſaltem poteſt eloquentia hominis optima neſcientis? Haec ſi ratione manifeſta non eſſent, exemplis tamen crederemus. Siquidem et Periclem, cujus eloquentiae, etiamſi nulla ad nos monumenta venerunt, vim tamen quandam incredibilem cum hiſtorici, tum etiam, liberrimum hominum genus, comici veteres tradunt, Anaxagorae phyſici conſtat auditorem fuiſſe: et Demoſthenem, prin-

notam reponitur. *An de aug.* Sic Camp. *Jam d. a.* reliqui. *futuros ſed vir* Flor. *idem* om. Camp.

22. *rationi* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *ſaltem* pro *tamen* Turic. Flor. c. Alm. *Periclem*, accuſativo Romano, ad unum omnes mei, quare nihil mutare ſum auſus. *pervenerunt* Camp. placet. *hiſtoricum etiam uberrimum* Turic. Flor. poſtremum c. Alm. *etiam* om. Camp. c. Goth. *hom. genus.* Sic Turic. Flor. Guelf. *g. h.* reliqui. *Graeciae oratorem* Turic. Flor. Camp.

Quae denique — ſaltem. Cum interrogatio ſit inſtar negationis, facile intelligitur *ſaltem*, valens *quidem*. cf. 6, 6, 15.

22. *liberrimum — genus, comici.* cf. 2, 16, 19. 10, 1, 82. De *eum* et *tum* cf. 4, 1, 66. *Hiſtoricorum*, qui teſtati ſunt praeſtantiam eloquentiae Periclcae, maximus Thucydides. *Liberrimi*, nihil erant adulationi daturi, et tunc ipſum *conviciabantur*. cf. et 12, 10, 24. ubi Demoſthenicae δαιμονίου origo Platonica iterum demonſtratur. Hoc autem de philoſophis doctoribus oratorum ſumſit a Cicerone Orat. c. 4.

Digitized by Google

cipem omnium Graeciae oratorum, dediſſe operam Platoni. Nam M. Tullius, non tantum ſe debere ſcholis rhetorum, quantum Academiae ſpatiis, frequenter ipſe teſtatur. Neque ſe tanta in eo unquam fudiſſet ubertas, ſi ingenium ſuum conſepto fori, non ipſius rerum naturae finibus terminaſſet. Verum ex hoc alia mihi quaeſtio exoritur, quae ſecta conferre plurimum eloquentiae poſſit: quanquam ea non inter multas poteſt eſſe contentio. Nam in primis nos *Epicurus* a ſe ipſe dimittit, qui fugere omnem diſciplinam navigatione quam velociſſima jubet. Neque vero *Ariſtippus*, ſummum in voluptate corporis bonum ponens, ad hunc nos labo- 23 24 1063

23. *teſtatur.* Sic Camp. *teſtatus* Turic. Flor. *teſtatus eſt* reliqui. *fuiſſet ubertas* Turic. Flor. Ambr. 2.; idem, ſed omiſſo etiam antea *ſe*, Camp. c. Voſſ. 1. 2. 3. Stoer. Chouet. Leid. *fuiſſe ubertates* Guelf. *rerum* om. Guelf. (qui et *naturae*) cum Goth. *inter multos* Camp. c. edd. ante Baſil.

24. *Epic. in primis nos* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) c. edd. poſt. ante Stoer. ordine nequaquam displicente. *a ſe ipſo* Goth. c. Voſſ. 1. 2. 3. (non Ald. ut Burm.) *velociſſime* Turic. Flor. (ſed uterque *veluc.*) Ambr. 2. Guelf. Camp. c. Goth. Voſſ. 1. et edd. ante Bad. acc. Baſil. Pro *jubet* autem Turic. *juvet*, Flor. *vivet*. Mox *ſum in volupt.* Turic. *ſicut i. v.* Camp. *adhuc nos* Turic. *adhuc nos ad* Tarv. et edd. poſt. ante

23. *M. Tullius — teſtatur.* Facile ſuccurrit VV. DD. locus Orator. c. 3. *fateor me — extitiſſe.* Sed cum *frequenter* dicat noſter, requiro plura hujus confeſſionis loca. *Nam* autem hic inſervit transeundo ad aliquid, quod etiam manifeſtius ſit praecedenti. cf. 9, 4, 84. In *Pericle* et *Demoſthene* conſtabat hoc communi fama, ſed *Cicero* de ſe ipſe teſtatur.

ſe — fudiſſet. cf. 11, 3, 84.

24. *Epicurus.* cf. 2, 17, 15.

Digitized by Google

rem hortatur. *Pyrrhon* quidem quas in hoc opere habere partes poteſt? cui judices eſſe, apud quos verba faciat, et reum, pro quo loquatur, et ſenatum, in quo ſit dicenda ſententia, non liquebit. *Academiam* quidam utiliſſimam credunt, quod mos in utramque partem differendi ad exercitationem forenſium cauſarum proxime accedat. Adjiciunt loco probationis, quod ea praeſtantiſſimos in eloquentia viros ediderit. *Peripatetici* ſtudio quoque ſe quodam oratorio jactant. Nam theſes dicere exercitationis gratia fere eſt ab

Ald. *hortatur.* Sic Camp. *ortatus* Turic. *ortatur* Flor. *adortatus* Alm. *hortetur* Jenſ. c. edd. poſt. ante Bad. *adhortetur* reliqui. *Pyrrhon.* Sic Flor. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) c. Voſſ. 2. 3. et edd. poſt. ante Baſil. (quanquam plerique corrupta forma). Nos Graecam formam praetulimus, cf. 1, 5, 60. 11, 3, 178. Pro hoc tamen nomine *Patronus* Guelf. c. marg. Baſil. *habere partes.* Sic Turic. Flor. Ambr. 2. (et hi quidem tres *partis*) Guelf. Camp. *habere in hoc opere partes* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) c. edd. ante Gryph. *i. h. o. partes habere* reliqui. *rerum* pro *reum* Ambr. 2.

25. *quidem* Turic. Flor. Jenſ. (tac. Geſn.) c. Alm. et edd. poſt. ante Ald. *ad judicium loco* Turic. Flor.

eſt ab iis. Sic Ambr. 2. Camp. Goth. Jenſ. (tac.

25. *praeſtantiſſimos — viros.* „Platonem primo ipſum, „quem audiviſſe modo dictus „eſt Demoſthenes, tum Car„neadem, ipſumque Cicero„nem.“ Geſnerus. Cf. et 12, 1, 35.

ſtudio — oratorio. i. aliquid ſingulari ſuo ſe hujus artis amore praeſtitiſſe. Unicuique autem in mentem veniat, quos et Geſnerus memorat, Ariſtotelis et Theophraſti, item Theodectae aliorumque. Sed exercitationem theſium dicendarum diſerte tribuit Ariſtoteli Cicero Orat. c. 14. extr. indicante Pſeudo-Turnebo. vide et 3, 1, 14.

Digitized by Google

iis inſtitutum. *Stoici*, ſicut copiam nitoremque eloquentiae fere praeceptoribus ſuis defuiſſe concedant neceſſe eſt, ita nullos aut probare acrius, aut concludere ſubtilius contendunt. Sed haec inter ipſos, qui velut ſa- 26
cramento rogati, vel etiam ſuperſtitione conſtricti, nefas ducunt a ſuſcepta ſemel perſuaſione discedere. Oratori vero nihil eſt neceſſe in cujusquam jurare leges. Majus enim 27
eſt opus atque praeſtantius, ad quod ipſe tendit, et cujus eſt velut candidatus, ſi qui-

Geſn.) niſi quod duo poſtremi transponunt *ab iis eſt* e. edd. poſt. ante Stoer. *eſt ſtabilis* Turic. Flor. unde effici poſſit etiam *ab illis*. Reliqui *eſt ab his*. *opinione* pro *copiam* Turic. Flor.

26. *vel* pro *velut* Guelf. *ducant* Turic. Flor. Camp. quod fortaſſe praeferendum. *oratorium nihil* Turic. Flor. Fraudi fuit compendium o i. e. *vero*; cf. 8, 6, 45. 7, 2, 41. 7, 1, 53. 6, 2, 30. 5, 14, 5.

27. *enim opus* omiſſo *eſt* Ambr. 2. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) c. Voſſ. 2. 5. et edd. ante Baſil. nec displi-

copiam nitoremque — defuiſſe. cf. Ciceronis locus poſitus ad 2, 15, 35.

fere praeceptoribus. Dubitari poteſt, ſuone morbo hic iterum poſuerit *fere* noſter, an librariorum culpa irrepſerit.

26. *Sed haec inter ipſos*. i. philoſophos. De ſtructura cf. 11, 3, 144. Eodem enim redit ſpecies haec apoſiopeſeos. Philoſophorum ſectas, ſemper cum aliquo contemtu ſibi commemoratas, vel militibus, vel enthuſiaſticorum ſacrorum conſortibus, velut agyrtis quibusdam, comparat. Prius eſt in mentione *ſacramenti* (et eſt *ſacramento rogatos* in Decl. Quint. 3. p. Bip. 42. ut apud Livium quoque), pro quo mox redditur *in leges jurare*, plane ad modum loci Horatiani Epiſt. 1, 1, 14. Neque enim fas erat militem unquam abeſſe ſignis. cf. 7, 4, 14.

Digitized by Google

dem eſt futurus cum vitae, tum etiam eloquentiae laude perfectus. Quare in exemplum dicendi facundiſſimum quemque proponet ſibi ad imitandum: moribus vero formandis quam honeſtiſſima praecepta, rectiſſimamque ad virtutem viam deliget. Exercitatione quidem utetur omni, ſed tamen erit plurimus in maximis quibusque ac natura
28 pulcherrimis. Nam quae poteſt materia reperiri ad graviter copioſeque dicendum magis abundans, quam *de virtute*, *de republica*, *de providentia*, *de origine animorum*, *de amicitia?* Haec ſunt, quibus mens pariter atque oratio inſurgant: *quae vere bona*,

eet. *exemplum dicendi.* Sic Turic. Flor. c. Alm. *bene* inſerunt reliqui. *vere* pro *vero* Turic. *diliget* Ambr. 2. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) c. Bern. (err. Burm.)

quedam ut. Turic. Flor. *quid eſt u.* Camp. *et tamen* Turic. Flor. *plurimis* Turic. Flor. Guelf. *quibusque actura* Turic. *q. atque natura* Guelf. *quibus natura* Camp. *pulcherrimus* Jenſ. c. edd. poſt. ante Bad. qui noſtrum conjectura aſſecutus videtur.

28. *vera bona* Camp. c. Andreana. *vero b.* Jenſ. c. edd. ante Ald. *quod mitiget* Guelf. *quae mitigent* Baſil.

27. *cum — tum.* Hic quoque legitima agnoſcitur particularum ratio, quia mirabilius eſt ipſam *eloquentiam*, non *vitam* modo, indigere majoribus, quam quae vulgaris ſectarum philoſophia praeſtet. Quanquam igitur *eloquentia* infra *vitam* eſt, tamen inſurgit oratio, ſi, quod *vitae* ſoli deberi credebamus, id *eloquentiae* quoque perficiendae neceſſarium docemur.

28. *quae vere bona — opinionibus vulgi.* Haec valde commonent illorum quae ſunt apud Horatium Epiſt. 1, 18, 96 — 103., ita tamen, ut nequaquam inde ſumta videantur, ſed utrique ſcriptorum ſponte ſubnata, et quae utrumque optimo cuique lectorum

Digitized by Google

1064 *quid mitiget metus, coërceat cupiditates, eximat nos opinionibus vulgi, animumque coeleſtem.* Neque ea ſolum, quae talibus diſciplinis continentur, ſed magis etiam, quae ſunt antiquitus dicta ac facta praeclare, et noſſe, et animo ſemper agitare conveniet. Quae profecto nusquam plura majoraque, quam in noſtrae civitatis monumentis repe-

c. edd. poſt. ante Obr. ut et *coërceant*, *eximant* eaedem, ſed nullus ita vetus liber. *nos* om. Flor. *metum* Camp. Poſt *coeleſtem* addunt *pariant* vel *pariat* Chouet. Leid. Gibſ. Rollin.

29. *neque eam quae ſolum* Turic. *ſunt antiquitus.* Sic Turic. Camp. *tradita* inſerunt reliqui, unde *dicta et facta* contrahunt naturam nominum ſubſtantivorum, cum potius ſint participia ad *antiquitus* referenda. *dicta acta praecl.* Ambr. 2. Guelf. c. Voſſ. 3. *convenit* Guelf. c. Obr. *nos quam* Ambr. 2. Guelf. c. Bern. (ex quo *non q.* Burm. per errorem, ut ſuſpicor.) *majora quam* Guelf.

commendaverint olim et commendent.

animumque coeleſtem. Qui hic repetendo proximo verbo *eximat* acquieſci poſſe judicarunt, nihil plane vidiſſe cenſendi ſunt. Manifeſta eſt lacuna, quam miror a Burmanno modo agnitam narrare Geſnerum, de ſuo ſenſu tacentem. Supplementa adhuc tentata parum adjuvant. *Animus coeleſtis*, poſtquam *originem animorum* inter quaeſtiones noſter recenſuit, non poteſt niſi hauſtam e divina natura mentem declarare; quare, cum ad mores regendos fere pertineant quae adhuc poſita ſunt verba *mitiget, coërceat, eximat*, nihil convenientius reperio quam ut duobus vocabulis inſeramus *deceat.* [Elegans conjectura: cui tamen, cum in talibus certitudo attingi non poteſt, meam etiam adjungere licebit: *animumque coeleſtem levet.* Buttm.]

29. *antiquitus dicta ac facta praeclare.* Apparet hujusmodi adverbia in *itus* exeuntia non tam locum et tempus *unde* ſignificare, quam *ubi.*

Digitized by Google

dem eſt futurus cum vitae, tum etiam eloquentiae laude perfectus. Quare in exemplum dicendi facundiſſimum quemque proponet ſibi ad imitandum: moribus vero formandis quam honeſtiſſima praecepta, rectiſſimamque ad virtutem viam deliget. Exercitatione quidem utetur omni, ſed tamen erit plurimus in maximis quibusque ac natura
28 pulcherrimis. Nam quae poteſt materia reperiri ad graviter copioſeque dicendum magis abundans, quam *de virtute*, *de republica*, *de providentia*, *de origine animorum*, *de amicitia?* Haec ſunt, quibus mens pariter atque oratio inſurgant: *quae vere bona*,

cet. *exemplum dicendi.* Sic Turic. Flor. c. Alm. *bene* inſerunt reliqui. *vere* pro *vero* Turic. *diliget* Ambr. 2. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) c. Bern. (err. Burm.)

quedam ut. Turic. Flor. *quid eſt u.* Camp. *et tamen* Turic. Flor. *plurimis* Turic. Flor. Guelf. *quibusque actura* Turic. *q. atque natura* Guelf. *quibus natura* Camp. *pulcherrimus* Jenſ. c. edd. poſt. ante Bad. qui noſtrum conjectura aſſecutus videtur.

28. *vera bona* Camp. c. Andreana. *vero b.* Jenſ. c. edd. ante Ald. *quod mitiget* Guelf. *quae mitigent* Baſil.

27. *cum — tum.* Hic quoque legitima agnoſcitur particularum ratio, quia mirabilius eſt ipſam *eloquentiam*, non *vitam* modo, indigere majoribus, quam quae vulgaris ſectarum philoſophia praeſtet. Quanquam igitur *eloquentia* infra *vitam* eſt, tamen inſurgit oratio, ſi, quod *vitae* ſoli deberi credebamus, id *eloquentiae* quoque perficiendae neceſſarium docemur.

28. *quae vere bona — opinionibus vulgi.* Haec valde commonent illorum quae ſunt apud Horatium Epiſt. 1, 18, 96 — 103., ita tamen, ut nequaquam inde ſumta videantur, ſed utrique ſcriptorum ſponte ſubnata, et quae utrumque optimo cuique lectorum

Digitized by Google

064*quid mitiget metus, coërceat cupiditates, eximat nos opinionibus vulgi, animumque coeleſtem.* Neque ea ſolum, quae talibus diſciplinis continentur, ſed magis etiam, quae ſunt antiquitus dicta ac facta praeclare, et noſſe, et animo ſemper agitare conveniet. Quae profecto nusquam plura majoraque, quam in noſtrae civitatis monumentis repe-

c. edd. poſt. ante Obr. ut et *coërceant*, *eximant* eaedem, ſed nullus ita vetus liber. *nos* om. Flor. *metum* Camp. Poſt *coeleſtem* addunt *pariant* vel *pariat* Chouet. Leid. Gibſ. Rollin.

29. *neque eam quae ſolum* Turic. *ſunt antiquitus.* Sic Turic. Camp. *tradita* inſerunt reliqui, unde *dicta et facta* contrahunt naturam nominum ſubſtantivorum, cum potius ſint participia ad *antiquitus* referenda. *dicta acta praecl.* Ambr. 2. Guelf. c. Voſſ. 3. *convenit* Guelf. c. Obr. *nos quam* Ambr. 2. Guelf. c. Bern. (ex quo *non q.* Burm. per errorem, ut ſuſpicor.) *majora quam* Guelf.

commendaverint olim et commendent.

animumque coeleſtem. Qui hic repetendo proximo verbo *eximat* acquieſci poſſe judicarunt, nihil plane vidiſſe cenſendi ſunt. Manifeſta eſt lacuna, quam miror a Burmanno modo agnitam narrare Geſnerum, de ſuo ſenſu tacentem. Supplementa adhuc tentata parum adjuvant. *Animus coeleſtis*, poſtquam *originem animorum* inter quaeſtiones noſter recenſuit, non poteſt niſi hauſtam e divina natura mentem declarare; quare, cum ad mores regendos fere pertineant quae adhuc poſita ſunt verba *mitiget, coërceat, eximat*, nihil convenientius reperio quam ut duobus vocabulis inſeratur *deceat.* [Elegans conjectura: cui tamen, cum in talibus certitudo attingi non poteſt, meam etiam adjungere licebit: *animumque coeleſtem levet.* Buttm.]

29. *antiquitus dicta ac facta praeclare.* Apparet hujusmodi adverbia in *itus* exeuntia non tam locum et tempus *unde* ſignificare, quam *ubi.*

Digitized by Google

50 rientur. An fortitudinem, juſtitiam, fidem, continentiam, frugalitatem, contemtum doloris ac mortis, melius alii docebunt, quam Fabricii, Curii, Reguli, Decii, Mutii, aliique innumerabiles? Quantum enim Graeci praeceptis valent, tantum Romani, quod eſt
51 majus, exemplis. Tantumque non cognatis id e rebus admoneri ſciet, qui non modo proximum tempus, lucemque praeſentem in-

50. *et* pro *An* Turic. Flor. c. Alm. *fidem, continentiam* om. Turic. Flor. c. Alm. *aliqua innum.* Ambr. 2.

51. *tantum quod* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. c. Voſſ. 3. Vall. Ald. Baſil. Obr. *non conognotis ſi de ribus ad veri qui non* Turic. *non cognotis ſi de ribus ad veri q. n.* Flor. *n. c. i. e r. admoveri q. n.* Ambr. 2. *n. c. i. e r. amoveri q. n.* Guelf. *n. e. idem r. admoneri q. n.* Goth. c. Voſſ. 1. 2. 3. Vall. *n. c. id eſt r. admoveri q. n.* Bern. *n. c. ſideribus admoneri q. n.* Jenſ. (tac. Gefn.) c. edd. poſt. ante Ald. acc. Obr. Illud quod hic legimus *ſciet* nullus meorum habet ante Gryph. (1544.), niſi quod defectum ejus in Camp. non notavi, per errorem haud dubie; nec quidquam princeps illa editio praeterquam quod *id e* omittit. *lucemque praeſentem.* Sic libri et ſcripti et

50. *quod eſt majus.* Velim anteponi hisce *id,* quod facillime excidebat. Inde orietur legitima illa ſtructura *id quod* (cf. §. 8.), quae praemiſſa voci *exemplis* excitat lectorem et pondus addit ſequenti. Certe Tacitum ſi forte dedecuerit minus praeciſa hujusmodi oratio, Quintiliani noſtri eadem eſt prorſus: nec Gelnero, gloſſam ſuſpicanti, aſſentiar. Similis autem eſt vox Ajacis apud Ovidium Metam. 13, 11. 12. „quantumque ego Marte ſe„roci, Quantum acie valeo, „tantum valet iſte loquendo.“ Admonet Paſſeratius loci Ciceroniani de Or. 3, 34. „ut „virtutis a noſtris, ſic doctri„nae ſunt ab illis“ (Graecis) „exempla repetenda.“

51. *Tantumque — ſciet.* De his cf. not. crit.

Digitized by Google

tueri satis credat, sed omnem posteritatis memoriam, spatium vitae honestae, et curriculum laudis existimet. Hinc mihi ille justitiae

excusi ad unum omnes praeter Gesnerum et Bip. qui *locumque p.* Quae illius, nisi est sphalma, audacula conjectura vix cuiquam probabitur. Acquievit autem Gesnerus in ea, quam ab ipso quidem non nominatus, praeiverat Capperonerius, interpretatione, ut *tantum non* esset *prope*, diceretque Qu. „Quicunque posteritatis memoria curricu„lum laudis metietur, is sciet i. e. sentiet, se idem" (probat enim Gesn. Gothanam scripturam) i. e. ad eandem rem „cognatis prope exemplis admoneri." *Eandem rem* intelligit, opinor, virtutem qualem praestiterunt Romani illi heroes. *Prope* autem *cognata exempla* vocat, quae ejusdem sunt populi, quanquam non ejusdem familiae. At quam leve hoc, quamque non dignum, quod tam operose significaretur! Adde quod hanc vocum *tantum non* structuram apud nostrum non reperio: cf. ad 6, 2, 4. Quanquam in Declamatt. Quint. eadem est etiam frequens. Nec quidquam agitur recentiorum quibuslibet interpretationibus, cum omni auctoritate careat, unde pendent illae, verbum *sciet*. Nihil equidem extundo; sed hoc dispicere videor, *tantum quod non* nequaquam esse solicitandum, quod speciem praebeat illius apud Ciceronem quoque, pro *nisi quod non*, occurrentis formulae: cf. Ernest. Clav. v. *tantum*, et Gronov. ad Liv. 31, 4, 6. (err. Ern.). Turicensi illi pro *cognatis* scripturae aliquid reconditius subesse suspicor: et in illis *sideribus* latet fortasse *sed rebus* cum oppositione praecedenti ablativo reddenda. Ex illis autem *ad veri*, addenda littera *t*, verbum finitum est eruendum. Denique hoc etiam diligenter attendendum, sintne illa *credat*, *existimet*, ut nunc est, modi potentiales habendi, an refingendo illo *qui* (sicut *quin* scribit Obr.) ad praecepti rationem traducendi. Dolet sane hariolantis et trepidantis partes agere in loco honesti affectus plenissimo, non explanantis; sed qui adhuc sibi visi sunt intelligere, longius etiam a vero fuerunt. Quorum Gedoynus quidem robori et gravitati sententiae maxime prospexit, securus tamen verborum scriptoris. *Hinc* ante *mihi* om. Turic. Flor. Ambr. 2, Guelf. Camp. c. Alm. Voss. 3. *superatam libertatem* Guelf.

Digitized by Google

in discendo cognita ad judicem perferet: quid fiet in iis quaestionibus, quae subito inter ipsas actiones nasci solent? non deformiter respectet, et inter subsellia minores

(sic dicuntur, quoniam *discente* patrono *praecipit* litigator) „accepit, et *composita* i. condicta, item *certa quae in causa „sunt* i. *partem causae nulli dubitationi obnoxiam* (cf. 2, 4, „35. 3. 4, 8. 3. 5, 3.) quam probe ei, ut fieri solet, in„culcavit litigator, quatenus haec, inquam, judici expo„net." Habet sane illud *ut fit* aliquantum obscuritatis, situs *ad cognita referendum*, sicut adhuc ipse interpretatus sum, an ad *perferet*. In hac quidem ratione fieri vulgo dicet noster, ut *certa* in causa, neque magna jurisconsulti sollertia eruenda, verbose tractent oratores illi a juris civilis scientia alieni. „Quidquid a docente litiga„tore rescisci potest patronus, id quidem sat bene oran„do commendabit, vel nulla juris peritia adjutus: sed „quota haec pars est in tota actione dicendorum?" [Hanc viri optimi demonstrationem, qua mihi quidem minime persuasit, premere tamen nefas duxi; etsi, quod volebat idem, recipere in textum Campani scripturam non sustinui. Nam cum toties similium vocum confusione peccatum sit in antiquissimis illis, levis sane error erat *fit ut* facientium ex illo *ficut*, et *certa* e *cetera*; manifestaque hujus scripturae correctura est illud quod in sola principi editione legitur. Sensus autem vulgatae mihi quidem impeditus non videtur. „Non magno incommodo haec etiam, quae sunt e jure civili petenda, domi a jurisperito praecepta et composita (cf. 4, 1, 54.) et cum ceteris, quae in ipsa causa sunt, in discendo cognita ad judicem perferet." Buttm.] *perferret* Turic. Flor. *perfert* Ambr. 2. c. Goth. Voss. 2. Ald. *praefert* Guelf. Exc. Sant. *in his* Camp. Pronomen omittunt Goth. et edd. rel. ante Ald. *quaestionibus* Flor. *ipsa sanctionibus nasci* Flor. qui et mox *non* omittit, sed lacuna relicta. *respectet nisi subselli* m. Turic. Flor. (hic quidem *subseli*). *re spectet inter s. m.* Camp.

perferet. Vid. not. crit. — Quid sit *causam discere*, mox charrabit noster capite hujus libri octavo. cf. 5, 7. 7. 7. 1, 4.

Digitized by Google

advocatos interroget? Poteſt autem ſatis di- 3
ligenter accipere, quae tum audiet, cum ei
dicenda ſunt? aut fortiter affirmare, aut in-
genue pro ſuis dicere? poſſit in actionibus:
quid fiet in altercatione, ubi occurrendum
continuo, nec libera ad diſcendum mora eſt?
Quid, ſi forte peritus juris ille non aderit?
Quid, ſi quis non ſatis in ea re doctus, fal-
ſum aliquid ſubjecerit? Hoc enim eſt ma-
ximum ignorantiae malum, quod credit eum
ſcire, qui moneat. Neque ego ſum noſtri 4
moris ignarus, oblitusve eorum, qui velut
ad arculas ſedent, et tela agentibus ſummi-
1066niſtrant: neque idem Graecos quoque ne-

3. *Poteſt aut* Jenſ. (mero ſphalmate, quoniam ne in Tarv. quidem) Ald. Bad. Baſil. ingrato aſyndeto. *cum adicienda ſunt* Turic. Flor. Ambr. 2. c. Alm. *c. adjicienda ſ.* Camp. Voſſ. 1. 3. *c. dicenda ſ.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *ingenue poſſit pro ſuis dicere in act.* Jenſ. c. edd. poſt. ante Ald. qui plane omittit verbum *poſſit. fiet* om. Goth. Vall. *f. intercatione* Flor. *ad dicendum* Goth. (tac. Geſn.) *ora* Flor. *hora* Camp. *quod ſi forte* Turic. Camp. *aderit et quid* Camp. *a. quod* Jenſ. *non ſatis* om. Guelf. *maxime* Flor.

4. *ſumminiſtrant.* Mſſ. hic quidem *ſubm. Graeco* Turic. omiſſo *quoque. tuſis* pro *cauſis* Flor.

3. *in altercatione.* cf. lib. 6. cap. 4.

4. *velut ad arculas — ſumminiſtrant.* Cf. 5, 7, 8. Neſcio autem quam bene provocant ad Virg. Aen. 10, 333. ubi Achatae inclamat Aeneas *Suggere tela mihi*, magnam mox haſtam capeſſens. Certe quibus *arculis* in ipſo proelio *aſſidere* potuerit Achates non video, ſive in ipſo eas curru militari cum Geſnero fingas, ſive alibi. Quare fuiſſe tales ſuſpicor in palaeſtris aliisve exercitiorum locis. BUTTMANN.

Digitized by Google

ſcio factitaſſe, unde nomen his *pragmaticorum* datum eſt. Sed loquor de oratore, qui non clamorem modo ſuum cauſis, ſed omnia, quae profutura ſunt, debet. Itaque eum nec inutilem, ſi ad horam forte conſtiterit, neque in teſtationibus faciendis eſſe imperitum velim. Quis enim potius praeparabit ea, quae, cum aget, eſſe in cauſa velit? Niſi forte imperatorem quis idoneum credit in praeliis quidem ſtrenuum et fortem, et omnium, quae pugna poſcit, artificem: ſed neque delectus agere, nec copias contrahere atque inſtruere, nec proſpicere commeatus, nec locum capere caſtris ſcientem: prius eſt enim

5. *nec utilem* Ambr. 2. Guelf. c. Bern. *oram* Turic. Ambr. 2. *Quis enim pro tuis* Camp. *praeparavit* Turic. Flor. *cum ageret* iidem. *ſi forte* Flor. *dilectus* Flor. Ambr. 2. c. Voſſ. 3. *agere* om. Guelf. *neque inſtruere* Guelf. *certè* pro *certe* Ambr. 2. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) c. Voſſ. 5. Bern. Tarv. Loc. Ven. *parere b.* Flor.

pragmaticorum. vid. 3, 6, 59.

clamorem — ſuum. „Quo „ad clepſydram latreat.“ vid. Cic. de Or. 3, 34, cf. et 6, 4, 6.

5. *ſi ad horam — conſtiterit.* Rectiſſimè contra Burmannum, de oratore ad clepſydram dicente haec interpretantem, Geſnerus obſervat, „non eſſe hic ſermonem de „agenda cauſa apud judices, „ſed de *praeparandis* quae patronus in cauſa eſſe velit, „nempe vel apud praetorem „ſive in jure, ubi *lis* ſit *con-* „*teſtanda*, vel in teſtationibus „faciendis.“ Ad conteſtandam autem litem et quodcunque praevium apud praetorem fiebat, *hora* erat conſticta litigatoribus. Ad quam ſi forte orator ille *conſtitiſſet* i. intereſſet (*conſiſtunt* enim in jure qui ab alterutra parte adſunt; cf. Lexica), utilem et ipſum vult eſſe Quintilianus. Buttm.

in teſtationibus faciendis. cf. 5, 7, 35.

Digitized by Google

certe parare bella, quam gerere. Atqui ſimil- 6
limus huic ſit advocatus, ſi plura, quae ad vincendum valent, aliis reliquerit: cum praeſertim hoc, quod eſt maxime neceſſarium, nec tam ſit arduum, quam procul intuentibus fortaſſe videatur. Namque omne jus, quod eſt *certum*, aut *ſcripto* aut *moribus* conſtat: *dubium* aequitatis regula examinandum eſt. Quae ſcripta ſunt, aut poſita in 7
more civitatis, nullam habent difficultatem: cognitionis ſunt enim, non inventionis: at quae conſultorum reſponſis explicantur, aut in verborum interpretatione ſunt poſita, aut

6. *quae* om. Turic. Flor. c. Alm. Sed *ad*, quod apud Locatellum non invenerunt Bad. et Burm. in meo certe exemplo legitur. *reliquerint* Flor. *maxime* om. Guelf. *nec tam.* Sic Ambr. 2. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Camp. c. Voſſ. 2. et edd. ante Bad. *nec tamen* Turic. Flor. *non tam* reliqui. *omnis vis* Turic. Flor. *certum quod ſcriptum* Turic. Flor. c. Alm. *c. aut ſcriptum* Camp. *c. ut ſcripto* Jenſ. (tac. Geſn.).

7. *habet* Turic. Flor. Mox inter *difficultatem* et *cognitionis* Turic. Flor. inſerunt verba ex §. 12. (quae tamen illic etiam ab iisdem ponuntur) ita: *ſequebantur aliqui pigritiae adrogantioris qui ſubito frontae confincta inmiſſaque;* cujusmodi illud quoque eſt profecto, quod ſaum cod. turbare multa inferciendo narrat Almelovenus. *cogitationis ſunt enim* Turic. Flor. *poſita jam in recti* Turic.

† † †

6. *nec tam ſit arduum.* Librorum ſcriptura *nec* facile defenditur, ſi memineris inesſe *ne ſit quidem tam arduum;* cujusmodi exempla nobis quoque in ſuperioribus ſunt animadverſa, nunc quidem non occurrentia, et aliquoties nuper demonſtravit I. H. Voſſius ad Tib. 1, 2, 30. 37. 1, 7, 45. 69.

Haec mane cum ſcripſiſſet *Georgius Ludovicus Spalding*, veſpere ereptus eſt Quintiliano, et his litteris univerſis,

Digitized by Google

in recti pravique discrimine. Vim cujusque vocis intelligere, aut commune prudentium est, aut proprium oratoris: aequitas
8 optimo cuique notissima. Nos porro et bonum virum et prudentem in primis orato- 1067
rem putamus, qui cum se ad id, quod est optimum natura, direxerit, non magnopere commovebitur, si quis ab eo consultus dissentiet; cum ipsis illis diversas inter se opiniones tueri concessum sit. Sed etiam si nosse quid quisque senserit volet, lectionis opus est: qua nihil est in studiis minus la-

posita aut recti Jens. cum edd. post. ante Ald. Mox *notissima est* Goth. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. post. ante Stoer.

8. *virum bonum* Camp. Mox *id* om. Turic. Flor. Camp. *natura dixerit* Flor. Verbum om. Ambr. 2. Guelf. *nat. duxerit* Jens. c. edd. post. ante Ald. *commobitur* Flor. Ambr. 2. *conabitur* Goth. *si quis habeo c.* Turic. *dissentiat* Jens. (non Goth. err. Gesn.) c. edd. post. ante Stoer. exc. Bad. Basil. *etiam nosse si quis quae sens.* Camp. *nolle* Guelf. *nosse quod quisque* Turic. *nosse quisque* Goth. *lectione* Alm. Vall. Bad. c. edd. aliquot post. genitivum vindicante G. J. Vossio in Aristarcho 7, 8. Mox *quia nihil* Turic. Flor. Camp.

et siquid in quocunque genere boni aut re aut humanissimo gaudio plausuque juvandum erat.

8. *Nos porro.* vid. ad 2, 5, 5. Directa autem est oppositio, quae est in voce *porro*, contra nimiam quam quis tribuere possit juris consultis auctoritatem.

ipsis illis. Naturalis verborum ordo erat „*illis* — inter se ipsos", ut *ipsos* subjecto infinitivi adhaereret. Nunc more sollemni ob verbum *concedendi* mutatum in dativum, et non sine vi in fronte locutionis positum est. „Quid mirum, si a nobis dissentiant, qui ipsi inter se?"

Digitized by Google

boriosum. Quodsi plerique, desperata facul- 9
tate agendi, ad discendum jus declinave-
runt; quam id scire facile est oratori, quod
discunt, qui sua quoque confessione orato-
res esse non possunt? Verum et M. Cato
cum in dicendo praestantissimus, tum juris
idem fuit peritissimus: et Scaevolae Servio-
que Sulpicio concessa est etiam facundiae
virtus. Et M. Tullius non modo inter agen- 10
dum nunquam est destitutus scientia juris,
sed etiam componere aliqua de eo coeperat: ut appareat, posse oratorem non di-

9. *vel discendum* pro *ad d.* Guelf. *sua quaeque* Ambr. 2. *mencato* pro *M. Cato* Flor. *praestantissimos* Turic. *tum — peritissimus* om. Turic. Flor. c. Alm. *fuit idem* Goth. Jens. c. edd. post. ante Stoer. *servique* Flor. *instus* pro *virtus* Turic. Flor. omissis ob homoeoteleut. seqq. *Et — destitutus.*

10. *in agendum* Ambr. Guelf. *in agendo* Camp. *nusquam* Obr. *non dicendo* Goth. Voss. 2. Ioann. Camp. *tanti juri* Guelf. *tanti viri* Ambr. 2. *etiam dicendo* Flor.

9. *desperata — declinaverunt.* „Cicero pro Murena „c. 13. Videntur plerique „jurisconsulti initio multo „hoc maluisse (ut oratores fie„rent). Post cum id assequi „non potuissent, istuc potis„simum sunt delapsi, ut ajunt „in Graecis artificibus" etc. [cetera quaere apud nostrum 8, 3, 79.] Gesnerus.

10. *M. Tullius — coeperat.* Constat e Gellio (1, 22.) librum scripsisse Ciceronem qui inscriptus erat *de jure civili in artem redigendo.* Quem cum absolutum nunquam fuisse ex hoc Fabii loco suspicatus esset Bynckershoeckius, apte Bachius (Hist. Jurisprud. Ro. 2, 2, 43.) reposuit, id hoc loco valere verbum *coepisse*, quod hoc uno libro edito initium Cicero fecerit eorum, quae de jure civili scribere in animo haberet. Ceterum qui de Ciceronis Jurisprudentia scripserint indicavit Harlesius in Notit. Script. Latin. II. p. 149.

Digitized by Google

ſcendo tantum juri vacare, ſed etiam docendo. Verum ea, quae de moribus excolendis ſtudioque juris praecipimus, ne quis eo credat reprehendenda, quod multos cognovimus, qui taedio laborum, quem ferre tendentibus ad eloquentiam neceſſe eſt, confugerint ad haec deverticula deſidiae. Quorum alii ſe ad album ac rubricas transtule-

11. *praecepimus* neque in Jenſ. (err. Geſn.) neque in ullo meorum: lectum tamen id alicubi dicas Obrechto, qui hinc effecerit ſuum *praecepimus modo* (err. Burm.); cui noſtrum profecto nemo poſtponet. *nonne quis* Guelf. Goth. Exc. Sant. c. Voſſ. 1. 2. 3. Jenſ. et edd. poſt. ante Bad. qui (ex cod. Vall. haud dubie, err. Burm.) noſtram reſtituit, merito rejecto Aldino commento *non aequius eo quis cr.* Mox *reprend.* Camp. *quem fere* Flor. Ambr. 2. Camp. *diverticula* Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) c. edd. aliq. poſt. Mox *ad* om. Turic. *rubrica* Ambr. 2. Guelf. c. Voſſ. 3. *formula velud* Turic. *formula v.* a. Flor. c. Alm. *legii* Turic. *legu* Flor. *legum* Alm. *quidem* Turic. Flor. Ambr. 2. Camp. c. Alm. *eſſem mal.* Turic. *degentes* Flor. *egentes* marg. Baſil. *ſolum* Turic. Flor. Camp.

11. *ad album — eſſe maluerunt.* „Hic *album* dixit pro „Jure praetorio et *rubricas* „pro Jure civili, quod XII ta„bulis continebatur: ut et „*formularios* ad praetorias re„tulit formulas, *legulejos* ad „jus civile et XII tabb. le„ges.“ Verba ſunt Turnebi in Adverſ. 4, 5. quae nos ideo hic ponimus, quod Geſnerus quoque in Theſaurum ſuum v. *Albus* inferre ea dignatus eſt, omiſſis tamen illis quae ad XII tabularum leges rubricas juris civilis reſtringere videbantur. Recte ille quidem: ſed male eadem reſtrictio in *legulejis* relicta eſt. Nam utique univerſum jus civile, quod inde a XII tabularum tempore legibus, conſuetudinibus et conſultorum reſponſis obtinuit, hominesque qui haec omnia memoria tenebant, a Quintiliano demonſtrantur. Sed in eo ſane non falſus eſt Turnebus, quod ad jus civile *rubricas* ſpectare dicit; hoc enim vel ſola illa „Maſuri rubrica“ apud Perſium docet (5. 90.

Digitized by Google

sunt, et formularii, vel, ut Cicero ait, *legulei quidam*: esse malluerunt, tanquam utiliora eligentes ea, quorum solam facilitatem sequebantur: alii pigritiae arrogantiaeque, qui su- 12

12. *aliqui pigr.* Turic. Flor. supra §. 7. sed his e Turic. nulla varietas. *aliique p.* Flor. c. Voss. 3. *alique p.* Ambr. 2. Guelf. Exc. Sant. (quae mox *pigritiores*). *adrogantiorisque subito* Turic. Flor. (sed supra uterque vulgatam, nisi quod *adr.*) *arrogantiores q. s.* Guelf. *arrogatio-*

Excepto siquid Masurii rubrica vetabat), qua libri Masurii Sabini de Jure Civili intelliguntur. Tales enim libri, in quibus totum jus civile tanquam in corpus redactum erat, manibus illorum de vulgo jurisconsultorum terebantur; et *minio* in illis aut verba ipsa legum, aut si mavis capita juris picta erant. De praetoribus autem, edicta sua in *album* referentibus et in publico proponentibus vide plura apud eundem Gesnerum; quorum huc maxime faciunt „*sedentes ad album*" i. leguleji edictum praetoris edisserentes et singula aliis commonstrantes. v Senec. Epist. 48. Neque tamen erat cur *formularios* etiam ad solum jus praetorium spectare putaret Turnebus. Quamvis enim formulae agendi a praetore praescribi solerent; non tamen in his solis versabatur hominum illorum peritia, sed in multitudine illa formularum, quae in omni re civili valebant, quasque illi in numerato semper habebant, agentibusque ministrabant: quemadmodum hae etiam libris concinnatae habebantur, quales erant libri illi Maniliani sive leges venalium vendendorum a M' Manilio collectae, de quibus vid. Ernest. Clav. Cic. in Indice Legum v. Manilianae. In *legulejis* denique nemo haereat. Quare reflat, ut quae indigitat Qu., apponamus verba Ciceronis de Orat. 1, 55. „Ita est tibi jurisconsultus „ipse per se nihil nisi *legulejus jus quidam* cautus et acutus, „praeco actionum, *cantor formularum*, auceps syllabarum."

12. *subito.* post navatam per aliquod tempus eloquentiae operam.

Digitized by Google

bito fronte conficta, immissaque barba, veluti despexissent oratoria praecepta, paulum aliquid sederunt in scholis philosophantium, ut deinde in publico tristes, domi dissoluti, captarent auctoritatem contemtu ceterorum. Philosophia enim simulari potest, eloquentia non potest.

nisque qui s. Camp. *confincta* Flor. (et ita Turic. Flor. §. 7.) *philosophanti ut* Turic. Flor. c. Alm. reliqui *philosophorum ut.* Nostrum e conj. Burmanni certissima. Nam sui temporis „istos qui philosophi vocantur" (11, 1, 35.) *philosophantes* vocare nostrum decebat, non *philosophos*, quo nomine antiquos illos tantum, tametsi in hos etiam iniquus, appellat; cf. 12, 2, 7. Sic *philosophari* per contemptum *cum Graeculis* usurpavit rhetor ille in oratione post Redit. in Senat. 13. ubi Caesoninus Calventius plane iisdem, quos hic videmus, coloribus pingitur. *ut demum in* Camp. *tristeque doniti* Turic. Flor. *dissolati* Turic. *his solati* Flor. *contempti* Turic. *contenti* Flor.

conficta. Molesti sunt VV. DD. *constrictam*, *contractam*, quin et *constructam* frontem nobis propinantes, quasi vero sola *fronte* non satis haec omnia indicentur, neque optimum sit *conficta* vocabulum. Vindicavit autem illud nostro jam Davisius in curis secundis ad Caes. B. G. 1, 39. non satis apto quidem loco, sed aptum afferens Senecae (de Tranq. 15.) „frontem suam „fingere." Commodum etiam Badius admonet verborum Juvenalis (2, 8.) de his ipsis hominibus; „*Frontis* „*nulla fides.* Quis enim non „vicus abundat *Tristibus* obscenis?" et quae sequuntur.

immissa. *Immittitur* prolixa coma humeris, barba pectori: hinc *immissa* utraque dicitur aeque bene ac *promissa.* Exempla quaere in Gesneri Thes.

despexissent. Praeteritum refer ad tempus illud, quo rhetorum scholas quasi taedio pleni relinquebant. Ut facile careamus arguta Gebhardi conjectura *depexissent*; quae vel eo nomine displicet, quod barbam hic *immittunt*, non qui confusam antea et impexam, sed qui tonsam potius et bene curatam gesserant.

IV. In primis vero abundare debet orator *exemplorum copia*, cum veterum, tum etiam novorum: adeo ut non ea modo, quae conscripta sunt historiis, aut sermonibus velut per manus tradita, quaeque quotidie aguntur, debeat nosse; verum ne ea quidem, quae sunt a clarioribus poëtis ficta, negligere. Nam illa quidem priora, aut testimoniorum, aut etiam judicatorum obtinent locum: sed haec quoque aut vetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magnis praeceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo quam plurima: unde etiam senibus auctoritas major est, quod plura nosse et vidisse creduntur: quod Homerus frequentissime testatur. Sed non est expectanda ultima aetas, cum studia praestent;

1. Inscriptio: *Item historiarum* est in Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Bern. *Necessariam oratori cognitionem historiarum* Goth. *tum vet.* Guelf. *adeo u. n. e. m. adeo quae* (Flor. *que*) Turic. Flor. *constricta* Camp. *in historiis* Guelf. *quoque* pro *quaeque* Ambr. 2. *cotidie ag. debeant n.* Camp. *claribus* Turic. *claris* Camp.

2. *Nam illi quidam priora* Turic. Flor. *N. ea quidem propria* Jans. (tac. Gesn. de *ea*) c. edd. post. ante Ald. *N. i. quae propria* Voss. 1, *propria* etiam Ambr. 2, Guelf. *etiam* om. Turic. Flor. Camp, *vetustis* Ambr. 2. *loca ficta* Flor. *ergo plurima* Turic. Flor. *nosse vidis cred.* Turic. *praesentent* Guelf. *cogitationem* Ambr. 2. Guelf. a.

2. *vetustatis fide tuta sunt.* Non quidem *tuta* sunt historica fide: sed quoniam iis, tanquam exemplis ex historica sumptis, usi sunt homines ab antiquis inde temporibus, *tutum* est nobis etiam idem facere.

ultima aetas i. senectus. *praeteritis — videamur* i. juvenes etiam instar senum simus.

Digitized by Google

ut, quantum ad cognitionem pertinet rerum, etiam praeteritis seculis vixisse videamur.

V. Haec sunt, quae me redditurum promiseram, instrumenta, non artis, ut quidam putaverunt, sed ipsius *oratoris*. Haec arma habere ad manum, horum scientia debet esse succinctus, accedente verborum figurarumque facili copia, et inventionis ratione, et disponendi usu, et memoriae firmitate, et actionis gratia. Sed plurimum ex his valet *animi praestantia*, quam nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec audientium auctoritas ultra debitam reverentiam tardet. Nam

Bern. (qui et modo *tum* pro *quantum*) pertinent Jens. (tac. Gesn.) *videamus* Turic. Flor.

1. Inscriptio: *Quae sint artis oratoriae instrumenta* Turic. Flor. Ambr. 2. Guelf. Bern. sed in Ambr. 2. superscriptum *Q. s. alia oratoris i.*; in Guelf. autem additur: *seu oratoris i.* Gothanus: *Quae hujus artis et oratoris i.*

oratoris omittunt Ambr. 2. Camp. c. Voss. 1. quod specie non caret: tametsi non probo. *horum in sc.* Turic. Flor. Camp. c. Alm. *an cedente* Flor. *antecedente* Camp. c. Bodl. *facile* Turic. Flor. *memoriae firmatae* Jens. (non *firmate*, err. Gesn.) c. edd. post. ante Ald. qui a Locat. inde *et* quoque ante *actionis* omittunt. *actionibus* Turic. Flor. c. Alm. *ex iis* Jens. (tac. Gesn.) *ne acclam. terruit* Turic. *trudet* Flor.

1. *promiseram.* Prooem. op. 22. et prooem. hujus libri §. 4.

accedente — inventionis ratione ir cum quis „rationem „inveniendi accepit" (ut loquitur Qu. 10, 5, 19), quid et quomodo inveniendum sit, callet.

ex his. Jam enim comprehensa est animi praestantia iis quae dicta sunt cap. 1. 2.

Digitized by Google

ut abominanda sunt contraria his vitia confidentiae, temeritatis, improbitatis, arrogantiae: ita citra constantiam, fiduciam, verecundiam, nihil ars, nihil studium, nihil profectus ipse profuerit: ut si des arma timidis et inbellibus. Invitus mehercule dico, quoniam et aliter accipi potest, ipsam verecundiam, vitium quidem, sed amabile,

2. *fidentiae* Voss. 3. pessime. *improbabitis* Flor. *nihil artes* Flor. (quanquam ex hoc *artor*) Ambr. 2. Guelf. Goth. *profuerat* Turic. Flor. *fuerit* Ambr. 2. Guelf. quod cave arripias: nam figuram esse in his *profectus nihil profuerit* facile sentias, et annotavit Bad. *bellibus* Turic.

mehercule. Sic Camp. et edd. (de Jens. tac. Gesn.) mei quidem ante Rusc. *me hercules* Turic. Flor. Guelf. Ceteri *mehercle*. Nos quod posuimus constantiae dedimus: nam vid. Spald. ad 6, 3, 74. *quidem amabile* Voss. 3.

2. *profectus — profuerit* v. not. crit.

vitium quidem, sed amabile. Haec verborum junctura, qua commendatio vitii per *sed* adjicitur, causam reddit, cur *invitus* illud damnet. Quod ideo moneo, ne quis omissionem particulae *sed* in uno codice arripiat ad hunc sensum excudendum: „amabile quidem vitium, et quae virtutes generet, esse tamen interdum." Non recte autem docent, qui duplicem esse verecundiam statuunt, quarum alteram tantum hic vituperet Qu. Nam si ita esset, certe non hanc *virtutum genitricem* praedicaret. Apparet igitur eum non distinguere; sed in eo paradoxi aliquid quaereret, quod verecundiam sine discrimine vitium esse pronuntiat: id haud dubie spectans, quod non sit cur *vereatur* unquam vir bonus: vitium igitur, sed quod eo nomine veniam a sapientibus etiam impetret, quod homines, vitiosum genus, a pejoribus haud raro abducat, et fiat quasi via ad ipsas virtutes. Ita et alibi honesto loco verecundiam memorat (vid. 4, 2, 88. 6, 2, 64. it. *verecundior* 4, 2, 3.) et hic per oxymoron *amabile vitium* dicit, sed vitium tamen, cui obsistendum sit, quotiens ab honestis reducat.

Digitized by Google

et quae virtutes facillime generet, esse inter adversa, multisque in causa fuisse, ut bona ingenii studiique in lucem non prolata, situ quodam secreti consumerentur.
3 Sciat autem, si quis haec forte minus adhuc peritus distinguendi vim cujusque verbi, leget, non probitatem a me reprehendi, sed verecundiam, quae est timor quidam, 1070
reducens animum ab iis, quae facienda sunt; unde confusio, et coepti poenitentia, et sub-

L.

esse inter adversa. Sic Turic. (nisi quod hic *esset*) Ambr. 2. Guelf. Camp. Goth. c. Vall. Alm. Bern. *esse interim adversa* Flor. (de *interim* tamen non diserte monente qui contulit). *esse interimque adversa* Voss. 3. *esse interque adversam* Voss. 1. Ceteri *esse interim adversam.* Quae scriptura bis peccat. Nam qui *vitium* quantumvis venia dignum dicit verecundiam, is, quasi de quo monendi simus, inferre non potest, eam *interim* esse adversam; neque rursus si *interim* tantum est adversa, *multis* illa potuit esse perniciosa. Manifesto autem docent sequentia, sedulo recedere nostrum a vulgari opinione, qua verecundia a *probitate* parum distinguitur. Huic igitur scriptoris menti unice convenit quod maximus optimorum librorum consensus praestat; dum vulgata in scriptis adhuc collatis, praeter levem illum Voss. 2. (siquidem recte silentem de eo Burmannum interpretor) integra nusquam extat. *et bona* Turic. Flor. *prolata sit a quodam* Flor. *consummarentur* Camp.

3. *aut* Turic. Flor. *quis ad haec* Camp. Mox *ad haec* Turic. Flor. (hic quidem junctim). *leges* Turic. Flor. *repraendi* Camp. *quae* ante *est* om. Turic. Flor. *quam* pro *quae est* Ambr. 2. Guelf. *abducens* Camp. cum Andreana. Sed praestat vulgata. Timor enim non *abducit*, sed eum qui jam ad faciendum processerat *reducit*. *ab his* Guelf. Camp. *sunt facienda* Obr. *inde confusio* Turic. Flor. Ambr.

3. *reducens.* v. not. crit.

itum silentium. Quis porro dubitet vitiis adscribere affectum, propter quem facere honeste pudet? Neque ego rursus nolo eum, 4
qui sit dicturus, et solicitum surgere, et colorem mutare, et periculum intelligere: quae si non accidunt, etiam simulanda erunt. Sed intellectus hic sit operis, non metus: moveamurque, non concidamus. Optima est autem emendatio verecundiae *fiducia*: et quamlibet imbecilla frons magna conscien-

---

2. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) c. Voss. 2. et edd. omn. exceptis Ald. et recentioribus inde a Gryph. In sollemni et proclivi harum vocum confusione vulgatam retinendam putavi, cum aptior hic videtetur sensuum continuatio.

4. *Nego ego* Goth. (tac. Gesn.) *et* ante *solicitum* om. Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Basil. exc. Ald. *colorem mutare*. Sic Jens. (de priori voce tac. Gesn.) et edd. post. ante Basil. *colore mutare* Turic. Flor. Camp. Reliqui *colore mutari*. Apparet, mendum vetustum diverso modo correctum fuisse. Nos priorum editorum rationem praetulimus, quod verisimilius ablativum natum putamus ex accusativo cum apice, quam activum e passivo. *Mutare colores* habes ap. Horat. I. Ep. 16, 38. ubi vid. Bentl. Alterius formulae, quamvis nemo inventam eam repudiet, exempla nunc non suppeditant. Affine tamen est quod ap. Tacit. Ann. 4, 54. mihi demonstravit amicissimus Carol. Schneider *vultu et sermone flecti, accideront* Turic. Flor. Ambr. 2, Guelf. Exc. Sant. Camp. c. Alm. Bern. *accideront* Voss. 1. 3. Mox *erant* Turic. Flor. Camp. c. Alm. *fiet* Flor. *concidamur* Flor. *autem est* Camp. *et quantumlibet* Goth. (tac. Gesn.) *etiam quamlibet* Jens. Ven. *et-*

---

honeste. „Malim honesta.“ Ita Spald. in Schedis, ipsas has artes, opinor, melius nomine quam adverbio indicari ratus. Sed ita et 7, 1, 55. *Ta impie fecisti, cum exhortationem meruisti*; et Horat. Rex eris, si *recte facies*; ubi actiones ipsae adverbio signantur.

4. *colorem mutare* v. not. crit.

Digitized by Google

5 tia sustinetur. Sunt et naturalia, ut supra dixi, quae tamen et cura juvantur, instrumenta, *vox*, *latus*, *decor*; quae quidem tantum valent, ut frequenter famam ingenii faciant. Habuit oratores aetas nostra copiosiores: sed cum diceret eminere inter aequales *Trachalus* videbatur: ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorum, frontis auctoritas, gestus praestantia, vox quidem non, ut Cicero desiderat, paene tragoedorum, sed super omnes quos ego quidem audierim tra-
6 goedos. Certe cum in basilica Julia diceret primo tribunali, quatuor autem judicia, ut moris est, cogerentur, atque omnia clamo-

jam quaelibet Tarv. Locat. Ruse. quod merum sphalma mireris adoptatum ab Ald.

5. *ingenii facient* Guelf. *cum decere temere inter* Turic. Flor. *aequalis* (ut et paulo post *super omnis*) Ambr. 2. *non ut* ante *Cicero* om. Turic. Flor. inferentes mox *non* ante *paene*. *desido paene* Ambr. 2. *desiderabat p.* Guelf. *audiverim* Jens. *tragoedos. Certe cum* om. Turic. Flor. c. Alm.

5. *ut supra dixi.* Pro. op. 27. De *Trachalo* vid. 10, 1, 119.

ut Cicero. De Orat. I, 28. „In oratore autem acumen „dialecticorum, sententiae „philosophorum, verba prope „poëtarum, memoriae juris„consultorum, vox tragoedo„rum, gestus paene summo„rum actorum est requiren„dus." Vides in voce *paene* memoria lapsum Quintilianum. Recte autem Cicero: modo ne Francogallorum nostri temporis tragoedos mente concipias.

6. *basilica Julia* vid. Interpp. ad Suet. Calig. 37.

quatuor — judicia. cf. 10, 5, 30. et not. Spald. ad §. 2, 1.

Digitized by Google

ribus haeserent; et auditum cum et intellectum et, quod agentibus ceteris contumeliosissimum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. Sed hoc votum est et rara felicitas: quae si non adsit, sane sufficiat ab iis quibus quis dicit audiri. Talis esse debet orator et haec scire.

2072 VI. Agendi autem initium sine dubio secundum vires cujusque sumendum est. Neque ego annos definiam: cum *Demosthenem* puerum admodum actiones pupillares ha-

6. *auditiosum cum* Turic. Flor. quod monstrum natum arbitror ex var. lect. *tosum* superscripta voci *contumeliosissimum*: nam *contumeliosum* Goth. Jens. (tac. Gesn.) & edd. post. ante Obr. exc. Ald. *memineret sed* Turic. Flor. *notum* Voss. 1. Jens. c. edd. post. ante Basil. exc. Ald. Frequentem confusionem notavit Gesn. in Thes. v. *Votum*. *si non ad id sane* Turic. Flor. c. Alm. *ab his* Turic. Ambr. 2. Camp. *dicit* om. Guelf. Mox *et* ante *haec scire* om. Turic. Flor. Ambr. 2. c. Alm. Voss. 1. 3. obsequente Obrechto, qui antea *debet esse*.

1. Inscr. *Quod sit incipiendi causas agere tempus* Ambr. 2. Guelf. Goth. Jens. et poster. et ita Turic. nisi quod *quid et agendi*. Ceteri silentur. *ditionis pupillares* Flor.

laudatum. vid. ad 4. 2, 37.

votum. Mira et elegans breviloquentia de re votis tantum comprehendenda: ut alias *votum* est res votis expetita et impetrata; vid. Gesn. in Thes.

quibus quis. Spald. in Schedis: „Malim q. *quisque*: cf. „4. 1, 46." Non accedo. Nam hic graece *etiam τὶς* locum haberet, non *ὁ δαί*.

1. *puerum admodum*. μειρακύλλιον ὢν κομιδῇ, ut ipse Demosthenes ait, ubi hanc suam contra tutores ipsius litem tangit adv. Mid. 23. (p. 639. Risk.) Erat autem XVIII annos natus: vid. locos a Spaldingio ibi allatos.

Digitized by Google

buisse manifestum fit; *Calvus*, *Caesar*, *Pollio* multum ante quaesturam omnes aetatem gravissima judicia sustinuerint; praetextatos egisse quosdam sit traditum; *Caesar Augustus* duodecim natus annos aviam pro rostris laudaverit. Modus mihi videtur quidam te-

a. *populares* Ambr. 2. Guelf. Goth. (una Gesn.), Jens. et edd. post ante Bad. qui veram e Cod. Vall. reposuit; relabentibus tamen in vitiosam aliquot poster. si fides Burm. qui Gryph. (1536.) quoque memorat: sed verum habet Gryph. 1544. *calvos* Flor. *Pollio. Matius. ante* Camp. Ald. in hoc certe errante Burmanno, qui Andr. et Ald. *Pollio Matius multum ante* dare narrat, nimiumque haeret in sphalmate: cui Spaldingius etiam ne tantulum quidem tribuisset, quantum fecit in nota ad 3, 1, 18. *si tum ei* contigisset scire, nullum usquam in scriptis codd. ejus nominis esse vestigium. *fusceperunt* Turic. Flor. a. Jens. et edd. post. ante Ald. *eosdem* pro *quosdam* Basil. altero in marginem rejecto (turb. Burm.), *natus* om. Turic. c. Alm. *laudavit* Camp. c. Goth.

2. *Modus mihi* om. Flor. vacuo tamen spatio relicto.

Calvus, Caesar, Pollio — fusceperint. Disertius de his ibus Dialogus de Oratoribb. 34. „Nonodecimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, „*uno et vicesimo Caesar* Dola„bellam, *altero et XX* Asinius „*Pollio* C. Catonem, non multo aetate antecedens *Calvus* „Vatinium iis orationibus in„secuti sunt, quas hodieque „cum admiratione legimus.“ Usus est et hoc et nostro loco Lipsius in Exc. ad Tacit. Ann. 3, 29. ubi simul sat certis argumentis *aetatem quaesturam* definiri anno aetatis XXV. Add. eund. Lips. de Magistr. P. R. c. 5. (to. 3. p. 1455.) Ernest. ad Suet. Calig. c. 2.

judicia fusceperint. Non subtiliter agunt, qui *judicia causas* hic interpretantur Capper. et Index Gesnerianus; quamvis in etiam loqui potuisset noster. Nam si quis *in judicium* adducitur *subitque* judicium, patronus *fusceperе* illud pro eo dici potest; sicut *accipit* judicium et reus et patronus. Vid. Cic. Quint. 20. (62 ed 63.) Verr. III, 22. (55.)

Caesar Augustus. Suetonius Octav. 8.

Digitized by Google

nendus, ut neque praepropere destringatur

et mox posito tuendo. Verba *mihi videtur* transposuit Camp. *neo propere* Gualf. *neque propere* Goth. Jens. c. ed. post. ante Ald. *destringatur.* Sic Ambr. 2. *destringantur* Flor. *distringantur* Turic. *distringatur* Voss. 2. Tarvis. et edd. post. ante Ald. Reliqui *distringatur.* Verum

2. *Destringatur.* v. abc. crit. *ut neque — destringatur — et — proferatur.* Miror neminem adhuc quicquam motavisse de hoc loco, qui a sublemni illo conjunctionum *neque — et* usu plane abhorret; cum posterior pars non affirmative, uti par erat, sed negative velit intelligi. Fuerunt quidem qui singula nomina per *neque — et* copulari posse crederent; quarum doctrinam tangit et repudiat Ruhnken. ad Vell. 2, 45. (cf. Bentl. ad Horat. I. Sat. 6, 68.) sed duo integra orationis membra ita conjuncta nemo, quod sciam, sibi visus est invenire. Nam Livii locus (4, 29.): *Nec libet credere, et licet, in variis opinionibus,* cujus me admonuit amicissimus Carolus Schneider, sed ita, ut diversum esse ipse intelligeret, huc trahi non potest. Quamvis enim in posteriori ibi membro mente repetendum sit negatio *non credere*; illico tamen sentitur et causa et maxima diversitas, eo quod non ad verbum *licet* repetenda est negatio, ita ut *et licet* esset pro *nec licet*; quod longe aliam sibi et incongruam sensum afficeret. Hic vero *et — proferatur* plane est idem quod *neque — proferatur.* Per se igitur manendus est noster locus; quem qui sanum judicat, novo negligentiae genere scriptorem superius *ut neque* ita dicat respexisse, quasi scripserit *ne et.* Quod cum in Quintilianum vix cadat, reliquum est ut corruptum locum statuamus. Facillima autem corrigendi cum ratio esset sane illa, quae et mihi et duobus amicis Schneidero et Boeckhio in mentem statim venit, quaque *ut nec* (vid. V. L.) mutaretur in *ut ne.* Verum hujus formulae usus apud hos potissimum auctores, qui ab antiquitate magis remoti sunt, rarior est, et semper causam aliquam habet; qualis est, cum is qui loquitur — ita sensus disponere vult, ut negatio praefigatur rei ipsi negatae serius ponendae, quo facto remanet *ut* in fronte propositionis (e. g. *ut lex Fufia et Valeria ne valeat*); aut cum sensus prohibitivus et cautionalis, qui est in simplici *ne*, minui debet, quod

immatura frons, et quicquid eſt illud adhuc acerbum proferatur. Nam inde et contemtus operis innaſcitur, et fundamenta jaciuntur impudentiae, et, quod eſt ubique perniciosiſſimum, praevenit vires fiducia. Nec rurſus differendum eſt tirocinium in ſenectutem. Nam quotidie metus creſcit, majusque fit ſemper, quod auſuri ſumus: et, dum deliberamus, quando incipiendum ſit, incipere jam ſerum eſt. Quare fructum ſtudiorum viridem et adhuc dulcem promi decet, dum

ſcripturam ſine libris jam commendavit Burmannus perſuaſus iis quae Cuperus in Obſſ. 4, 5. de his verbis obſervarat; tametſi uſus in *fronte* ibi non tangitur. Sed facile apparet particulae *dis* translatum huc ſenſum eſſe poſſe nullum. *eſt ubicumque* Turic. Camp. c. Alm.

5. *differendus* Ambr. 1. *ſenectute* Flor. Camp. *majusque ſit* Goth. Mox alterum *eſt* poſt *ſerum* omittere refer-

a noſtro loco alieniſſimum eſt; aut enim conſilium illud negativum ſive cautio pendet a verbo vel ſermone ſenſus affirmativi, ſed nondum abſoluti, h. e. objectum aliquod deſiderantis, qualia ſunt *facere, operam dare, munus ejus eſt, poſtulare, ut ne — ſ* quae omnia hujus loci non ſunt. Quare ſervato illo *ut neque*, vocula *et* utique mutanda eſt. Neque tamen ejus loco ſatisfacit *aut*: non enim *aut* alterum *aut* alterum metuendum eſt, ſi *modus* non *tenetur*, ſed utrumque. Unicum itaque, ni fallor, relictum eſt, ut legamus *nec quicquid*.

innaſcitur, intell. animo juvenili. Quod longe praeſtantius inutili Obrechti conjectura, quam textui immiſit, *naſcitur*.

8. *fructum — viridem et adhuc dulcem*. Multum haeret in hac appoſitorum conjunctione. Hoc tamen ex vero adhuc recte colligere videor, cogitaſſe noſtrum de *fructu vitis* (cf. 8. 3. 8.); ſed remanet dubitatio; potueritne *muſtum*, quod *viride* fortaſſe non inepte dicitur, ſolo *fructus* no-

et veniae spes est, et paratus favor, et audere non dedecet; et, si quid desit operi, supplet aetas; et, si qua sunt dicta juveniliter, pro indole accipiuntur: ut totus ille Ciceronis pro Sexto Roscio locus, *Quid enim tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis?* Quae cum sex et viginti natus annos, summis audientium clamoribus dixerit, deferviſſe tem-

tur Flor. alterum post *spes* Ambr. 2. *veniae spes.* Sic dedimus ex egregia, quam Spaldingius etiam admodum probaverat, Daviſii conjectura, prolata in curis secundis ad Caes. B. G. 1, 40. quamque certam reddit vel sola concinnitas in his *veniae spes* et *favor paratus.* Libri omnes *venia et spes.* *foveret audere* (an *audire*) Flor. *favor audere* Jens. (non Goth., err. Gesn.) et aliquot posteriores. *audire non decet* Voss. 3. *oportuit* Turic. Flor. cum Alm. *suppleta etas* Turic. Flor. *si quando sunt d.* Turic. Flor. Camp. c. Alm. *si qua dicta sunt* Goth. Jens. (tac. Gesn.) *juveniliter* Ambr. 2. Guelf.

4. *uti totus* Goth. (tac. Gesn., qui contra errat, cum voculam *pro* omittere narrat eundem cod.) *luctus ejectis* Ambr. 2. Guelf. c. Voss. 1. 3. *quae ex et vig.* Flor. *q. c. sex vig.* Camp. *deferviſſe.* Sic (nisi quod pars

mine indicari; an *vino*, cui quamvis dulci semper aliqua austeritas, sive severitatem mavis, accedit, commode opponi potuerint ipsae *uvae*, quibus purpureis etiam *vinor* aliquis adest. Quicquid est, praefudentem manifesto habes Quintilianum comparationi Ciceronianae mox ponendae. *pro indole.* „i. tanquam signa indolis magnae quondam „promittentis.“ STRID.

4. *pro Sexto Roscio.* C. 26. (72.) ubi est *Etenim quid tam est commune.* Quae autem hic subjiciuntur, desumpta sunt ex Oratore 30. (107.), ubi ita Cicero: „Quantis illa cla„moribus adolescentuli dixi„mus de supplicio parricida„rum? Quae *nequaquam fa„tis deferbuisse post aliquanto „sentire coepimus.*“ Ad haec ipsa verba cum manifesto hic respiciat Qu., meminit ante

pore, et annis liquata jam senior idem fatetur. Et hercule quantumlibet secreta studia

per *u*) Ambr. a. Guelf. Vall. Goth. Jens. (tac. de hoc Gesn.) Bad. neque aliter profecto in antiquioribus libris, unde Turic. *de eruisse* Alm. *deeruisse*. Reliqui *deferbuisse*: quod quamvis in Ciceronis verbis, quae hic laudat Qu., hodie legatur (v. not. exeg.), et utraque genuina sit forma (v. Prise. 9. p. 866.), nemo tamen invitis optimis libris nostro illam obtrudat. Eadem autem inter scriptos et editos *dis*crepantia sp. Cic. pro Coel. 18. ubi v. Lamb. *et* ante *annis* om. Turic. *hercule*. Sic Guelf. Camp. *equi-*

hos viginti amplius annos in magna quae tamen intercedit inter utrumque locum discrepantia multum laborare Spaldingium; qui id maxime mirabatur, quod *deferviſſe* Qu. hic dicat, quae Cicero *nequaquam deferviſſe*. Quod etsi in utrovis seorsim loco non inepte dictum videretur: nam qui *poſtea deferviſſe* narrat, idem eadem antea *nondum deferviſſe* demonstrat: suspicabamur tamen, aliquid corruptelae accessisse, ut tanta existeret sermonis diversitas. Quem dum diligenter considero, in superfluo illo *annis liquata* detegere mihi videbar miserae distractum Ciceronianum illud *aliquanto*: idque statim Spaldingio admodum probavi; qui ut maturius quondam de his omnibus cogitaret, in schedas hoc meum observatum conjecit. Ubi nunc tandem non modo hoc, sed illud etiam reperio, quam nimii uterque tum eramus, ut cetera etiam Ciceronis verba, quorum spectra quaedam nobis obvolitabant, *extunderemus*. Sed haec tempore nunc deferverunt. Apparet enim, memoriter haec omnia referentem Quintilianum ita loqui, quasi Cicero in illo demum libro eam confessionem faciat, quam pridem factam narrat. Quod sane, rem si spectas, leve discrimen est. Quin illi ipsi *aliquanto*, quod fortasse aliis etiam blandiatur, quodque omissione copulae et in Cod. Turic. juvatur, patrocinari nunc non amplius sustineo. Nam quantumvis displiceant vina illa *liquata*, quae disertissimo *defervescendi* verbo explicationis gratia subjecta, non profecto juvenilem exuberantiam sed senilem verbositatem sapiunt: vereor tamen, ut recte aliquis dicatur *aliquanto senior* juvene XXVI annorum. Ne-

Digitized by Google

contulerint, est tamen proprius quidam fori profectus, alia lex, alius veri discriminis facies; plusque, si separes, usus sine doctrina quam citra usum doctrina valet. Ideoque 5 nonnulli senes in schola facti stupent novitate, cum in judicia venerunt, et omnia suis exercitationibus similia desiderant. At illic et judex tacet, et adversarius obstrepit, et nihil temere dictum perit: et, si quid tibi sumas, probandum est: et laboratam con-

dem Goth. Voss. 2. Reliqui *herole*. Nos, quamvis antiquissimi sileantur, constantiam secuti sumus: cf. 1, 1, 5. 9. *contulerunt* Turic. Camp. *alia vir* Ambr. 2. *plusquam* sphalma in Tarv. Raso non Locat. (prv. Burm.) neque, quod fecit Badius, Regio tribuenda scriptura, cujus castigationes jam deficerant in cap. 2. *usus doctrina quam*, omisso *sine*, Turic. Flor. c. Alm. *usum s. d. q.* Camp. Mox *citra usum doctrinae* Turic. Flor. Camp. *valet*. Sic Turic. Flor. Camp. Reliqui *valeat*.

5. In voce *exercitationibus* deficit Ambr. 2. *tibi sumas*. Sic Turic. (nisi quod *summas*) Flor. c. Alm. Reliqui inserunt *ipse*. Sane *sumere sibi* est arrogantiae verbum; de eo autem quod sine probationibus in medium profertur *sumere* solum adhiberi solet (vid. 5, 11, 3. 2, 11, 14.). Sed huic, si quod est, incommodo parum medetur allitum *ipse*, quo alioquin etiam facile caremus. Illud autem *tibi* minime otiosum est. Nam sicut apud Ciceronem Acad. 4, 19. verbo eidem *sumpsero* oppositionis cujusdam gratia additum est *a me*; ita hic, ubi nihil, quod

beant itaque sua et Cicero et Quintilianus.

Ceterum leve illud dissidium inter eos, qui Fenestella duce XXVI annos natum pro Sex. Roscio Ciceronem dixisse statuebant, et qui cum Asconio Pediano XXVII, verbo tetigisse sufficiat. Vid. Gellium 15, 28.

5. *Ideoque — desiderant*. Cf. 10, 5, 18. et ibi notata, quibus adde Petron. c. 1. *tibi sumas*. vid. not. crit.

Digitized by Google

gestamque dierum ac noctium studio actionem aqua deficit: et omisso magna semper flandi tumore in quibusdam causis loquendum est: quod illi diserti minime sciunt.
6 Itaque nonnullos reperias, qui sibi eloquentiores videantur, quam ut causas agant. Ceterum illum, quem juvenem tenerisque adhuc viribus nitentem in forum deduximus, et incipere a quam maxime facili ac favorabili causa velim, ferarum ut catuli mol-

in tuam rem sit, transmissurus adversarius ponitur, dativus commodi recte adjunctus est. Neque vana sic est species arrogantiae: ut *sumere sibi* ab omni parte tutum sit; et antiquissimorum librorum scripturam absque ceterorum interpolatione repraesentare debeamus. *a qua deficit* Camp. Jens. *a qua defecit* Tarv. et edd. post. ante Aldi qui *aqua defecit* c. Voss. 1. Bern. *commisso* Turic. Flor. *tumere* Flor. *ille* Flor. *deserti* Jens. (tac. Gesn.)

6. *reperies* Jens. (non Goth. err. Gesn.) c. edd. ante Basil. *minentem in foro* Turic. Flor. *n. i. foro* Camp. *incipere qui cum maxime* Turic. *incipere m.* sed vacuo relicto spatio medio Flor. *i. quam m.* Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) c. Voss. 1. 2. et edd. ante Gryph. Praepositionem, quae, si certa silentio fides, est in Alm. Voss. 3. et aliis fortasse, omittere non audeo, quamvis in autographo etiam codicis Turic. non videatur fuisse. Omitterem, si vel unum exemplum hujus verbi cum ablativo solo suppeditaret; quod contra rationem certe non peccat. *ferarum ut catuli.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. neque aliter esse suspicor in Alm. qui omittere illud *ferarum* narra-

6. *viribus nitentem.* Cave a verbo *niti* participium arcessas, quod accidit ei qui indicem Gesnerianum consarcinavit v. *Niti*, dum in altero verbo *Nitere* habet locum 8. 3. 6. *ornatus — sanguine et viribus nitent.* Unde tralatio etiam apparet a nitore corporis juvenilis et succulenti.

liore praeda ſaginantur: et non utique ab hoc initio continuare operam, et ingenio adhuc alendo callum inducere; ſed jam ſcientem, quid ſit pugna, et in quam rem ſtudendum ſit, refici atque renovari. Sic et tirocinii metum, dum facilius eſt audere, transierit, nec audendi facilitatem usque ad contemtum operis adduxerit. Uſus eſt hac ratione M. Tullius: et cum jam clarum

tur. a. c. *f.* reliqui. *ſanguinantur* Flor. *ſed etiam ſcientem quid ſit jam p.* Turic. Flor. (niſi quod hic om. *ſit*.) Camp. et, quod mireris, Ald. (tac. ex parte Burm.). *ac et renov.* Guelf.

7. *metuendum* Guelf. *meum dum* Voſſ. 5. *audiendi* Turic. Flor. *facultatem* Bern. *et*, ut videtur, Argent. Obrechti enim temeritas procudit: *metum — transierit, nec dicendi facultatem —*. *Uſus eſt hac.* Sic nos primi dedimus. Nam in libris fere omnibus *uſus eſt et h.* Solus e noſtris Guelf. omittit *eſt*, vocabulo *uſus* praecedentibus applicato. Eandem autem vocalem in Argent., ut videtur, non invenit Obr. qui dat *Uſus et h.* Sed longe molestior eſt conjunctio, tum ob ſenſum, qui nullam requirit, tum ob poſitum, cum deberet ante *M. Tullius*. Hanc igitur illo indicio uſi omiſimus. Sed Obrechtus omiſit alterum *et* ante *cum*, ut participium *uſus* adhaere-

ſaginantur. Hoc verbum hic non, ut exhibent lexica nonnulla, de ſimplici nutritione poſitum eſt, ſed exprimitur eo ſimul roborandi catulos quaſi conſilium.

bium vocant, exempla praeter illa quae in lexicis et apud Turſellinum ſunt, exhibent Heuſinger. ad Cic. Off. 3, 3, 4. Goerenz. ad Cic. Leg. 2, 4. §. 13. Fin. 3, 15. §. 50.

7. *et — transierit, nec — adduxerit*. Legitimae hujus ſtructurae, quam ſunt qui in du-

M. Tullius. Vide uberius haec narrantem ipſum in Bruto c. 91.

Digitized by Google

meruiſſet inter patronos, qui tum erant, nomen, in Aſiam navigavit, ſeque et aliis ſine dubio eloquentiae ac ſapientiae magiſtris, ſed praecipue tamen Apollonio Moloni, quem Romae quoque audierat, Rhodi rurſus formandum ac velut recoquendum dedit. Tum dignum operae pretium venit, cum inter ſe congruunt praecepta et experimenta.

VII. Cum ſatis in omni certamine virium fecerit, prima ei cura in ſuſcipiendis cauſis erit: in quibus defendere quidem reos profecto quam facere vir bonus malet: non

ret verbo *navigavit*, *qui tunc* Jenſ. et edd. poſt. ante Baſil. *Romae* om. Guelf. a. Bern. Voſſ. 1. 3. ex edd. autem ſolus Baſil. *rurſus reformandum* Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſt. ante Bad. item Baſil. *reſponſum reform.* Goth. Nos non tautologiam cum Badio improbamus in illis *rurſus re—i* vid. Spald. ad 2, 4, 15.; ſed nimietatem ſenſus in ſolo *reformandi* verbo, miramurque Geſnerum, qui in Theſ. v. *Reformo* hoc praeferre videtur. *tum inter* Flor. Camp. *praecipuum venit* Jenſ. (tac. Geſn.) *pretium tenuit* Tarv. et edd. poſt. (*tenuit* Locat. *tinuit* Ruſc. in quo ſphalmate annotando de novo errat Burm.) ante Bad. qui veris argumentis genuinam ſcripturam aſſeruit.

1. Inſcr. *Quae in ſuſcipiendis cauſis oratori obſervanda ſint* (Guelf. *ſunt*) Turic. Guelf. Goth. et edd. inde a Jenſ. *Cum ſatiri omni ne certamine* Turic. Flor. *C. ſatis in omne certamen* reliqui. Noſtra ad ductum vetuſtorum librorum conſtituta; longe aptior enim hic certaminum quaſi palaeſtricorum (cf. 9, 4, 8. 10, 5, 6. 12, 2, 12.), in quibus vires fecerit, mentio, quam forenſium, in quae. *jurium* Goth. Camp. *res* pro *reos* Turic. *malet.*

ſine dubio — ſed — tamen. vid. ad 1, 6, 12.

1. *in omni certamine* v. not.

crit. — *vires facere* v. ad 10, 5, 5.

Digitized by Google

tamen ita nomen ipsum accusatoris horrebit, ut nullo neque publico neque privato duci possit officio, ut aliquem ad reddendam rationem vitae vocet. Nam et leges ipsae nihil valeant, nisi actoris idonea voce munitae: et si poenas scelerum expetere fas non est, prope est, ut scelera ipsa permissa sint: et licentiam malis dari, certe contra bonos est. Quare neque sociorum querelas, nec amici vel propinqui necem, nec erupturas in rempublicam conspirationes inultas patietur orator: non poenae nocentium cupi-

Sic Tarv. Ven. Ruso. Ald. Bad. Gryph. Obr. Bip. *mallet* reliqui et *scripti quidem*, si fides conferentibus, omnes. Certissima tamen nostra scriptura; quam Gesnerus, varietatem ignorans, conjectura assecutus est, sed *malit* etiam proponens. Consentit in nostra Spald. in schedis, conferre jubens 12, 1, 40. ubi idem accidit in verbo *nolet*. *accusationis* Turic. Flor. Camp. et Alm. Voss. 1. Bern. *neque publ.* om. Turic. Flor. Camp. c. Alm. *aliquid ad* Guelf. *vocat* Flor. *valent* Camp. et edd. ante Leid. exc. Ald. Sane conjunctivum in tali structura non expectabam: tamen cum peccare eum in leges fermonis nemo dixerit, scriptura editorum quamvis antiquissimorum contra scriptos omnes revocari non poterat. *auctoris* Guelf. *autoris* Basil. Gryph. (1536). *voce in unitate* Flor. *v. unitate* Alm. *v. imitatae* Camp. *et si pe celerum* Flor. *expertae fas* Guelf. *exigere f.* Floril. Sant. *ut* om. Guelf. *sint permissa* Floril. Sant.

2. *neque* ante *amici* et ante *erupt.* Camp. *propinqui eodem* id. *necem recepturus in remp.* Turic. *nec est recepturus i. r.* Flor. *necesse* pro *necem* Goth. et ita e Voss. 1. *conspirationis simultas* Flor. c. Alm. (ex quo tamen

nomen — accusatoris. Ita nominari contigit M. Bruto, jurisconsulti filio, ut refert Cicero de Off. 2, 24. ubi in eundem sensum disputat.

valeant v. not. crit.

Digitized by Google

dus, ſed emendandi vitia, corrigendique mo-
res. Nam qui ratione traduci ad meliora non 107
poſſunt, ſolo metu continentur. Itaque ut
accuſatoriam vitam vivere et ad deferendos
reos praemio duci, proximum latrocinio eſt:
ita peſtem inteſtinam propulſare, cum pro-
pugnatoribus patriae comparandum. Ideoque
principes in republica viri non detrectave-
runt hanc officii partem: creditique ſunt et-
iam clari juvenes obſidem reipublicae dare
malorum civium accuſationem, quia nec
odiſſe improbos, nec ſimultates provocare,

prior vox non laudatur). *c. multas* Guelf. *et forte Goth.* Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) Tarv. Ruſc. (non Locat. err. Burmann.)

5. *accuſatoria vita* Camp. *defendos* Flor. *defendendos* Turic. Camp. Jenſ. c. edd. ante Baſil. exc. Ald. *premi duci* Turic. *primi d.* Flor. *praemiis d.* Camp. *primo d.* Jenſ. Tarv. Ruſc. *praepulſ.* Turic. *Ideo p.* Guelf. Baſil. *detrastaverunt* Edd. ante Bad. aec. Baſil. (et ſic 2, 1, 5. iidem exc. Baſil.) ſollemni variatione, de qua vid. laudatos Geſnero in Theſ. *creditque ſed* Turic. *et clari* Goth. (tac. Geſn.) *nec ſultas provocarent n.* Turic. Flor.

5. *accuſatoriam vitam vivere.* Burmannus confert illud Catonis apud Feſtum *vecticulariam vitam vivere*: quod blanditur; nam *vecticularius* eſt τοιχωρύχος; ſed dictum eſt illud non de vecticulariis ipſis, ſed de iis qui *inſtar* furum ejusmodi repente largiter habent, repente nihil.

propulſare, cum propugnatoribus p. comparandum. Eandem breviloquentiam in Juſtino 4, 3. demonſtrat Burmannus: *auſi facinus nulli tyranno comparandum.* Similia congeſſerunt Vorſtius ad Juſtin. 1, 7. 2, 14. et J. F. Gronovius ad Liv. Epit. 46. noſtri etiam loci non oblitus.

clari juvenes: vid. ad 5, 13, 5.

Digitized by Google

niſi ex fiducia bonae mentis videbantur. Id- 4
que cum ab Hortenſio, Lucullis, Sulpicio, Cicerone, Caeſare, plurimis aliis, tum ab utroque Catone factum eſt: quorum alter appellatus *ſapiens*, alter niſi creditur fuiſſe, vix ſcio, cui reliquerit hujus nominis locum. Neque defendet omnes orator, idemque portum illum eloquentiae ſuae ſalutarem non et-

4. *idque ab H.* Tarie. Flor. *i. cum H.* Guelf. *hoſtenſio* Turic. *culucullis* Flor. *lucillis* Guelf. Goth. Camp. *Luculo* Jenſ. (err. Geſn.) *Lucullo* Tarv. et edd. poſt. ante Bad. qui ex Vall. repoſuit noſtram. Vid. not. exeg. *plerisque aliis* Camp. *pluribusque a.* Andr. *pluribus a.* Stoer. Chouet. Leid. *appellatus ſap.* Sic Turic. Flor. *eſt* inſerunt reliqui. Mox *alter* ante *niſi* om. Guelf. c. Voſſ. 3. *vix ſotio cujus reliq.* Turic. Flor. *relinquerit* Goth. (tac. Geſn.) *reliquit* Voſſ. 3. *namque defendat omnis orator idem portumque* Turic. Flor. (niſi quod ille *defendant*, hic *defendet*, uterque *portumque*) Guelf. Jenſ. et edd. poſt. ante Baſil. (niſi quod *defendet* Bad. etiam ex Vall.); in qua ſcriptura *omnis* nominativus habebatur ſingularis, et poſt *idem* diſtinguebatur. *Namque defendet omnis orator, idemque portum* Camp. Baſil. et edd. poſt. ante Geſn. eademque ſcriptura eſt in Goth. neque quicquam diverſita-

4. *Luculli.* L. Lucullus cum M. fratre (an conſobrino; vid. Verheyk. ad Eutrop. 6, 7.); quorum mentio et alibi conjuncta, ut in aedilitate magnifica ap. Cic. de Off. 2, 16. quique cum alia in prima aetate ſimul egerunt, tum P. Servilium augurem, patris accuſatorem, reum et ipſum fecerunt: vid. Cic. Acad. 4. init. Plut. in Lucull. init.

cui reliq. h. n. locum. Nove dictum puto, ſed ut facile tamen intelligatur. Nam cum dicatur *locus eſt alicui rei* vel *alicujus rei*; dici proprie deberet „in me locus non eſt „hujus nominis.“ Nunc pro *in me* dativum poſuit ob verbum *relinquere*.

idemque. i. idem ille qui innocentes ſervat.

Digitized by Google

dus, sed emendandi vitia, corrigendique mores. Nam qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur. Itaque ut accusatoriam vitam vivere et ad deferendos reos praemio duci, proximum latrocinio est: ita pestem intestinam propulsare, cum propugnatoribus patriae comparandum. Ideoque principes in republica viri non detrectaverunt hanc officii partem: creditique sunt etiam clari juvenes obsidem reipublicae dare malorum civium accusationem, quia nec odisse improbos, nec simultates provocare,

prior vox non laudatur). *c. multas* Guelf. *et fortasse* Goth. Camp. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Rusc. (non Locat. *err.* Burmann.)

5. *accusatoria vita* Camp. *defendos* Flor. *defendendos* Turic. Camp. Jens. c. edd. ante Basil. exc. Ald. *premi duci* Turic. *primi d.* Flor. *praemiis d.* Camp. *primo d.* Jens. Tarv. Rusc. *praepuls.* Turic. *Ideo p.* Guelf. Basil. *detrastaverunt* Edd. ante Bad. acc. Basil. (et sic 2, 1, 5. iidem exc. Basil.) sollemni variatione, de qua vid. laudatos Gesnero in Thes. *creditque sed* Turic. *et clari* Goth. (tac. Gesn.) *nec sultas provocarent n.* Turic. Flor.

5. *accusatoriam vitam vivere.* Burmannus confert illud Catonis apud Festum *vecticulariam vitam vivere*: quod blanditur; nam *vecticularius* est τοιχωρύχος; sed dictum est illud non de vecticulariis ipsis, sed de iis qui *instar* furum ejusmodi repente largiter habent, repente nihil.

propulsare, cum propugnatoribus p. comparandum. Eandem breviloquentiam in Justino 4, 5. demonstrat Burmannus: *ausi facinus nulli tyranno comparandum.* Similia congesserunt Vorstius ad Justin. 1, 7. 2, 14. et J. F. Gronovius ad Liv. Epit. 46. nostri etiam loci non oblitus.

clari juvenes: vid. ad 5, 13, 5.

Digitized by Google

niſi ex fiducia bonae mentis videbantur. Id- 4
que cum ab Hortenſio, Lucullis, Sulpicio, Cicerone, Caeſare, plurimis aliis, tum ab utroque Catone factum eſt: quorum alter appellatus *ſapiens*, alter niſi creditur fuiſſe, vix ſcio, cui reliquerit hujus nominis locum. Neque defendet omnes orator, idemque portum illum eloquentiae ſuae ſalutarem non et-

4. *idque ab H.* Turic. Flor. *i. cum H.* Guelf. *hoſtenſio* Turic. *culucullis* Flor. *lucillis* Guelf. Goth. Camp. *Luculo* Jenſ. (err. Geſn.) *Lucullo* Tarv. et edd. poſt. ante Bad. qui ex Vall. repoſuit noſtram. Vid. nos. exeg. *ploriſque aliis* Camp. *pluribusque a.* Andr. *pluribus a.* Stoer. Chouet. Leid. *appellatus ſap.* Sic Turic. Flor. *eſt* inſerunt reliqui. Mox *alter* ante *niſi* om. Guelf. c. Voſſ. 3. *vix ſotio cujus reliq.* Turic. Flor. *relinquerit* Goth. (tac. Geſn.) *reliquit* Voſſ. 3. *namque defendat omnis orator idem portumque* Turic. Flor. (niſi quod ille *defendant*, hic *defendet*, uterque *partumque*) Guelf. Jenſ. et edd. poſt. ante Baſil. (niſi quod *defendet* Bad. etiam ex Vall.); in qua ſcriptura *omnis* nominativus habebatur ſingularis, et poſt *idem* diſtinguebatur. *Namque defendet omnis orator, idemque portum* Camp. Baſil. et edd. poſt. ante Geſn. eademque ſcriptura eſt in Goth. neque quicquam diverſita-

4. *Luculli.* L. Lucullus cum M. fratre (an conſobrino; vid. Verheyk. ad Eutrop. 6, 7.); quorum mentio et alibi conjuncta, ut in aedilitate magnifica ap. Cic. de Off. 2, 16. quique cum alia in prima aetate simul egerunt, tum P. Servilium augurem, patris accuſatorem, reum et ipſum fecerunt: vid. Cic. Acad. 4. init. Plut. in Lucull. init.

cui reliq. h. n. locum. Nove dictum puto, ſed ut facile tamen intelligatur. Nam cum dicatur *locus eſt alicui rei* vel *alicujus rei*, dici proprie deberet „in me locus non eſt „hujus nominis.“ Nunc pro *in me* dativum poſuit ob verbum *relinquere*.

idemque. i. idem ille qui innocentes ſervat.

Digitized by Google

iam piratis patefaciet, duceturque in advo-
5 cationem maxime causa. Quoniam tamen omnes, qui non improbe litigabunt, quorum certe bona pars est, sustinere non potest unus, aliquid et commendantium personis dabit, et ipsorum, qui judicio decernent, ut optimi

de ab hac recepta olim notetur ex Alm. Voss. 1. 2. 5. aliisque. In hac autem loci constitutione, etsi singuli sensus tolerari poterant, nexus tamen manifesto vitiosus erat: lepidusque est Pseudo-Turnebus ita haec exponens, ut particulas alienas aptioribus mutet. Idem tamen ex nescio quo codice attulit *neque* pro *neque*: indeque certatim emendarunt VV. DD. *neque defendet omnes orator*, quod in textum Gesnerus demum recepit. Merito. Nam etsi de codice illo fortasse dubites, emendatio tamen est facillima, quamque imperiose flagitabat sensus. Sequentia etiam *idemque* eqo. sollicitabat Burmannus: perperam: vid. not. exeg. *suae eloq.* Camp. *etiam non* Guelf. *spiratus* Flor. *advocationem nomina causa* Turic. Flor. c. Alm.

5. *omnis* Turic. Flor. Camp. *litigabit* Turic. Flor. *certe pars* Turic. Guelf. Camp. c. Alm. Voss. 2. 5. Goth. Jens. et edd. ante Gryph., Vocabulum *bona*, quod boni codd. dant Flor. et Voss. 1. et alii fortasse eorum, quorum non continua mentio, per sensum etiam abesse non potest. Subabsurdum enim illud *certe pars*; quod cum de minimo etiam numero dici possit, aliquid utique addendum erat. *et commend.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *etiam c.* edd. inde a Jens. omnes. Sed nostrum videtur esse in scriptis vel omnibus vel pluribus, quoniam *et* in lemmate ponens nonnisi impressos, qui *etiam* dant, laudat Burmannus. *commendatum* Goth. (tac. Gesn.) *aut optime* Turic. Flor. *ut optime* Alm.

5. *qui judicio decernent.* i. litigantium, ut recte Gapper. cf. 10, 1, 29. Vix monuissem, nisi mirum in modum perversam vidissem interpretationem Gedoyni „rien n'empêche que l'orateur ne donne quelque chose aux recommandations, *surtout à celles des juges.*" Sed neque Pseudo-Turnebus dat saniora.

ut — moveatur. „Si orator

Digitized by Google

cujusque voluntate moveatur: namque hos et amicissimos habebit vir bonus. Summo- 6
vendum vero est utrumque ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi ope-
1075 ram suam; vel illud etiam jactantius, mino-
res utique contra dignitatem attollendi. Non enim fortuna causas vel justas vel improbas

aut optimi Jens. c. edd. post. ante Gryph. *moveamur* Turic. *moveantur* Flor. *hos etiam a.* Camp. *habebit vir bonus.* Sic et scripti et editi mei omnes ante Stoer. (tac. Gesn. de Goth. et Jens. nisi quod ex illo affert *habet*, quod ex codice ipso non annotavit Spald.). Reliqui *v. b. h.*

6. *vindicandi* Guelf. *vendicandi* Camp. Jens. et aliquot post. *jactantium* Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *utique* om. Turic. Camp. *utique esset dign.* Flor. *fortunae* Turic. *causarum justus* Turic. Flor. c. Alm. *vel impr. v. just.*

„qualem nos fingimus, per-
„sonas litigantium respicit,
„fieri vix potest, quin eos
„fere sibi defendendos eligat,
„qui et optimi homines
„erunt."

6. *utrumque ambitus genus.* Illis quae verissima disputavit Spaldingius ad 1, 2, 22. hoc addendum videtur, quod, cum vigente rep. nonnisi ad inferiores spectarent *ambitus* et *ambitio*, tempore Caesarum, quando a potentibus tantum honores impetrandi erant, eadem vocabula in illorum gratiae aucupationem transierunt; ita tamen ut non evanuerit, quod hodie etiam viget, potentiorum studium erga inferiores nimium saepe et perversum. Haec igitur est *duplex* illa *ambitio*, quam hic tangit Qu. *Ambitus* autem vocabulum, quod olim nonnisi de eo usurpabatur quod ipsorum honorum causa erga populum fiebat, a Quintiliano, sicut *ambitio*, de quocunque gratiae captationis genere usurpatur, ita tamen ut hoc ipsa facta fere denotet, *ambitio* autem habitum et studium ambitiosi; unde, ut recte observat Spaldingius, hoc vocabulum in omne gloriae vanum studium transiit, ubi nullus est gratiae locus, ut mox 8, 2.

minores utique contra digni-

Digitized by Google

facit. Neque vero pudor obſtet, quo minus ſuſceptam, cum melior videretur, litem, cognita inter disceptandum iniquitate, dimit-
7 tat, cum prius litigatori dixerit verum. Nam et in hoc magnum, ſi aequi judices ſumus, beneficium eſt, ut non fallamus vana ſpe litigantem. Neque eſt dignus opera patroni,

Guelf. *obeſt* Camp. *inter disceptandum.* Sic Goth. Voſſ. 2. Ald. Steph. Gryph. *i. diſcendum* Turic. Flor. c. Bodl. Alm. Jenſ. et edd. ante Steph. *i. dicendum* reliqui (in quibus Bern. dicitur habere *int, eogn. dic.*). Vera videtur Gesneri obſervatio, neminem niſi levem *ſuſcipere* cauſam, antequam *didicerit.* Sed mirum quoque, ſi inter *dicendum* h. e. in ipſa oratione reſipiſcit orator. Quare utique praeferendum erat *inter disceptandum* h. e. in disceptatione foreſi; quod Badius etiam ſuadebat. Et facilius certe e ſcriptura *disceptandum*, quam ex alterutra reliquarum naſci potuerant ceterae. *dimittas* Goth.

7. *verum ne in hoc* Turic. Flor. *magnum.* Sic Camp. *magimum* Turic. *maximum* reliqui. Agnoſcis gradus corruptionis. Aptior autem utique hic poſitivus. *varia ſpe* Guelf. *neque enim dignus* Guelf. Goth. Jenſ.

tatem attollendi. Male Gesner. *dignitatem* accipit, quaſi dictum eſſet „contra merita cauſae," ſolo nixus Ciceronis loco Inv. 2, 53. juſtitiam definientis „quae ſuam cuique „tribuit dignitatem"; unde tamen nemo probet, *dignitatem* in uſu etiam fuiſſe de eo qui *non dignus* eſt honore. Optime autem Spaldingius monet in ſchedis, verbis hisce *contra dignitatem* reſpici illa *contra humiles.* Nimirum expectari poterat in altero hoc membro addendum *contra potentes.* Sed haec cum in iſta tempora vix caderent, illud addidit, quod perinde eſt ac ſi dixiſſet „niſi contra potentes et digniores, certe con„tra dignitatem" i. contra ſuam ſuique ordinis dignitatem.

dimittat — dixerit. In verbis hisce tertiae perſonae ablegat Spaldingius ad notata ſibi ad 2, 15, 12.

7. *ſi aequi judices ſumus.* Hoc in ſua Qu. perſona dicit,

Digitized by Google

qui non utitur consilio. Et certe non convenit ei, quem oratorem esse volumus, injusta tueri scientem. Nam si ex illis, quas supra diximus, causis falsum tuebitur, erit tamen honestum, quod ipse faciet. Gratisne 8
ei semper agendum sit, tractari potest. Quod ex prima statim fronte dijudicare, imprudentium est. Nam quis ignorat, quin id longe sit honestissimum, ac liberalibus disciplinis et illo quem exigimus animo dignissimum,

Mox *quae supra* Camp. neque tamen de omissione vocis *causis* quicquam notavit Spald.; contra in Jens. his oculis lego *quas* et omissam tamen video *causis*.

8. *gratis ei* Turic. Flor. *sit* post *agendum* om. Flor. Mox *sit longe* Guelf. *et in loquendo exigimus* e Guelf. enotavit Spald. in marg. autem Basil. signo posito ante *et*, legitur *quem in loquendo 4.* (err. Burm.) Sed Bern. et, ex Argent. utique, Obr. *et illo quem in eloquente exegimus* (Obr. *exigemus*). Cum nihil tale in ceteris mss. compareat, illud autem *in loquendo* in Guelf. tam facile ex *illoquem* extiterit: duae alterae scripturae mihi quidem sunt correctionis manifestissimae. Neque apparet, cur *eloquentem* prae *oratore* Quintilianus hic potissimum nomina-

illud autem *ut non fallamus* in oratoris: quae notabilis est negligentia.

8. *Gratisne.* Hanc quaestionem ne forte credas lege Cincia jam decisam, qua dona ob causam orandam capere vetitum erat; observandum est, hanc legem sub Caesaribus, relatam quidem esse aliquoties, sed ita ut temperamenta quaedam acciperet, quibus dona remuneratoria intra certum modum capere permissum esset. Quae omnia diligenter persecutus est Brummer in singulari *de lege Cincia* tractatu, recuso in Brummerianis Lips. 1712. 8.

tractari. „in utramque partem disputari." SPALD. cf. 2, 6, 8. 9.

quis ignorat, quin. Insolita forma; de qua Spald. olim sic: „Quaestio pro negatione, ut *quin* possit subjici." Recte.

Digitized by Google

non vendere operam, nec elevare tanti beneficii auctoritatem? cum pleraque hoc ipso possint videri vilia, quod pretium habent. 9 Caecis hoc, ut ajunt, satis clarum est: nec quisquam, qui sufficientia sibi (modica autem haec sunt) possidebit, hunc quaestum sine crimine sordium fecerit. At si res familiaris amplius aliquid ad usus necessarios exiget, secundum omnium sapientium leges patietur sibi gratiam referri: cum et Socrati collatum sit ad victum; et Zeno, Cleanthes, Chrysippus mercedes a discipulis acceptaverint. Neque enim video, quae justior ac-

rit, ubi viri notio prae qualitatis excitanda erat. *nec celebrare tanti* Turic. Flor. c. Alm. *neque elevare* t. Camp. Merula autem in annotationis suae lemmate (in marg. Locat.) habet et improbat *levare*; nescio unde sumptum.

9. *ut audio* cum apice quodam super extrema litteras Turic. c. Alm. annotante Ulrico, esse fortasse *audivit*; *et sic disserte* e Flor. *clarum* om. Jens. et edd. post. ante Ald. *hi ne quaestum* Guelf. *aut si res* Turic. Flor. *at res* sphalma in Rasc. (non Locat., err. Burm.) *sordidum* Guelf. *omnium*. Sic Turic. Flor. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) c. Alm. Voss. 1. 2. 3. et edd. ante Basil. Reliqui (in quibus certe Guelf.) *omnes*. Mox *patitur* Turic. Flor. Camp. *collocatum* Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Ald. *Zenon* Guelf. Goth. (tac. Gesn.) c. Voss. 1. 2. 3. et ita Basil. Recte fortasse. Vid. 2, 20, 7. (sed 12, 1, 18. haec scriptura ex nullo libro affertur) *et* cf. 1, 3, 60. 12, 2, 24. *acceptaverunt* Guelf.

Haec autem, *nemo ignorat*, idem valent, ac si dictum esset, *dubium non est*. Ne forte credas, dici etiam posse, *non ignoro, quin* —.

9. *Socrati — ad victum*. Nemo recte dicat pugnare haec cum Xenophontis capite libri I. Mem. Socr. sexto. Longe enim differebat merces, de qua

Digitized by Google

quirendi ratio, quam ex honestissimo labore, et ab iis, de quibus optime meruerint, quique si nihil invicem praestent, indigni fuerint defensione. Quod quidem non justum modo, sed necessarium etiam est, cum haec ipsa opera, tempusque omne alienis negotiis datum, facultatem aliter acquirendi recidant. Sed tum quoque tenendus est modus: ac plurimum refert, et *a quo* accipiat, et *quantum*, et *quousque*. Paciscendi quidem ille piraticus mos, et ponentium periculis pretia procul abominanda negotiatio etiam mediocriter improbis aberit: cum praesertim bo-

10. *ab his* Camp. *meruerint* om. Turic. Flor. *juste modo* Flor. *tempusve* Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Gryph. exc. Ald. *acquirendi requirunt* Turic. Flor.

11. *tum ne quoque* Turic. Flor. *quotisque* Goth. Jens. (tac. de hoc Gesn.) sed jam in Tarv. correctum; qui vitiosissim habet alterum illud sphalma, *pasiscenda* mox insertum ante *negotiatio*: item §. 12. *prestitissime* pro *praestitisse*: quae omnia memorat Merula, neque fidem invenit apud Badium et Burmannum, imo „vanus" audit huius: quare subveniendum erat mortuo etiam contra mortuos. *ponentium*. Sic Flor. c. Alm. Voss. 5. *potentium* Turic. *imponentium* reliqui praeter Camp. qui habet *impotentium*. Nostrum Burmannus jam versu Horatiano 2 Sat. 5, 23. adstruxerat, fatis tutum per se. *negotio* Turic. *etiam mediocriter*. Sic Turic. Flor. c. Alm. *a* in-

lautissime vivebant sophistae, a stipe in victum tenuissimum, quoties opus esset, collata. Talem vero ab Aristoxeno etiam quamvis obscuris illis apud Laertium 2, 20. verbis ostendi existimo.

11. *quousque*. „Ne forte, „postquam patrociniis suis di„ves factum sit, quaestum fa„cere pergat." SPALD.

Pasiscendi. Recte, opinor, Brummer l. l. cap. 9, 5. hoc ad *redemptionem litium* refert,

Digitized by Google

nos homines bonasque causas tuenti non sit metuendus ingratus: quodsi futurus, malo tamen ille peccet. Nihil ergo acquirere volet orator ultra quam satis erit: ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua benevolentia utetur, cum sciat se tanto plus praestitisse. Non enim quia venire hoc beneficium non oportet, perire oportet. Denique ut gratus sit, ad eum magis pertinet, qui debet.

ferunt reliqui (sed pro *etiam* Camp. *est*, Goth. *esse*). „*abesse alicui*" nostro familiare, v. 1, 12, 11. 2, 5, 15. 6, 8, 84. *tuendi* Turic. *sint* Flor. *metuendis* Turic. Flor. *quodsi*. Sic Flor. *quid si* Turic. Camp. Tarv. et edd. post. ante Ald. *qui si* reliqui.

12. *utraque quam* Jens. et edd. post. ante Ald. *satis est* Goth. *mutua volentia* Turic. Flor. *uteretur* iid. *cum sciat se* om. Turic. Flor. duo priora tantum omittere narratur Alm. *sciet* Guelf. Goth. o. Voss. 2. 3. *non enim quia venire h. b. non oportet perire. denique* Turic. Flor. Atque hanc scripturam, in Argent. etiam haud dubie inventam, altero *oportet* ex ingenio auxisse putandus est Obr. quem nos sequimur. Ad antiquissimos illos proxime accedit Guelf. particula *enim* tantum omissa. Editi omnes post verbum *praestitisse* ita: *quia nec venire h. b. oportet, nec perire. D.* in qua scriptura conspirat e scriptis Gothanus quidem omnino, e Vossianis autem 1. 3. in posteriori tantum parte, 2. in priori: ex illis enim refertur *non quia venire*, ex hoc, *non oportet perire. d.* Vulgatam cum proxime praecedentibus nullo pacto cohaerere cuivis patet: at

quibus causas clientum quasi suas suoque periculo certa pactione suscipiebant. Apta autem affert idem quamvis seriorum temporum legis Cod. 2, 6, 3. verba, quibus pactiones ejusmodi „cum gravi „damno litigatoris et *deprae*„*datione*" fieri dicuntur. Cf. priorum etiam temporum leges ab intpp. ad illam laudatas.

Digitized by Google

VIII. Proxima *discendae causae* ratio, quod est orationis fundamentum. Neque enim quisquam tam ingenio tenui reperie-
2077tur, qui, cum omnia, quae sunt in causa, diligenter cognoverit, ad docendum certe judicem non sufficiat. Sed ejus rei paucissimis cura est. Nam ut taceam de negligentibus, 2
quorum nihil refert, ubi litium cardo vertatur, dum sint, quae vel extra causam ex personis aut communi tractatu locorum oc-

verissimum et sensum et nexum praebet vetusta illa scriptura, modo sensus verbi *oportet* repetatur ad *perire*. Burmanno tamen *debet* post infinitivum inserere suadenti, tanquam haustum ab insequenti voce, morem nemo geret: nam quis vel negligenti in talibus nostro obtrudet quod mox ingratissime recurrat? Quare extra omnem dubitationem positum credo quod Obrechtus dedit. Nisi ipsam omissionis ansam verius repraesentari putes scribendo: *Non enim quia v. h. l. non oportet, oportet perire.*

1. *Inscr. Quae in agendis* Turic. per err. *Q. i. docendis* Flor. Guelf. c. Bern. *Q. i. discendis causis sint observanda* Goth. et sic fere edd. *Proximam* Jens. *oratoris* Goth. (tac. Gesn.) Jens. c. Bern. et edd. post Jens. ante Stoer. acc. Gibs. Obr. Capper. In recepta conspirant Turic. Flor. c. Alm. Scriptos ceteros illa videtur insidere lectio. *fundamenta* Turic. Flor. *enim* om. Camp. *quisq. negotio tenui* Guelf. *reperietur*. Sic Guelf. Camp. Jens. (non Goth., err. Gesn.) c. Vall. Voss. 1. 2. 5. Basil. *repereretur* Turic. Flor. c. Alm. *reperitur* reliqui (qui sunt e mss. Goth. tantum, et edd. inde a Tarvis. omnes exc. Basil.).

2. *taceamus* Obr. *qui vel* Camp. c. Goth. *ac communi* Guelf. Jens. (tac. Gesn.) *a c.* Goth. (tac. Gesn.) *communium* Camp. et hoc ipsum conjectaverat antea Spald., ut ex schedis cognosco. Sed hoc ipsum in causa est, ut et

2. *communi tract. loc.* v. not. crit.

Digitized by Google

caſionem clamandi largiantur: aliquos et ambitio pervertit, qui partim tanquam occupati, ſemperque aliud habentes, quod ante agendum ſit, pridie ad ſe venire litigatorem, aut eodem matutino jubent, nonnunquam etiam inter ipſa ſubſellia didiciſſe ſe gloriantur; 3 partim jactantia ingenii, ut res cito accepiſſe videantur, tenere ſe et intelligere prius paene quam audiant mentiti, cum multa et diſerte, ſummisque clamoribus, quae neque ad judicem neque ad litigatorem pertineant, decantaverunt, bene ſudantes beneque comitati per forum reducuntur. Ne illas quidem tulerim delicias eorum, qui doceri amicos

illud in Camp. interpretamentum potius mihi videatur quam vera lectio. Neque enim abhorrere videtur ab uſu Latinorum, ut idem appoſitum, quod *locis*, *tractatui* etiam *locorum* dari poſſit. Planeque eodem modo ſupra 2, 4, 22. *tractatum locorum communium* memorat et *generalem* et *ſpecialem*, qui nihil aliud eſt quam *tractatus locorum communium* vel *generalium* vel *ſpecialium*. Accedit in noſtro loco ordo verborum, ſi προέπτωσιν ſervas, naturalis, in Campani ſcriptura non item. Mox *tractam* pro *clamandi* mire ſphalmate Turic. Flor. c. Alm. *aliquo ſed* Flor. *ſemperque occupati* inverſo ordine Flor. *aliquid habent* Goth. Camp. c. Ald. Sed praeſtat *aliud*, ne videatur eſſe praevium aliquid ad ipſam cauſam ſpectans. *matut. vivent* Flor. *inter ſe ſubſellia* Turic. Flor. *didiciſſe ſubſellia* Obr.

3. *ſe* om. Obr. *paene prius* Goth. Jenſ. (nec. Geſn.) et edd. poſt. ante Stoer *quam ut aud.* Turic. Flor. Camp. c. Alm. *mentiri* Flor. *neque ducem* Turic. Flor. c. Alm. *pertineat* Jenſ. (non *pertinent*, err. Geſn.) *decantaverint* Jenſ. et edd. poſt. ante Ald. *reducantur* iidem.

3. *clamoribus*, audientium: vid. 6, 4.

Digitized by Google

ſuos jubent: quamquam minus mali eſt, ſi illi ſaltem recte diſcant, rectèque doceant. Sed quis diſcet tam bene, quam patronus? Quomodo autem ſequeſter ille, et media litium manus, et quidam interpres, impendet aequo animo laborem in alienas actiones, cum dicturis tanti ſuae non ſint? Peſſimae vero conſuetudinis, libellis eſſe contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, quia liti ipſe non ſufficit: aut aliquis ex eo genere advocatorum, qui ſe non poſſe agere confitentur, deindè faciunt id quod eſt in agendo difficillimum. Nam qui judicare, quid *dicendum*, quid *diſ-*
1078 *ſimulandum*, quid *declinandum*, *mutandumve*,

4. *ſi quis diſcet* Turic. *quomodo aut ſeq.* Turic. Loco vocis *interpres* compendia quaedam obſcura in Flor.

cum dicturis tanti ſuae non ſint. Hanc veriſſimam ſcripturam dederunt optimi codd. Turic. Flor. cum Alm. Bern. niſi quod in omnibus eſt *ſit*, et ex Alm. et Bern. affertur *dicturus*. E Voſſ. 3. c. *dicturus tantis ſit*. Aliorum librorum (Camp. Goth. Voſſ. 2.) ſcriptura *cum dicturus vere non ſit* nata eſt inde haud dubie, quod *tanti ſue* abierat in *tantisve*, et mox illud etiam *tantis* poſt *dicturis* ob homoeoteleuton omiſſum erat. Tandem adverbium etiam *vere* a correctore quodam mutatum eſt: reliqui enim omnes ita: *cum dicturus ipſe non ſit*; quibus verbis inepta admodum ineſt repetitio ejus, quod una vox *alienas* jam abſolverat. Nemo autem, opinor, haereat in plurali *dicturis*, cum praecedat *alienas actiones*.

5. *quod dicendum* Turic. *mutandum etiam ſit* Turic.

4. *media—manus.* v. 11, 2, 3.

5. *deinde.* Recte Geſner, hic etiam admonet graeci *εἶτα*, quod objurgantis eſt vaſ. letque *tamen*, *nihilo minus*: vid. ad 8, 6, 58.

declinandum. i. molliùs ſignificandum, ob aſperitatem

fingendum etiam sit, potest, cur non sit orator, quando, quod difficilius est, oratorem
6 facit? Hi porro non tantum nocerent, si omnia scriberent, uti gesta sunt. Nunc consilium et colores adjiciunt, et aliqua pejora veris: quae plerique cum acceperunt, mutare nefas habent, et velut themata in scho-

Flor. c. Alm. *imitandum etiam sit* Camp. *mutandum fingendum e. s.* Voss. 3. (cui scripturae Vall. teste Badio praemissis *quid* ex emend. haud dubie). *imitandumve f. e. si* Jens. (tac. de *imit.* Gesn.) et edd. post. ante Ald. (err. in Locat. Burm.). Eadem, sed cum *sit*, habent Ald. (err. Burm.) Bad. Basil. *imitandum f. b. sit* Gryph. *imitandum fugiendum v. s.* aliquot ap. Burm. *mutandum fugiendum e. s.* Stoer, Chouet. Leid. Mihi recepta, quam tuentur Guelf. et Goth. quaeque in vetustis illis nonnisi ob homoeoteleuton manca est, unice vera videtur: neque indiget eadem Obrechtiano additamento *quandoque* post *etiam*.

oratorem facit. Sic Turic. Flor. Guelf. c. Alm. Voss. 3. Bern. (nisi quod ex hoc *est et oratorem*). Hanc optimam scripturam in V. L. delitescere jusserunt VV. DD. aequo animo ferentes taediosam repetitionem vulgatae, quae omittit vocabulum *oratorem*. Cf. 10, 1, 65.

6. *Nunc et consil.* Obr. *adicient* Turic. Tum proximum *et* ante *aliqua* om. Turic. Flor. *mutare.* Sic Turic. Flor. c. Alm. Jens. et edd. post. ante Ald. acc. Bad. *immutare* reliqui. *schola* Flor.

vel invidiam rei; cf. 9, 2, 92. Idem, cum ita fit, ut plane diversa res evadat, *mutatio* est, diversa a *fictione*, quae ne materiam quidem e causa sumit.

6. *pejora veris*, „dum *vera* „quae sunt in causa incommoda velare studeat, homi„nes inepti adjiciunt saepe, „quae sunt pejora illis." Hoc ut monerem, Rollino debetur, nomen *veris* pro dativo habenti, et Obrechto in eundem sensum interpungenti.

themata — custodiunt. vid. 4, 2, 28.

Digitized by Google

iis posita custodiunt. Deinde deprehenduntur, et causam, quam discere ex suis litigatoribus noluerunt, ex adversariis discunt. Liberum igitur demus ante omnia iis, quo- 7
rum negotium erit, *tempus* ac *locum*: exhortemurque ultro, ut omnia quamlibet verbose et unde volent repetita ex tempore exponant. Non enim tam obest audire supervacua, quam ignorare necessaria. Frequenter au- 8
tem et vulnus et remedium in iis orator inveniet, quae litigatori in neutram partem

custodiunt deprehenduntur Turic. *ex cujus litig.* Flor. *voluerunt* Goth. (tac. Gesn.) *ab adverſ.* Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Gesn.) c. Voss. 2. et edd. a Jenſ. ante Stoer.

7. *is* (ex Alm. *iis*) *nisi quorum* Turic. Flor. c. Alm. *erie* Turic. verbum om. Camp. *ultro* om. Turic. Flor. dixerisque natum e seqq., sed verius, ob eandem causam omissum. Plane enim hujus loci est particula. „Non pa„tienter modo auscultemus verbose explicantes, sed ut ita „faciant, ultro exhortemur." *quantumlibet* Goth. (tac. Gesn.) *volunt* Turic. Flor. Camp. *volet* Guelf. *repetita ex tempore.* Sic Jenſ. (tac. Gesn. de illo *ex*) et edd. post. ante Gryph. exc. Ald. *repetito e. t.* Turic. Flor. c. Alm. ex quo sphalmate nata, quam hucusque concoxere VV. DD., reliquorum omnium scriptura *repetito tempore.* Quod quam eleganter dictum sit, et quam bene hic praeripiatur, quod mox (§. 8. *Nec semel* etc.) docebitur, ipsi viderint. Nostrum quam necessarium, v. not. ex. *exponat* Turic. *exponavit* Flor. *exponat* Jenſ. et aliquot edd. *abest* Flor.

8. *in his* Guelf. Camp. *inv. et quae litigator* Flor. relicto mox spatio loco horum *in neutram.* Mox

deprehendantur. cf. 1, 2, 30. 1, 8, 21.
7. *ultro* v. not. crit.
ex tempore. ut quam verissime et plenissime et sine fuco exponant: cf. 9.

Digitized by Google

habere momentum videbantur. Nec tanta sit acturo memoriae fiducia, ut subscribere audita pigeat. Nec semel audisse sit satis: cogendus eadem iterum ac saepius dicere litigator, non solum quia effugere aliqua prima expositione potuerunt, praesertim hominem (quod saepe evenit) imperitum: sed 9 etiam, ut sciamus, an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, et, tanquam non doceant causam, sed agant, non ut *cum* patrono, sed ut cum judice loquuntur. Quapropter nunquam satis credendum est, sed agitandus omnibus modis, et turbandus, et 10 evocandus. Nam ut medicis non apparen-

tanta sint Turic. Flor. *t. sunt* Camp. *memoriae diffici* ut Turic. Flor. c. Alm. *iterum dicere ac saep.* Guelf. *dicam* pro *dicere* Jens. (tac. Gesn.) *non quia* Voss. 1. 3. *qui effugere* Camp. *quod eff.* Turic. *et positione* Flor. *hominem prosequens quod* Turic. Flor. (sed hic *prosequens*) cum Alm. In quo additamento quid lateat, felicioribus divinandum relinquo.

9. *non noceant* Flor. *sed cum judice* Guelf. Goth. Jens. et edd. post. ante Bad. *loquantur* Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. c. Voss. 2. et edd. ante Ald.

8. *subscribere. Subscribimus*, subnotamus audita, cum non omnia verbo tenus tanquam dictata calamo excipimus: sed ea potissimum, quae memoriae usui futura sunt.

9. *nunquam satis credendum est.* nunquam ab omni parte fidendum est ei. Quam vocis *satis* rationem exemplis astruere nequeo. Est tamen ab eo, quod recte, *opinor*, dicitur „non satis credo tibi.“

evocandus, velut e latebris, in quibus se et vitia causae abscondit. Ita non opus Gesneri, quam ipse non admodum urget, conjectura *avocandus*.

Digitized by Google

tia modo vitia curanda sunt, sed etiam invenienda, quae latent, saepe ipsis ea, qui sanandi sunt, occulentibus: ita advocatus plura, quam ostenduntur, aspiciat. Nam cum
1079 satis in audiendo patientiae impenderit, in aliam rursus ei personam transeundum est, agendusque adversarius, proponendum quicquid omnino excogitari contra potest, quicquid recipit in ejusmodi disceptatione natura. Interrogandus quam infestissime, ac premendus. Nam, dum omnia quaerimus, 11
aliquando ad verum, ubi minime expectavimus, pervenimus. In summa, optimus est in discendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, testem populum, paratissimas consignationes, ipsum denique adversarium quaedam non negaturum. Ideo- 12

10. *sed etiam—sanandi sunt* om. Flor. *ea ipsis* Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Stoer. *quae sananda sunt* Turic. (nisi quod *sen.*) Camp. c. Alm. Sed hic deserendi erant optimi codd. Quamvis enim *ipsis* non ineleganter sic usurpatur, hic tamen, ubi praecedit *medicis*, non tolerandae foret negligentiae. Sed facilis post vocem *ea* lapsus erat librarii. In Obrechti autem scriptura *qui curandi sunt* non correctionem sed errorem agnosco. *accipiat. nam* Guelf. Marg. Basil. *impenderint* Guelf. *rursus personantur tr.* Turic. Flor. *transeundem* Turic. *animo excog.* Goth. (nimirum *aʒo, oʒo*). *recipi* Guelf. *disputationi* Turic. Flor. *disputatione* Alm. *discrepatione* Voss. 2. *natrā* Turic. *naturam* Flor. *nam* Camp.

11. *ad verborum* Flor. c. Alm. *perveniemus* Voss. 1. Obr. *permittit* Jens. *non egeturam* Turic.

11. *consignationes.* „Vide „Turneb. 2 Adv. 27. *Consi-* „*gnationes* illae sunt tabulae „testimoniales obsignatae, de

Digitized by Google

que opus eſt intueri omne litis inſtrumentum: quod videre non eſt ſatis, perlegendum erit. Nam frequentiſſime aut non ſunt omnino, quae promittebantur, aut minus continent, aut cum alio aliquo nocituro permixta ſunt, aut nimia ſunt et fidem hoc ipſo detractura, quod non habent modum. Denique linum ruptum aut turbata cera, aut

12. *ome* Turic. *latas inſtrumenta* Turic. Flor. *videri* Camp. *nocitura* Turic. Flor. Jenſ. c. edd. ante Ald. *hoc* ante *ipſo* om. Guelf. non male.

13. *denique linum tum rupa aut turbata certe* Turic. Flor. niſi quod hic *cere*. — *d. l. rupt. rupta aut turbata*

„quibus lib. 5. c. 7. Teſtatio„nes vocavit c. 3. hujus li„bri“ (§. 5.). Capperonnerius. Turnebus l. l. cum noſtro loco apte componit hunc Cic. pro Quint. 6. „neceſſa„rios — corrogat; — veniunt „frequentes; *teſtificatur* iſte „P. Quintium non ſtitiſſe, et „ſe ſtitiſſe; *tabulae maxi„mae ſignis hominum nobilium „conſignantur.*“

13. *linum — invenies.* „A„ſcribamus hic etiam locum „claſſicum Paulli ſent. 5, 25. „5. *Ampliſſimus ordo decre„vit, eas tabulas quae publici „vel privati contractus ſcriptu„ram continent adhibitis teſti„bus ita ſignari, ut in ſumma „marginis ad mediam partem „perforatae, triplici lino con„ſtringantur, atque impoſitum „(quid ſi impoſitae?) ſupra li„num ceras ſigna imprimantur, ut exteriores ſcripturae „fidem interiori ſervent. Alter tabulae prolatae nihil mo„menti habent.* Vide plena „manu iſta illuſtrantes viros „doctos ad illa Sueto. Nero. „c. 17. *Adverſus falſarios tunc „primum repertum, ne tabulae „niſi pertuſae, ac ter lino per „foramina trajecto, obſigna„rentur.*“ Geſner. Utilis etiam Badii ſeu potius Vallae annotatio: „Et ad illud *li„num ruptum*“ (ſc. annotavit Valla) „Ulp. lib. XXVIII. de „teſtamentis“ (Dig. 28. tit. 1, 22.) „*Si ſigna turbata ſint „ab ipſo teſtatore, non vide„tur ſignatum.* Et paulo poſt: „*Signatas tabulas accipi opor„tet, ſi*“ (verius editur *et ſi*) „*in linteo, quo tabulae involutae ſint, ſigna impreſſa ſue-*

Digitized by Google

sine agnitore signa frequenter invenies: quae,

cera Camp. (sic Spald. quidem enotavit, nisi quod in voce *rupt.* in superiori litterae *t* parte lineolam imperfectam addidit, quam non intelligo). *d. l. ruptum aut turbata caetera* Voss. 1. 3. Bern. Marg. Stoer. Nostram (nisi quod Guelf. et aliquot edd. *casra*) dant Guelf. Goth. Jens. et edd. omnes ante Burm. quibus libris accensendi mss. etiam qui silentur, ut Alm. Voss. 2. Burmannus autem primus recepit conjecturam Salmasii (v. not. exeg.) *turbatam ceram.* Cui cum libri vetusti certe non suffragentur, restituenda utique erat pristina scriptura, ut liberum de loco aliorsum etiam utili judicium relinqueretur. Scriptura porro Obr. *intervenient* loco illius quod mox legitur *invenies*, manifesta est correctio ejus qui illud *turbata cera* nominativum crederet. Vid. not. exeg. *sine agnitore.*

„*rint.* Justr. lib. II. de pupillari substitutione" (Instit. 2, 16, 1.) „*Separatim inferioribus partibus scribere, eamque partem proprio lino proriaque cera consignare et in priori parte testamenti cavere, ne inferiores tabulae vivo filio et adhuc impubere constituto*" (hoc verbum in edd. non comparet) „*aperiantur.* „Paulus in sententiis lib. IV." Sic. Appositus autem est idem ille e libro V. Sent. locus cum notabili in extrema parte varietate hac: *atque impositio supra lino cerea signa imprimantur: ut exterior scriptura fidem interioris servaret. Aliter tabulae prolatae nihil omnino valent.* Cum illo tempore (ipsa Badii ed. est anni 1516.) Pauli sententiae nondum fuerint editae (Ed. princ. est a. 1525.), peritiores judicent, an in codice haec ita scripta invenerit Valla, an tacite emendarit: quod tamen in postrema verba, quorum varietas sensum non mutat, non cadit. Apparet autem ex his omnibus *ceram* in Quintiliani verbis non esse ceram scriptoriam, qui error videtur fuisse Gesneri, Ciceronis illa Verr. 2, 76. (de lituris in cera) conferri jubentis, sed ceram signis imprimendis lino, quod tabulas constringebat, infixam. Hanc ceram cum ipsis signis turbari necesse erat, si quis linum ad aperiendas per fraudem tabulas inde expedire conaretur. Jam igitur cum linum et cera junctim uni effectui inservirent, nihil cogebat *turbatam ceram* seorsim in casu accusativo hic memorari, quem reponi jubebat Salmasius de Mod. Usur. p. 461 sqq.

Digitized by Google

nisi domi excusseris, in foro inopinata decipient: plusque nocebunt destituta, quam non promissa nocuissent. Multa etiam, quae litigator nihil ad causam pertinere crediderit,

Sic Camp. Goth. (err. Gesn.) et (incertum e codice an Salmasii auctoritate) Obr. *f. adsitoriae* Turic. *f. adsatoriae* Flor. c. Alm. *f. agnitione* reliqui. Nostrum Salmasius nullo, opinor, codice nixus suaserat; neque tamen Burmannus et Gesnerus quamvis probatum sibi receperunt, id fortasse reveriti, quod vocabulum *agnitor* ex nullo hactenus bono scriptore allatum sit; quam eorum religionem minime damno; tametsi facile appareat, verbalia in *tor*, quae multis loquendi formis ita inserviunt, ut participia subst antiva recte dixeris, in latine loquentium potestate fuisse. Talis autem est forma haec, *signa sine agnitore reperire*, i. signa quidem reperire, sed *qui agnoscat ea* neminem. Quod nequaquam latine dixeris *signa sine agnitione reperire*. Comparentur etiam vocabula *notor*, *cognitor* de teste, qui testatur se nosse aliquem, et esse illum ipsum, quem se esse dicat. Quare nunc ubi illam formam duo libri diserte exhibent; ipsaeque vetustissimorum corruptelae ejusdem, non alterius, vestigia monstrent; reponendum utique erat, quod, si e Camp. editi nostri fluxissent, nemo profecto hodie expelleret. *quae ni* Guelf. Goth. *excesseris* Flor. Camp. c. Alm. *docebunt* Turic. Flor. *quam promissa* Flor. *quam non provisa* Camp. *docuissent* Flor. *quae diligator* Flor. *q. dicit litigator*

abi totam hanc materiam tractat. Imo optime et plane latina structura ablativi sunt instar appositi ad linum: „linum ruptum aut turbata cera — invenies.“ Neque posterius *aut* prius illud respicere credendum est, quod ita tantum ratio cogeret, si tertium etiam praecederet *aut* ante *linum*. Nunc simplex est sensuum continuatio significans, reperiri alias laesam sive in lino sive in cera obsignationem, alias integra quidem omnia, sed falsis signis, quae a testibus pro suis non *agnoscantur*. De vocab. *agnitor* vid. not. crit.

destitata. Secure hunc locum transierunt VV. DD. quasi trita omnia offerentem, qui diligentius tamen inspectus difficultatis plenus est.

Digitized by Google

patronus eruet, modo per omnes, quos tradidimus, argumentorum locos eat. Quos ut 14
circumspectare in agendo, et attentare singulos minime convenit, propter quas diximus causas; ita in discendo rimari necessarium est, quae *personae*, quae *tempora*, quae *loca*, *instituta*, *instrumenta*, ceteraque, ex quibus non tantum illud, quod est artifi-

Voss. 1. *patronus feruet* Guelf. c. Goth. Voss. 1. 3. Bern. *tradimus* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. (non Jens., err. Gesn.) *locos erat* Flor.

14. *circumscriptare* Turic. Flor. omissis proximis his *in ag. et attentare.* Mox *sit in disc.* Flor. *sic in d.* Camp. *ita etiam in d.* Tarvis. et edd. post. ante Stoer. exc. Basil. *quae personae* om. Guelf. *quae tempora* om. Turic. Flor. c. Alm. *locus* Turic. Flor. sed Alm. vocem omittit. *tempora et loca* Guelf. c. Goth. *instrumenta instituta* Camp. *ceterarum ex* Turic. Flor. c. Alm. *caetera ex* Guelf.

Quanquam illud non moror, quod, cum praecedens *quae* nonnisi ad indicia illa referri possit, paulo negligentius eo deflectit oratio, ut ipsa instrumenta significentur voce *promissa*. Sed quid sunt instrumenta *destituta?* Quae quamvis *auctoritate destituta* fortasse dixeris, hic tamen *destituentia* potius, oratorem puta, dicenda erant, cum opposita sint *non promissis*. Nam quod posuit Gedoynus „car vous „serez obligé d'abandonner „ces pièces" non sine acumine quidem est, sed a consuetudine loquendi plane alienum. Quare non dubito scripsisse Fabium *destituto*. „Plus haec „nocebunt oratori destituto, „quam nocuissent non pro„missa ei a litigatore." Quippe tum sibi cavisset vir peritus remediumque defectui invenisset.

14. *propter quas diximus* „supra 5, 10, 122 sq. Add. „Cic. de Orat. 2, 54." Gesner.

instituta de moribus, consuetudinibus, agendique rationibus eorum, inter quos causa versatur, accipiendum.

non tantum — artificiale — prob. genus. Cf. 5, 1, 1. 2.

Digitized by Google

ciale probationis genus, colligi poſſit, ſed qui metuendi teſtes, quomodo ſint refellendi. Nam plurimum refert, invidia reus, an odio, an contemtu laboret: quorum fere pars prima ſuperiores, proxima pares, tertia humiliores premit. Sic cauſam perſcrutatus, propoſitis ante oculos omnibus, quae proſint noceantve, tertiam deinceps perſonam induat judicis, fingatque apud ſe agi cauſam, et, quod ipſum moviſſet de eadem re pronunciaturum, id potentiſſimum, apud quemcunque agetur, exiſtimet. Sic eum raro fallet eventus, aut culpa judicis erit.

IX. Quae ſint in agendo ſervanda, *toto* fere opere exſecuti ſumus: pauca tamen propria hujus loci, quae non tam dicendi arte, quam officiis agentis continentur, attingam.

cum Goth. Jenſ. *probati g.* Turic. Flor. c. Alm. *poſſet* Turic. Flor. *invidae* Flor. *ac odio* Jenſ. c. edd. poſt. ante Ald. Male.

15. *quae* ante *proſint* om. Camp. *deinde perſonam* Jenſ. et edd. poſt. ante Stoer. exc. Ald. *de eadem pronunc.* Turic. *apud quemque* Guelf. *exiſtimet. Sic.* Haec eſt ſcriptura Turic. Flor. Camp. Reliqui inſerunt *et.*

1. Inſer. *Quae in agendis* Turic. Flor. Guelf. c. Bern. *Quae ſervanda in agendo oratori ſint* Goth. *Q. ſ. i. agendis cauſis o. ſ.* Jenſ. et edd. plerique. In verbis auctoris: *Quae ſunt* Guelf. Camp. Jenſ. et edd. ante Ald. *opera exſumus* Turic. Flor. *o. ſumus executi* Obr. *officiis agendis* Turic. Flor. c. Voſſ. 1. 3. Bern. *officiis agendi* reliqui. Vitioſum loquendi genus. Nam *officium agendi* vix quicquam ſit, niſi officium patroni agendi cauſam clientis; *officia agendi* nihil omnino ſignificant. *Officia* requiruntur *ejus qui agit, agentis.* Hoc autem revera ſcripſiſſe Quintilia-

Digitized by Google

Ante omnia, ne, quod plerisque accidit, ab utilitate eum causae praesentis cupido laudis abducat. Nam ut gerentibus bella non sem- s
per exercitus per plana et amoena ducendus est, sed adeundi plerumque asperi colles, expugnandae civitates quamlibet praecisis impositae rupibus, aut operum mole difficiles:

num ex mendosa vetustorum codd. scriptura patet: unde veram jamdudum repositam, cum casu tandem (silent enim de eo Burmannus et ceteri) vidi, edidisse ita, Argentinensi quoque, ut videtur, *agendis* dante, Obrechtum. Neque de veritate hujus scripturae dubitare finit illud quod statim subjicitur *eam*. Nam verbum quidem tertiae personae saepissime, pronomen vero vix invenies, non expresso in praecedentibus, ad quod referatur, nomine. *nec quod* Camp. *ab* om. Turic. Flor. *obducat* Flor.

2. *praesecisis* Camp. *impositae rebus ut o.* Turic. Flor. c. Alm. (quanquam ex hoc *ut* non effertur). *i. montibus a. o.* Goth. Voss. 2. Colbert. Jens. et edd. post. (exc. Ald.) ante Bad. qui (mero sphalmate, cum esset *ipositae*) habet *positae montibus a. o.* quod repetierunt aliquot posteriores. Nostram post Camp. et Ald. de meis primus habet Stoer: e scriptis autem praeter eos qui silentur (Voss. 1. 3. Bern. etc.) certe Guelf. neque dubium, quin vera sit certaque crisis Burmanni, alteram *montibus* receptae interpretamentum esse. Illa autem vetustorum scriptura nata, non e compendio, qualia sunt qui maximo eruditorum taedio ubique comminiscuntur, sed ex interitu aliquot litterarum, quo

1. *praesentis*. „Junge *prae-*
„*sentis laudis*. Est autem ea
„immatura illa laus et cruda,
„quae in horam captatur, ver-
„borumque lenociniis petitur,
„postponenda tardiori illi, at
„durabili, quae re, vincendis-
„que causis prudentiorum suf-
„fragiis acquiritur. Conf. 4.“
SPALD.

2. *praecisis*. Non ita fre-
quens de *praeruptis* et *abscis-*
sis vocabulum, cujusque exem-
plum hoc ipsum cum paucis-
simis aliis in Lexicis poni so-
let.

Digitized by Google

ita oratio gaudebit quidem occasione laetius decurrendi, et aequo congressa campo totas vires populariter explicabit: at si juris anfractus, aut eruendae veritatis latebras adire cogetur, non obequitabit, nec illis vibrantibus concitatisque sententiis velut missilibus utetur; sed operibus, et cuniculis, et insi-

genere toties in iisdem peccatum vidimus. *quidem gaudebit* Camp. male. *occasione* Turic. Flor. *laetius.* Sic Turic. Guelf. Camp. e. Alm. Goth. Voss. 2. *laetus* Flor. *latius* reliqui. Diligenter omnia perpendi antequam hanc scripturam loco pellerem, cum *late dicere, latus orator, sermo*, et similia toties apud nostrum etiam occurrant (e. g. 5, 5. 15. 5, 14, 35. 12, 10, 25.), comparatio autem lati itineris tam apta hic videatur. Tamen latam orationem non eandem esse, quae floridae, de qua hic agitur, ex ipsis illis locis, et ex specimine etiam *lati et fusi* generis, quod habuimus supra 11, 3, 50. cognosces. Contra *laetum* hujus imprimis loci esse sententiae conferendo illa 4, 5, 1. 8, 5, 88. 12, 1, 34. 12, 10, 80. et prae ceteris illud 11, 1, 49. *decurrentibus periculis, quam laetissimis locis sententiisque dicentem.* Translationem porro spatii, necessariam sane, dabit *campus* in illis quae subjiciuntur; non minus autem necessarium est, quod respondeat alteri parti ex *planis et amoenis* in imagine ipsa. Ita religio potius esse debuit plurimorum et optimorum codd. scripturam diutius e textu arcere. *et quo congr.* Turic. Flor. *ex aequo c.* Goth. (tac. Gesn.) *tota* Guelf. *explicavit* Turic.

3. *at si vires an factus* Turic. Flor. *eruendae* Flor. e. Voss. 1. *obequitavit* Flor. *amictis* Guelf. *sed insi-*

laetius v. not. crit.

populariter. Haec una vox inter translatas omnes proprie significat. Spectat enim ad popularem per sententias delectationem: cf. 2, 10, 11. 8, 3, 12.

3. *operibus.* Ex brevi spatio duplici, quanquam bellico utroque significatu repetitum vocabulum; de munimentis modo; hic de vineis arietibusque. Ceterum digitum intendit Spaldingius in Lobe-

Digitized by Google

diis, et occultis artibus rem geret. Quae 4
omnia non, dum fiunt, laudantur, sed cum
081 facta sunt: unde etiam minus cupidis opi-
nionis plus fructus venit. Nam cum illa di-
cendi vitiosa jactatio inter plausores suos de-
tonuit, resurgit verae virtutis fortior fama:

diis Flor. Camp. Habet quod blandiatur; ut sit distinctio inter ea quae machinis et instrumentis, et quae astu fiunt. Tamen cum aliquis etiam per cognata transitus hic sit, novare nil volui, praesertim ubi tam pronus librarii lapsus. *acutis* Camp. *regeret* Flor. c. Alm.

4. *etiam cupidissimis opinionis* Turic. Flor. Guelf. c. Bodl. Joan. Alm. Voss. 1. (qui et *opinionibus*) Jens. et edd. post. ante Ald. *e. cupidis minus o.* Vall. Voss. 2. 3. (hos duo enim Burmannus, qui Voss. 1. memorat, utique non tacuisset, si a sua scriptura recederent) Stoer. et edd. post. ante Gesn. exc. Obr. qui codicum plurimorum scripturam dedit, sed deleta voce *plus*, ita haec, ut videtur, intelligens: „unde (i. ex qua tardiori laude) vel cupidissimis gloriae fructus venit": quod non uno nomine displiceat. Nos praeeuntibus Aldo et Gesn. in ea scriptura acquiescimus, quam non Gothanus tantum, sed, cujus major est auctoritas, Camp. etiam exhibet. Nimium enim verisimile est vetustiorem scripturam natam esse sphalmate ex illo *cupidis minus*, sicut hoc ex nostra per mendosam qualem toties vidimus transpositionem extiterat, illis *minus opinionis, plus fructus* apparentem quendam sed revera nullum sensum praebentibus. *fluctus* Turic. *plosores* Flor. *retonuit* Turic. Flor. *vera et virtutis* Turic. Flor. Camp. (e. Alm. qui habet *Uet*) et edd. ante Ald. cui scripturae

dis in nimium hoc allegoriam premendi studium, quale notaverat etiam 2, 4, 7.

4. *opinionis.* Vid. 9, 12, 5. et hic 7.

Digitized by Google

nec judices, a quo sint moti, dissimulant; et doctis creditur; nec est orationis vera laus, 5 nisi cum finita est. Veteribus quidem etiam dissimulare eloquentiam fuit moris: idque M. Antonius praecipit, quo plus dicentibus fidei, minusque suspectae advocatorum insidiae forent. Sed illa dissimulari, quae tum erat, potuit: nondum enim tantum dicendi lumen accesserat, ut etiam per obstantia erumperet. Quare artes quidem et consilia lateant, et quicquid, si deprehenditur, perit. Hactenus eloquentia secretum ha- 6 bet. Verborum quidem delectus, gravitas

Flor. addit *fartior*, suaviter sensum rotundans. *judices sunt a quo sint motus* Turic. *j. a. q. s. motus* Flor. cum Alm. *et doctis quae cr.* Turic. Flor. Fortasse *dissimulant; doctisque creditur. finita et vet.* Camp.

6. *quod plus* Turic. Flor. Camp. c. Alm. *sed illas forent mulari quae cum erat* Turic. Flor. mira stribliga, in qua nil tamen latere arbitror. *obstanti er.* Flor. *obstantiam er.* Camp. Goth.

et doctis vid. not. crit.

5. *Veteribus — dissimulare.* Cf. 4, 1, 9.

M. Antonius praecipit. „Credo de ipsius M. Antonii „opere loqui. Sed et apud „Ciceronem 2 de Orat. libro „hoc sit M. Antonius.“ Valla. De libro Antonii vid. 3, 1, 19. *Dissimulatorem artis* vocat eundem Qu. 2, 17, 6. cf. 6. Locus Ciceronis, Vallae obversatus, est in principio illius libri: *Antonius probabiliorem hoc populo orationem fore censebat suam, si omnino didicisse nunquam putaretur, atque ita se graviorem fore, si — ne nosse quidem Graecos videretur.*

accesserat. Jejunum non immerito Spaldingio visum olim hoc verbum, quare *accenderat* conjectabat, ut *lumen* sit quartus casus. Si iterum haec tractasset, *accensum erat* fortasse tantum visset.

Digitized by Google

sententiarum, figurarum elegantia, aut non sunt, aut apparent. Sed propter hoc ipsum ostendenda non sunt, quod apparent: ac si unum sit ex duobus eligendum, causa potius laudetur, quam patronus. Finem ta-

6. *eligentia* Flor. *Sed propter.* Sic Turic. Flor. Camp. c. Alm. *vel* inserunt reliqui. *ostendenda.* Sic Turic. Flor. Camp. *ostentanda* reliqui; cujus scripturae auctor non sensit longe venustius, ob respondens *apparent*, proprium hic vocabulum usurpatum esse quam translatum. *ac si unum sit ex duobus.* Sic Turic. Flor. c. Alm. nisi quod duo priores mendose *duabus*, ex Alm. autem *sit* non affertur. Hoc tamen est in Camp. quoque, ceterum conspirante cum reliquis, qui dant *aut si unum e duobus.* Jensoniana tamen pro *e duobus* habet *est duobus;* quod sphalma, quale mihi quidem videtur, Obrechtus arripiens *est e duobus* edidit. Vulgatam repetierunt VV. DD. imo gallice interpretati sunt grammatico nexu contenti, logicum non curantes. Atqui cum dicitur: „*aut* „si unum e duobus eligendum", non aliter est ac si in antecedentibus foret haec: „neutrum quidem ostentandum „est, neque causa, neque oratoris elegantia;" cui nunc subjungeretur: „si tamen non potes quin ostentes aliquid, „causa potius fac ut laudetur." Quasi ne hoc quidem efficere debeat severior paulo orator. Sed vel eo solo damnanda erat vulgata, quod in praecedentibus quidem ostentatio in solis verborum lenociniis ponitur; formula vero *aut si* causae ostentatio, tanquam illis comprehensa, nunc separatur. Adoptanda igitur erat vetusta scriptura *at*, qua vocula utrumque orationis membrum ad modestiam oratori commendandam aequaliter spectare demonstratur: vid. not. exeg. *laudatur potius* Goth. Jens. (tac. Gesn.)

6. *ostendenda.* vid. not. crit.

si unum sit ex duobus eligendum. Unum i. unum modo. „Si causa tota ex iis tantum, „quos supra (§. 5.) tetigimus, „locis pendeat, quae veneres „dicendi parum admittant, „aut, si illis indulgeas, ne„gligenda sit causa: tunc huic „potius quam sibi laudem pa„rabit orator verae laudis stu„diosus."

Finem. „Eventum." SPALD. Cf. ad 2, 15, 6, 8, 3, 11.

Digitized by Google

men hunc praeſtabit orator, ut videatur optimam cauſam optime egiſſe. Illud certum erit, neminem pejus agere, quam qui displicente cauſa placet: neceſſe eſt enim, ex-
7 tra cauſam ſit, quod placet. Nec illo faſtidio laborabit orator non agendi cauſas minores, tanquam infra eum ſint, aut detractura ſit opinioni minus liberalis materia. Nam et ſuſcipiendi ratio juſtiſſima eſt officium, et optandum etiam, ut amici quam minimas lites habeant: et abunde dixit be-
8 ne, quisquis rei ſatisfecit. At quidam etiam ſi forte ſuſceperunt negotia paulo ad dicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus

agere om. Turic. c. Alm. *diſpicent cauſa* p. Turic. *displicentiam pl.* Camp. (natum ex compendio $\overline{ca}$). *ex cauſam ſi quod* Turic. *ſi* Flor. etiam.

7. *nec ullo* Turic. Jenſ. et edd. poſt. ante Bad. Recepta ſcriptura digitum intendit in certos oratores; altera fortior videtur, neque parcit iisdem. Anceps deliberatio: in qua ſatius duxi auctoritatem ſequi plurimorum, *illud* tamen etiam reputans, quod, ſi *ullo* legatur, neceſſarium ſit jungere „faſtidio *non* agendi", quod inſolitum videbatur; nunc *non agendi* tanquam per appoſitionem adjectum eſt ad haec *illo faſtidio*. *laboravit* Turic. Flor. *orator* om. iid. cum Alm. *quam* pro *tanquam* Goth. (err. Geſn.) *quamtam* Jenſ. *ſunt* Turic. Flor. *ſuſpiciendi* Turic. *bene qui rei* Guelf. c. Vall. Goth. Voſſ. 2. Stoer. et edd. poſt. ante Gibſ. *ſatisfacit* Turic. Camp.

8. *etiam qui forte* Obr. ſine cauſa. *ſuſceperint* Goth. et edd. ante Stoer. *paulum* Guelf. Vall. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſt. ante Ald. acc. Bad. Gryph. *adductis a*

7. *illo faſtidio — non agendi.* vid. not. crit.

Digitized by Google

circumliniunt, ac, si defecerint alia, convi-
ciis implent vacua causarum; si contingit,
veris; si minus, fictis: modo sit materia in-
genii, mereaturque clamorem dum dicitur.
Quod ego adeo longe puto ab oratore perfe-
cto, ut eum ne vera quidem objecturum,
nisi id causa exigit, credam. Ea est enim 9
prorsus *canina*, ut ait Appius, *eloquentia*,

rebus Turic. Flor. *circumlinunt* Bern. Sed alteram formam praetulit etiam 1, 11, 6. *difficerunt* Turic. Flor. (sed hic uno *F*). *defecerunt* Guelf. c. Bern. *causarum conic veris* (cum lineola supra *I* mediae vocis) Turic. *c. conicit v.* Flor. *c. si comat v.* Alm. *c. f. contingat v.* Camp. *sin minus* Goth. (tac. Gesn.). *ingenua* Guelf. Jens. et edd. post. ante Ald. *mereaturque quodam ore modum dicitur* Flor. *objectorum* id. *exigitur* Turic. Flor. *credam eam. est* Flor. Camp.

8. *mereatur.* vid. 4, 2, 89. 77. Eundem sensum in forma activa v. infra 12, 11, 3.

9. *canina, ut ait Appius, eloquentia.* Fons, nobis certe, hujus dicti est fragmentum Sallustii ap. Nonium voce *Rabula* (lib. 1. p. 60. Rd. Merc.) „Inde et Sallustius, *Canina, „ut ait Appius, facundia exer-„cebatur:*" unde in complurium auctorum scripta manavit, quorum loca quaere apud intpp. ad Sallustii fragm. Havere. II. p. 119. et 129. Lactantius autem (6, 18.) in Ciceronem illud contorsit: quod idao moneo, ne quis ab ipso Sallustio, aut etiam Appio quodam, in Ciceronem directum credat, deceptus ea fragmenti Sallustiani conceptione, quam videre est apud Havere. p. 129. Quis fuerit autem ille Appius, frustra locis indicatis quaeras. Sed facile est conjectu, fuisse antiquum illum App. Claudium Caecum, cujus carmen morale vel sententiae lectae sunt olim, allegenturque Ciceroni Tusc. 4, 2. Pseudo-Sallustio init. primae Or. de Rep. Ord. Festo in *Stuprum*. Prisciano VIII. p. 792. Quae loca non sine voluptate a venerandae illius antiquitatis studiosis conferentur; quanquam materia fortasse superest quaestionibus de antiquitate sermonis et de metro fragmentorum illorum.

Digitized by Google

cognituram male dicendi subire: quod fa-

9. *cognituram.* Sic omnes omnino mss. (nisi quod Flor. *conituram*, Voss. 3. *cognitura*) et edd. antiquiores usque Ald. qui primus, ex mera haud dubie conjectura, invexit *confe-ram*, quod omnes deinde retinuerant praeter unum Obr. qui, quod rationem non exposuit, imitatorem habuit neminem. Suspecta tamen recepta fuit Rollino etiam. male dicendi Tu-

cognituram male dicendi subire. Cognituras vocabulum hucusque lectum est in unico tantum loco Suetonii Vitell. 2. ubi de aliquo *fectionibus et cognituris uberius compendium nacto* narratur, certumque est significari eo munus vel officium *cognitoris;* quod satis probabiliter referatur ibi ad cognitorem publicum, qui res gereret aerarii sive fisci ejusque causa cum maximo suo compendio delatorem ageret. Generaliori autem notione cognitor est, quicunque *alienam litem suam facit* et loco veri litigatoris in foro agit, quem sensum supra tetigit Spaldingius ad 5, 6, 70. et uberius explicatum vide in Lexicis: ubi illud etiam invenies, odiosum factum fuisse cognitoris nomen, cum saepissime sive adulandi sive alicujus commodi causa malae etiam et injustae lites eo modo suscipe-rentur: quo pertinet illud *si cognitor* ap. Horat. 2. Sat. 5, 58. (vid. Bentl.) et illi „mu-„liercularum taeterrimarum „cognitores" apud Cic. Verr. 5, 54. §. 78. Hinc cum invidia adhibebatur vocabulum; ut ap. Liv. 39, 5. „Ne suas „quidem simultates pro ma-„gistratu exercere boni exem-„pli esse: *alienarum* vero *si-„multatium tribunum plebis „cognitorem fieri* turpe — es-„se." Integrum hunc locum posui ob aliquam cum nostro similitudinem. Nam patronus etiam, qui pro causa tantum clientis verba facere debet, quando ipsius affectus simultatesque suas quasi facit, et, quod litigatori condemnes, convicia etiam in adversarios jacit, non sine vi et invidia ita traducitur, ut qui *cognituram male dicendi subeat*, hoc est, cognitor ejus fiat in maledicendo. *Cognituram* enim *subire* eodem modo dictum ut *negotium subire, defensionem subire* et similia. Sed haec omnia per viros doctos ignota manerent, quorum fuccordia constans omnium librorum scriptura, a jejuno Aldi commento loco turbata, in varietate lectionis latebat.

Digitized by Google

cientibus etiam male audiendi praesumenda patientia est. Nam et in ipsos fit impetus frequenter, qui egerunt, et certe petulantiam patroni litigator luit. Sed haec minora sunt ipso illo vitio animi: quod maledicus a malefico non distat, nisi occasione. Turpis voluptas et inhumana et nulli audientium bono grata a litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui ultionem malunt, quam defensionem. Sed neque alia multa ad arbitrium eorum facienda sunt: hoc quidem quis hominum liberi modo sanguinis susti-

ric. *malis dicendi* Camp. *et male aud.* Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Bad. *petulantiam patroni.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Inverso ordine reliqui. *illo ipso* Goth. (tac. Gesn.) Camp. *quod.* Sic Turic. Flor. Camp. *quo* reliqui: quod scabram facit orationem et in se ipsum quodammodo redeuntem sensum. Sed hoc facilius sentitur quam verbis exponitur. Quare satis habeo nostram scripturam et codicum auctoritate firmare, et usu Quintiliani. Nam infra etiam cap. 10, 17. *quod* ponitur ita, ut rationem reddat sententiae propositae, materiaque possit cum particulis *nam, quippe;* neque dubium, quin multa e superioribus etiam exempla afferre possem, si minus hospes ad hunc scriptorem accessissem. *maledictus a malefitio* (Flor. *malevitio*) *non dictat* Turic. Flor. *maledictus* est etiam in Guelf. Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Ald. Sed haec sunt aberrationes: ne quis forte tentet *maledictum a maleficio;* quod verum sensum non haberet.

10. *bona gratia* Turic. Flor. *bona grata* Guelf. o. Voss. 3. *si neque* Turic. *eo facienda* Turic. Flor. c. Alm. *eorum arbitrium* Goth. (tac. Gesn.) *liberinus sanguinis* Guelf.

praesumenda. „sumpta patientia praeparare se debet ad „male audiendum.“

quod maledicus. vid. not. crit.

10. *Sed neque alia.—; haec*

Digitized by Google

neat, petulans esse ad alterius arbitrium? 22 Atqui etiam in advocatos partis adversae libenter nonnulli invehuntur: quod, nisi si forte meruerunt, et inhumanum est respectu communium officiorum, et cum ipsi, qui dicit, inutile (nam idem juris responsuris datur), tum causae contrarium, quia

22. *nisi forte* Guelf. Goth. Camp. et edd. ante *Gibl.* exc. Ald. Gryph. Vid. not. exeg. *meruerint* Camp. et edd. ante Gryph. *respectum* Flor. *criminum offic.* Guelf. *et tum ipsi* Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Bad. *utile* Goth. (tac. Gesn.) *qui plane* Guelf. c. Voss. 2. Bern. Tum

quidem —. Pronunciatione juvanda est relatio, quae est inter haec duo membra, in hunc sensum: „Sed sicut alia „etiam multa ad eorum arbi„trium non facienda sunt, ita „hoc *certe* (quidem) minime: „nam quis — sustineat?"

petulans esse. Non est quod rariorem hanc in soluta oratione constructionem pronunciet Burmannus, quam supra quoque 3, 6, 64. habuimus, quaeque in verbo *sustinere*, quoties eodem fere quo *audere* sensu usurpatur, plane necessaria est.

22. *nisi si forte.* Cf. Spald. in not. crit. ad 3, 10, 2. Non ubique tamen duplicata haec forma locum habet: certe facile sentitur differentia inter id quod hic est *nisi si forte* et ironicum illud *nisi forte* 2, 20, 6. 23. 2, 3, 6. 3, 5, 3. Sed 4, 2, 70. etiam, ubi *nisi si* est in ironia, *si delendum* erat. Nam cum *libri* omnes careant ibi voce *nisi*, male integra hac particula sartus fuit defectus; eum sola syllaba *ni* vere videatur absorpta a praecedente *im.* Contra 4, 3, 5. legitimum est *nisi si*, neque ulla ibi varietas. Aliam usum, quo particulae *nisi forte* ad vitandam ironiae speciem separantur, apud Ciceronem notavit Goerenzius ad Fin. 2, 17, 56.

quia plane — inimici. Insolitus vocis *plane* positus. Nam cum expectares ita dictum „quia adversarii *fiunt* „plane inimici," nunc *plane* ad totam orationem spectat, pro eo quod plenius ita efferri possis „quia id plane efficitur, „ut adversarii fiant et inimici." Recte autem distinctio ab Obrechto primum invecta est, ne jungas: „(illi) fiunt

Digitized by Google

plane adversarii, fiunt et inimici, et quantulumcunque eis virium est, contumelia augetur. Super omnia perit illa, quae plurimum oratori et auctoritatis et fidei affert, modestia, si a viro bono in rabulam latratoremque convertitur, compositus non ad animum judicis, sed ad stomachum litigatoris. Frequenter etiam species libertatis deducere ad temeritatem solet, non causis modo, sed ipsis quoque, qui dixerunt, periculosam. Nec immerito Pericles solebat optare, ne quod sibi verbum in mentem veniret, quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus sentio, qui tan-

et ante *adversarii* inserunt Gryph. 1544. et edd. post. ante Obr. male. Mox *et* ante *quantul.* om. Guelf. *eis.* Sic Turic. Flor. Camp. *iis* Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Basil. qui *his,* cum reliquis. *vitium* sphalma Tarv. quod repetierunt posteriores ante Bad. cum ipso Ald. *jurium* Camp.

12. *oratori auctorit.* Guelf. *infrabula* Turic. *infrabulam* Flor. *in tabulam* Jens. Tarv. quod sphalma cum verbose, ut solet, et memorat et corrigit homo fatuus sane et glorioſus Merula, mendax iterum audit Burmanno. *latronem qui* Turic. *latronemque* Flor.

13. *liberatis* Flor. *ipsis quoque dixerint opericulosam* Turic. Flor. *periculosum* Camp. *in mente* id. *ego omnibus* Turic. Flor. *e. et o.* Camp. Tum *qui* om. Flor.

„plane adversarii et inimici.“

13. *Pericles.* Plut. in vita p. 284. Αἰ πρὸς τὸ βῆμα βαδίζων ηὔχετο τοῖς θεοῖς μηδὲ ῥῆμα μηδὲν ἐκπεσεῖν ἄκοντος αὐτοῦ πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν ἀνάρμοστον. Quanquam in his nihil proprie de *offensione;* ut videatur aut Plutar-

Digitized by Google

tundem poſſunt nocere. Nam quae fortia, dum dicuntur, videbantur, ſtulta, cum lae-
14 ſerunt, vocantur. Nunc quia varium fere propoſitum agentium fuit, et quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine laboravit: quem credam fore in hoc oratoris modum, tradere non alie-
15 num videtur. Afferet ad dicendum curae ſemper quantum plurimum poterit. Neque enim hoc ſolum negligentis, ſed mali, et in ſuſcepta cauſa perfidi ac proditoris eſt, pejus agere, quam poſſit. Ideoque ne ſuſcipiendae quidem ſunt cauſae plures, quam
16 quibus ſuffecturum ſe ſciat. Dicet ſcripta

14. *nunc qui varium* Jenſ. *hunc qui v.* Turv. *vere* Flor. *facilitatis* Guelf. *modo tradere* Goth.

15. *afferret* Guelf. *affert* Jenſ. et edd. ante Ald. *dicendum jure ſ.* Flor. *hoc ſolum.* Sic Turic. Flor. Camp. c. Alm. *hoc* om. reliqui. *ſed mali.* Sic Turic. Guelf. Goth. Camp. c. Alm. Ald. *et mali* Jenſ. c. edd. poſt. ante Ald. acc. Bad. *ſed et mali* reliqui. *cauſa* om. Turic. Flor. c. Alm. *ſe ſuffecturum* Camp.

ehus latius aut noſter anguſtius exruliſſe Periclis ſententiam.

14. *varium — fuit, et — laboravit.* Memorabile hujus perfecti *δοξίσοφον* apud proſae ſcriptorem (nam de poetis vid. Bentl. ad Hor. 3. Od. 25, 19.) exemplum, cui C. Schneider adjungendum mihi miniſtravit illud ap. Senecam de Ira 2, 3. „Itaque et fortiſſimus „plerumque vir, dum armatur, expalluit, et ſigno pugnae dato ferociſſimo militi „paululum genua tremuerunt.“ Quanquam ibi longe plus cauſae eſt in mediae res lectores rapiendi.

propoſitum, vid. 9, 4, 19. 11, 1, 52. 42.

16. *Dicet ſcripta.* „Scripto „praeparabit, quae dicturus „eſt.“

Digitized by Google

quam res patietur plurima, et, ut Demosthenes ait, si continget, et sculpta. Sed hoc aut primae actiones, aut quae in publicis ju-

16. *quam res.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. omnes ante Burm. qui primus in contextu posuit *quum*, ne verbulo quidem de mutatione monens, nisi quod Obrechtum *quam* dare annotavit, quasi vero non ceteri omnes. Hinc, et ex consensu meorum, tantum non certum est reliquos etiam mss. *quam* exhibere: quod restitui: nam Gesn. et Bip. Burmannum secuti sunt; Capper. non item. *patiatur* Goth. Jens. et edd. post. ante Ald. *et* ante *sculpta* om. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) c. Voss. 1. 2. 3. *etiam sculpta* Camp. *contingeret, sculpta* dedit Obr. quod aptius sane videtur in re quae fieri non facile potest. Nos tamen in verbis ex alio scriptore sumptis, necdum inventis, a codicum scriptura recedere nefas duximus. *sculptas et ut hoc ut prima actionis* Turic. Flor. *sed haec* Camp. Mox *quae* om. Turic. Flor. Camp. c. Alm. *publicis judiciis.*

quam res patietur plurima. Alibi etiam obvia est trajectio particulae *quam* in verbo *posse* (*quam possum plurima*), cujus vicem plane gerit formula *res patitur.*

ut Demosthenes ait. „Nondum inveni, ubi. Sed multa „Plutarchus in vita p. 1557 „sq. quam fugerit ex tempore „dicere, quamque ea in re Pe„riclem imitatus sit.“ Gesner. Dixerit hoc Demosthenes respondens adversario, qui illud et objecisset: sicut factum videmus in Midiana, ubi se ἐσκέφθαι καὶ μεριμνῆσαι τὰ δίκαια λέγειν concedit, et alio acute dicto telum illud adversarii retorquet. Itaque in sensu verborum *sculpta dicere*, qui merus est jocus, non multum laborandum; quanquam major utique cura in expoliendis, quae dicturus est orator, exprimitur hoc nimii sensus verbo; cui aptandum fortasse *contingeret* (vid. not. crit.). Gedoynum autem qui vertit „et même qu'il n'ait „*perfectionné*, s'il y a moyen“ in errorem inductum credo a Philandri nota, observantis Quintilianum hic, contra Diomedis regulam, dixisse *sculpta* pro *scalpta*. Quippe Diomedes (v. Gesn. Thes.) *scalpere* omni sensu semper dicendum contendit. Gedoynus autem videtur nescio quid de scalpro eradendis litteris intellexisse.

in publicis judiciis. Dum

diciis poſt interjectos dies dantur, permiſerint: at cum protinus reſpondendum eſt, omnia parari non poſſunt; adeo ut paulo minus promtis etiam noceat ſcripſiſſe, ſi alia ex diverſo, quam opinati fuerint, occurre-
87 rint. Inviti enim recedunt a praeparatis, et tota actione reſpiciunt, requiruntque, num 1084

Sic Camp. Guelf. Goth. Jenſ. (nec. Geſn.) et edd. ante *Leid.* qui primus, neſcio an caſu, *jud. publ.* eumque ſecuti ſunt poſteriores omnes. Sed Turic. Flor. *ſupplices judicis*, c. Alm. niſi quod ex hoc *judiciis*. Tum *poſt* om. Guelf. *aut tum* Guelf. *aut cum* Voſſ. 1. 3. Mox marg. Baſil. habet *ideo et narret* pro *noceat*. An fuit *ideo paulo m. p. e. nocet?* Sed vulgata praeſtat. *ſi* om. Turic. Flor. *fuerint, occurrerint*. Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. c. Voſſ. 1. 2. 3. (niſi quod 1. habet *occurrint*) Jenſ. et edd. poſt. ante Bad. *fuerint, occurrerunt* Camp. *fuerunt, occurrerint* Bad. Baſil. Gryph. Roll. Capper. et alii ap. Burm. *fuerant, occurrerint* Stoer. Chouet. Gibſ. Obr. Burm. Geſn. Bip. *fuerant, occurrent* ſolus Leid. Vides e ſcriptis iis, qui diligentius memorari ſolent, ſolum Alm. hic ſiſteri; quo tamen neutiquam adduor, ut hunc dare Burmanni ſcripturam credam. Plusquamperfecto certe poſt illa *poſſunt, noceat*, locus nullus eſſe poteſt. Repoſui itaque conſtantem codicum ſcripturam eandemque grammaticae rationi quam maxime conſentaneam, parum curans delicias eorum, qui repetitam terminationem *rint* videntur non tuliſſe.

17. *nota actionis* Guelf. Goth. c. Voſſ. 1. 2. 3. Ioan.

ea, quae ad accuratius haec intelligenda faciant, ab aliis in medium proferantur, haec interim ſufficiant. In privatis judiciis femel prima actione ad docendos judices juſta oratione agebatur: cetera altercatione fere abſolvebantur. In publicis judiciis major ſollemnitas. Quare ſi prima actione multa ab adverſario prolata eſſent, quae diligentiorem refutationem requirerent; ob rei gravitatem judiciique dignitatem, nova poſt aliquot dies actio dabatur, in qua ab utraque parte praeparatis iterum orationibus agi poterat.

Digitized by Google

aliquid ex illis intervelli, atque ex tempore dicendis inseri possit: quod si fiat, non cohaeret, nec commissuris modo, ut in opere male juncto, hiantibus, sed ipsa coloris inaequalitate detegitur. Ita nec liber est im- 18
petus, nec cura contexta; et utrumque alteri obstat: illa enim, quae scripta sunt, retinent animum, non sequuntur. Itaque in his actionibus *omni*, ut agricolae dicunt, *pede*

Jens. et edd. ante Ald. *aliquod* Turic. *inter belli atque* Turic. *intervalli a.* Guelf. c. Voss. 1. 3. *intervallis a.* Goth. Camp. Jens. et edd. ante Burm. qui e Voss. 2. nostrum recepit, quod est etiam in Flor. et agnoscitur in Turic. corruptela. Vulgatum olim *intervallis* Obrechtus commate non post sed ante hoc vocabulum posito sensui commodum reddere tentabat: frustra. *dicendi* Turic. Flor. *dicentis* Guelf. *inseret* Voss. 1. 2. *possunt* Turic. Flor. *quod* om. Guelf. c. Voss. 1. *vincto* Camp.

18. *liber imp.* omisso *est* Camp. *optat* Guelf. *iis actionibus* Turic. Goth. (tac. Gesn.) *agricolae debent* Goth. (tac. Gesn.)

17. *intervelli. Intervellendi* vocabulum in Lexicis satis explicatum actum designat tollendi ex integro aliquo ea quae nimia videntur; et ita fere usurpatum est supra 10, 7, 5. Alias igitur avulsae illae partes abjiciuntur: hic vero *intervelli* per contemptum aliquem dicitur de iis quae ad usum raptim excerpuntur.

18. *illa enim — — non sequuntur.* Quae praeparata sunt, *retinent* animum, dum in id ipsum intenti sumus, ut memoriter ea proferamus; quae ex tempore dicuntur, libere vagantem animum quasi *sequuntur.* Contrarii motus: qui se invicem tollunt. Manifestum hunc Quintiliani sensum tam parum assecutus est Obrechtus, ut nefando auso plane interverteret eum scribendo ex conjectura: „Illa „enim, quae scripta sunt, re„tinent animum; quae ex tem„pore dicenda sunt, non se„quuntur."

omni — pede standum est. Graecum ἅλῳ ποδὶ idem pro-

Digitized by Google

men hunc praeſtabit orator, ut videatur optimam cauſam optime egiſſe. Illud certum erit, neminem pejus agere, quam qui displicente cauſa placet: neceſſe eſt enim, ex-
7 tra cauſam ſit, quod placet. Nec illo faſtidio laborabit orator non agendi cauſas minores, tanquam infra eum ſint, aut detractura ſit opinioni minus liberalis materia. Nam et ſuſcipiendi ratio juſtiſſima eſt officium, et optandum etiam, ut amici quam minimas lites habeant: et abunde dixit be-
8 ne, quisquis rei ſatisfecit. At quidam etiam ſi forte ſuſceperunt negotia paulo ad dicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus

agere om. Turic. c. Alm. *dispicent cauſa* p. Turic. *displicentiam pl.* Camp. (natum ex compendio ca). *ex cauſam ſi quod* Turic. *ſi* Flor. etiam.

7. *nec ullo* Turic. Jenſ. et edd. poſt. ante Bad. Recepta ſcriptura digitum intendit in certos oratores; altera fortior videtur, neque parcit iisdem. Anceps deliberatio: in qua ſatius duxi auctoritatem ſequi plurimorum, *illud* tamen etiam reputans, quod, ſi *ullo* legatur, neceſſarium ſit jungere „faſtidio *non* agendi", quod inſolitum videbatur; nunc *non agendi* tanquam per appoſitionem adjectum eſt ad haec *illo faſtidio*. *laboravit* Turic. Flor. *orator* om. iid. cum Alm. *quam* pro *tanquam* Goth. (err. Geſn.) *quamtam* Jenſ. *ſunt* Turic. Flor. *ſuſpiciendi* Turic. *bene qui rei* Guelf. c. Vall. Goth. Voſſ. 2. Stoer. et edd. poſt. ante Gibſ. *ſatisfacit* Turic. Camp.

8. *etiam qui forte* Obr. ſine cauſa. *ſuſceperint* Goth. et edd. ante Stoer. *paulum* Guelf. Vall. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſt. ante Ald. acc. Bad. Gryph. *adductis a*

7. *illo faſtidio — non agendi.* vid. not. crit.

Digitized by Google

circumliniunt, ac, si defecerint alia, convi-
ciis implent vacua causarum; si contingit,
veris; si minus, fictis: modo sit materia in-
genii, mereaturque clamorem dum dicitur.
Quod ego adeo longe puto ab oratore perfe-
cto, ut eum ne vera quidem objecturum,
nisi id causa exigit, credam. Ea est enim 9
prorsus *canina*, ut ait Appius, *eloquentia*,

rebus Turic. Flor. *circumlinunt* Bern. Sed alteram formam praetulit etiam 1, 11, 6. *difficerunt* Turic. Flor. (sed hic uno F). *defecerunt* Guelf. c. Bern. *causarum conic veris* (cum lineola supra *I* mediae vocis) Turic. *c. conicit v.* Flor. *c. si comat v.* Alm. *c. s. contingat v.* Camp. *sin minus* Goth. (tac. Gesn.). *ingenua* Guelf. Jens. et edd. post. ante Ald. *mereaturque quedam ore modum dicitur* Flor. *objectorum* id. *exigitur* Turic. Flor. *credam eam. est* Flor. Camp.

8. *mereatur.* vid. 4, 2, 59. 77. Eundem sensum in forma activa v. infra 12, 11, 5.

9. *canina, ut ait Appius, eloquentia.* Fons, nobis certe, hujus dicti est fragmentum Sallustii ap. Nonium voce *Rabula* (lib. 1. p. 60. Ed. Merc.) „Inde et Sallustius, *Canina, „ut ait Appius, facundia exer-„cebatur:*“ unde in complurium auctorum scripta manavit, quorum loca quaere apud intpp. ad Sallustii fragm. Havero. II. p. 119. et 129. Lactantius autem (6, 18.) in Ciceronem illud contorsit: quod ideo moneo, ne quis ab ipso Sallustio, aut etiam Appio quodam, in Ciceronem dire-ctum credat, deceptus ea fragmenti Sallustiani conceptione, quam videre est apud Havere. p. 129. Quis fuerit autem ille Appius, frustra locis indicatis quaeras. Sed facile est conjectu, fuisse antiquum illum App. Claudium Caecum, cujus carmen morale vel sententiae lectae sunt olim, alleganturque Ciceroni Tusc. 4, 2. Pseudo-Sallustio init. primae Or. de Rep. Ord. Festo in *Stuprum*. Prisciano VIII. p. 792. Quae loca non sine voluptate a venerandae illius antiquitatis studiosis conferentur; quanquam materia fortasse superest quaestionibus de antiquitate sermonis et de metro fragmentorum illorum.

Digitized by Google

cognituram male dicendi subire: quod fa-

9. *cognituram.* Sic omnes omnino mss. (nisi quod Flor. *connituram*, Voss. 3. *cognitura*) et edd. antiquiores ante Ald. qui primus, ex mera haud dubia conjectura, invexit *censuram*, quod omnes deinde retinuerunt praeter unum Obr. qui, quod rationem non exposuit, imitatorem habuit neminem. Suspecta tamen recepta fuit Rollino etiam. *maledicendi* Tu-

cognituram male dicendi subire. Cognituras vocabulum hucusque lectum est in unico tantum loco Suetonii Vitell. 2. ubi de aliquo *sectionibus et cognituris uberius compendium nacto* narratur, certumque est significari eo munus vel officium *cognitoris;* quod satis probabiliter refertur ibi ad cognitorem publicum, qui res gereret aerarii sive fisci ejusque causa cum maximo suo compendio delatorem ageret. Generaliori autem notione cognitor est, quicunque *alienam litem suam facit* et loco veri litigatoris in foro agit, quem sensum supra tetigit Spaldingius ad 3, 6, 70. et uberius explicatum vide in Lexicis: ubi illud etiam invenies, odiosum factum fuisse cognitoris nomen, cum saepissime sive adulandi sive alicujus commodi causa malae etiam et injustae lites eo modo suscipe-rentur: quo pertinet illud *si cognitor* ap. Horat. 2. Sat. 5, 38. (vid. Bentl.) et illi „mu-„liercularum taeterrimarum „cognitores" apud Cic. Verr. 3, 54. §. 78. Hinc cum invidia adhibebatur vocabulum; ut ap. Liv. 39, 5. „Ne suas „quidem simultates pro ma-„gistratu exercere boni exem-„pli esse: *alienarum* vero *si-„multatium tribunum plebis „cognitorem fieri* turpe — es-„se." Integrum hunc locum posui ob aliquam cum nostro similitudinem. Nam patronus etiam, qui pro causa tantum clientis verba facere debet, quando ipsius affectus simultatesque suas quasi facit, et, quod litigatori condemnes, convicia etiam in adversarios jacit, non sine vi et invidia ita traducitur, ut qui *cognituram male dicendi subeat*, hoc est, cognitor ejus fiat in maledicendo. *Cognituram* enim *subire* eodem modo dictum ut *negotium subire, defensionem subire* et similia. Sed haec omnia per viros doctos ignota manerent, quorum discordia constans omnium librorum scriptura, a jejuno Aldi commento loco turbata, in varietate lectionis latebat.

Digitized by Google

cientibus etiam male audiendi praesumenda patientia est. Nam et in ipsos fit impetus frequenter, qui egerunt, et certe petulantiam patroni litigator luit. Sed haec minora sunt ipso illo vitio animi: quod maledicus a malefico non distat, nisi occasione. Turpis voluptas et inhumana et nulli audientium bono grata a litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui ultionem malunt, quam defensionem. Sed neque alia multa ad arbitrium eorum facienda sunt: hoc quidem quis hominum liberi modo sanguinis susti- 10

ric. *malis dicendi* Camp. *et male aud.* Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Bad. *petulantiam patroni.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Inverso ordine reliqui. *illo ipso* Goth. (tac. Gesn.) Camp. *quod.* Sic Turic. Flor. Camp. *quo* reliqui: quod scabram facit orationem et in se ipsum quodammodo redeuntem sensum. Sed hoc facilius sentitur quam verbis exponitur. Quare satis habeo nostram scripturam et codicum auctoritate firmare, et usu Quintiliani. Nam infra etiam cap. 10, 17. *quod* ponitur ita, ut rationem reddat sententiae propositae, nutarique possit cum particulis *nam, quippe;* neque dubium, quin multa e superioribus etiam exempla afferre possem, si minus hospes ad hunc scriptorem accessissem. *maledictus a malefitio* (Flor. *malevitio*) *non dictat* Turic. Flor. *maledictus* est etiam in Guelf. Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Ald. Sed hae sunt aberrationes: ne quis forte tentet *maledictum a maleficio;* quod verum sensum non haberet.

10. *bona gratia* Turic. Flor. *bona grata* Guelf. o. Voss. 3. *si neque* Turic. *eo faciendo* Turic. Flor. c. Alm. *eorum arbitrium* Goth. (tac. Gesn.) *liberinus sanguinis* Guelf.

praesumenda. „sumpta pa„tientia praeparare se debet ad „male audiendum." *quod maledicus.* vid. not. crit. 10. *Sed neque alia.—: hoc*

Digitized by Google

neat, petulans esse ad alterius arbitrium?
22 Atqui etiam in advocatos partis adversae libenter nonnulli invehuntur: quod, nisi si forte meruerunt, et inhumanum est respectu communium officiorum, et cum ipsi, qui dicit, inutile (nam idem juris responsuris datur), tum causae contrarium, quia

22. *nisi forte* Guelf. Goth. Camp. et edd. ante *Gibl.* exc. Ald. Gryph. Vid. not. exeg. *meruerint* Camp. et edd. ante Gryph. *respectum* Flor. *criminum offic.* Guelf. *et tum ipsi* Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſt. ante Bad. *utile* Goth. (tac. Geſn.) *qui plane* Guelf. c. Voſſ. 2. Bern. Tum

quidem —. Pronunciatione juvanda eſt relatio, quae eſt inter haec duo membra, in hunc ſenſum: „Sed ſicut alia „etiam multa ad eorum arbi„trium non facienda ſunt, ita „hoc *certe* (quidem) minime: „nam quis — ſuſtineat?“

petulans esse. Non eſt quod rariorem hanc in ſoluta oratione conſtructionem pronunciet Burmannus, quam ſupra quoque 3, 6, 64. habuimus, quaeque in verbo *ſuſtinere*, quoties eodem fere quo *audere* ſenſu uſurpatur, plane neceſſaria eſt.

22. *nisi si forte.* Cf. Spald. in not. crit. ad 3, 10, 2. Non ubique tamen duplicata haec forma locum habet: certe facile ſentitur differentia inter id quod hic eſt *niſi ſi forte* et ironicum illud *niſi forte* 2, 20, 6. 23. 2, 3, 6. 3, 5, 3. Sed 4, 2, 70. etiam, ubi *niſi ſi* eſt in ironia, *ſi delendum* erat. Nam cum *libri* omnes careant ibi voce *niſi*, male integra hac particula ſartus tuus fuit defectus; eum ſola ſyllaba *ni* vere videatur abſorpta a praecedente *im.* Contra 4, 3, 5. legitimum eſt *niſi ſi*, neque ulla ibi varietas. Aliam uſam, quo particulae *niſi forte* ad vitandam ironiae ſpeciem ſeparantur, apud Ciceronem notavit Goerenzius ad Fin. 2, 17, 56.

quia plane — inimici. Inſolitus vocis *plane* poſitus. Nam cum expectares ita dictum „quia adverſarii *fiant* „plane inimici,“ nunc *plane* ad totam orationem ſpectat, pro eo quod plenius ita efferri poſſis „quia id plane efficitur, „ut adverſarii fiant et inimi„ci.“ Recte autem diſtinctio ab Obrechto primum invecta eſt, ne jungas: „(illi) fiant

Digitized by Google

plane adversarii, fiunt et inimici, et quantulumcunque eis virium est, contumelia augetur. Super omnia perit illa, quae plurimum oratori et auctoritatis et fidei affert, modestia, si a viro bono in rabulam latratoremque convertitur, compositus non ad animum judicis, sed ad stomachum litigatoris. Frequenter etiam species libertatis deducere ad temeritatem solet, non causis modo, sed ipsis quoque, qui dixerunt, periculosam. Nec immerito Pericles solebat optare, ne quod sibi verbum in mentem veniret, quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus sentio, qui tan-

et ante *adversarii* inserunt Gryph. 1544. et edd. post. ante Obr. male. Mox *et* ante *quantul.* om. Guelf. *eis.* Sic Turic. Flor. Camp. *iis* Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Basil. qui *his*, cum reliquis. *vitium* sphalma Tarv. quod repetierunt posteriores ante Bad. cum ipso Ald. *jurium* Camp.

12. *oratori auctorit.* Guelf. *infrabula* Turic. *infrabulam* Flor. *in tabulam* Jens. Tarv. quod sphalma cum verbose, ut solet, et memorat et corrigit homo fatuus sane et glorioſus Merula, mendax iterum audit Burmanno. *latronem qui* Turic. *latronemque* Flor.

13. *liberatis* Flor. *ipsis quoque dixerint opericulosam* Turic. Flor. *periculosum* Camp. *in mente* id. *ego omnibus* Turic. Flor. *e. et o.* Camp. Tum *qui* om. Flor.

„plane adversarii et inimi„ci.“

13. *Pericles.* Plut. in vita p. 284. Ἀεὶ πρὸς τὸ βῆμα βαδίζων εὔχετο τοῖς θεοῖς μηδὲν ἐκπεσεῖν ἄκοντος αὐτοῦ πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν ἀνάρμοστον. Quanquam in his nihil proprie de *offensione*; ut videatur aut Plutar-

Digitized by Google

tundem poſſunt nocere. Nam quae fortia, dum dicuntur, videbantur, ſtulta, cum laeſerunt, vocantur. Nunc quia varium fere propoſitum agentium fuit, et quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine laboravit: quem credam fore in hoc oratoris modum, tradere non alienum videtur. Afferet ad dicendum curae ſemper quantum plurimum poterit. Neque enim hoc ſolum negligentis, ſed mali, et in ſuſcepta cauſa perfidi ac proditoris eſt, pejus agere, quam poſſit. Ideoque ne ſuſcipiendae quidem ſunt cauſae plures, quam quibus ſuffecturum ſe ſciat. Dicet ſcripta

14. *nunc qui varium* Jenſ. *hunc qui v.* Tarv. *vere* Flor. *facilitatis* Guelf. *modo tradere* Goth.

15. *afferret* Guelf. *affert* Jenſ. et edd. ante Ald. *dicendum jure ſ.* Flor. *hoc ſolum.* Sic Turic. Flor. Camp. c. Alm. *hoc* om. reliqui. *ſed mali.* Sic Turic. Guelf. Goth. Camp. c. Alm. Ald. *et mali* Jenſ. c. edd. poſt. ante Ald. acc. Bad. *ſed et mali* reliqui. *cauſa* om. Turic. Flor. c. Alm. *ſe ſuffecturum* Camp.

ehus latius aut noſter anguſtius exuliſſe Periclis ſententiam.

14. *varium — fuit, et — laboravit.* Memorabile hujus perfecti *δοχίτου* apud proſae ſcriptorem (nam de poetis vid. Bentl. ad Hor. 3. Od. 25, 19.) exemplum, cui C. Schneider adjungendum mihi miniſtravit illud ap. Senecam de Ira 2, 5. „Itaque et fortiſſimus „plerumque vir, dum armatur, expalluit, et ſigno pugnae dato ferociſſimo militi „paululum genua tremuerunt.“ Quanquam ibi longe plus cauſae eſt in mediae res lectores rapiendi.

propoſitum, vid. 9, 4. 19. 11, 1, 52. 42.

16. *Dicet ſcripta.* „Scripto „praeparabit, quae dicturus „eſt.“

Digitized by Google

quam res patietur plurima, et, ut Demosthenes ait, si continget, et sculpta. Sed hoc aut primae actiones, aut quae in publicis ju-

16. *quam res.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. omnes ante Burm. qui primus in contextu posuit *quum*, ne verbulo quidem de mutatione monens, nisi quod Obrechtum *quam* dare annotavit, quasi vero non ceteri omnes. Hinc, et ex consensu meorum, tantum non certum est reliquos etiam mss. *quam* exhibere: quod restitui: nam Gesn. et Bip. Burmannum secuti sunt; Capper. non item. *patiatur* Goth. Jens. et edd. post. ante Ald. *et* ante *sculpta* om. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) c. Voss. 1. 2. 3. *etiam sculpta* Camp. *contingeret, sculpta* dedit Obr. quod aptius sane videtur in re quae fieri non facile potest. Nos tamen in verbis ex alio scriptore sumptis, necdum inventis, a codicum scriptura recedere nefas duximus. *sculptas et ut hoc ut prima actionis* Turic. Flor. *sed haec* Camp. Mox *quae* om. Turic. Flor. Camp. c. Alm. *publicis judiciis.*

quam res patietur plurima. Alibi etiam obvia est trajectio particulae *quam* in verbo *posse* (*quam possum plurima*), cujus vicem plane gerit formula *res patitur.*

ut Demosthenes ait. „Nondum inveni, ubi. Sed multa „Plutarchus in vita p. 1557 „sq. quam fugerit ex tempore „dicere, quamque ea in re Pe„riclem imitatus sit." Gesner. Dixerit hoc Demosthenes respondens adversario, qui illud et objecisset: sicut factum videmus in Midiana, ubi se ἐσκέφθαι καὶ μεριμνῆσαι τὰ δίκαια λέγειν concedit, et alio acute dicto telum illud adversarii retorquet. Itaque in sensu verborum *sculpta dicere*, qui merus est jocus, non multum laborandum; quanquam major utique cura in expoliendis, quae dicturus est orator, exprimitur hoc nimii sensus verbo; cui aptandum fortasse *contingeret* (vid. not. crit.). Gedoynum autem qui vertit „et même qu'il n'ait „*perfectionné*, s'il y a moyen" in errorem inductum credo a Philandri nota, observantis Quintilianum hic, contra Diomedis regulam, dixisse *sculpta* pro *scalpta*. Quippe Diomedes (v. Gesn. Thes.) *scalpere* omni sensu semper dicendum contendit. Gedoynus autem videtur nescio quid de scalpro eradendis litteris intellexisse.

in publicis judiciis. Dum

diciis post interjectos dies dantur, permiserint: at cum protinus respondendum est, omnia parari non possunt; adeo ut paulo minus promtis etiam noceat scripsisse, si alia ex diverso, quam opinati fuerint, occurre-
17 rint. Inviti enim recedunt a praeparatis, et tota actione respiciunt, requiruntque, num 1084

Sic Camp. Guelf. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante *Leid.* qui primus, nescio an casu, *jud. publ.* eumque secuti sunt posteriores omnes. Sed Turic. Flor. *supplices judicis*, c. Alm. nisi quod ex hoc *judiciis*. Tum *post* om. Guelf. *aut tum* Guelf. *aut cum* Voss. 1. 3. Mox marg. Basil. habet *ideo* et *narret* pro *noceat*. An fuit *ideo paulo m. p. e. nocet?* Sed vulgata praestat. *si* om. Turic. Flor. *fuerint, occurrerint*. Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. c. Voss. 1. 2. 3. (nisi quod 1. habet *occurrint*) Jens. et edd. post. ante Bad. *fuerint, occurrerunt* Camp. *fuerunt, occurrerint* Bad. Basil. Gryph. Roll. Capper. et alii ap. Burm. *fuerant, occurrerint* Stoer. Chouet. Gibs. Obr. Burm. Gesn. Bip. *fuerant, occurrent* solus Leid. Vides e scriptis iis, qui diligentius memorari solent, solum Alm. hic sileri; quo tamen neutiquam adducor, ut hunc dare Burmanni scripturam credam. Plusquamperfecto certe post illa *possunt, noceat*, locus nullus esse potest. Reposui itaque constantem codicum scripturam eandemque grammaticae rationi quam maxime consentaneam, parum curans delicias eorum, qui repetitam terminationem *rint* videntur non tulisse.

17. *nota actione* Guelf. Goth. c. Voss. 1. 2. 3. Ioan.

ea, quae ad accuratius haec intelligenda faciant, ab aliis in medium proferantur, haec interim sufficiant. In privatis judiciis semel prima actione ad docendos judices justa oratione agebatur: cetera altercatione fere absolvebantur, In publicis judiciis major sollemnitas. Quare si prima actione multa ab adversario prolata essent, quae diligentiorem refutationem requirerent; ob rei gravitatem judiciique dignitatem, nova post aliquot dies actio dabatur, in qua ab utraque parte praeparatis iterum orationibus agi poterat.

Digitized by Google

aliquid ex illis intervelli, atque ex tempore dicendis inferi possit: quod si fiat, non cohaeret, nec commissuris modo, ut in opere male juncto, hiantibus, sed ipsa coloris inaequalitate detegitur. Ita nec liber est impetus, nec cura contexta; et utrumque alteri obstat: illa enim, quae scripta sunt, retinent animum, non sequuntur. Itaque in his actionibus *omni*, ut agricolae dicunt, *pede*

Jens. et edd. ante Ald. *aliquod* Turic. *inter belli atque* Turic. *intervalli a.* Guelf. c. Voss. 1. 5. *intervallis a.* Goth. Camp. Jens. et edd. ante Burm. qui e Voss. 2. nostrum recepit, quod est etiam in Flor. et agnoscitur in Turic. corruptela. Vulgatum olim *intervallis* Obrechtus commate non post sed ante hoc vocabulum posito sensui commodum reddere tentabat: frustra. *dicendi* Turic. Flor. *dicentis* Guelf. *inferet* Voss. 1. 2. *possunt* Turic. Flor. *quod* om. Guelf. c. Voss. 1. *vincto* Camp.

18. *liber imp.* omisso *est* Camp. *optat* Guelf. *iis actionibus* Turic. Goth. (tac. Gesn.) *agricolae debent* Goth. (tac. Gesn.)

17. *intervelli. Intervellendi* vocabulum in Lexicis satis explicatum actum designat tollendi ex integro aliquo ea quae nimia videntur; et ita fere usurpatum est supra 10, 7, 5. Alias igitur avulsae illae partes abjiciuntur: hic vero *intervelli* per contemptum aliquem dicitur de iis quae ad usum raptim excerpuntur.

18. *illa enim — — non sequuntur.* Quae praeparata sunt, *retinent* animum, dum in id ipsum intenti sumus, ut memoriter ea proferamus; quae ex tempore dicuntur, libere vagantem animum quasi *sequuntur.* Contrarii motus: qui se invicem tollunt. Manifestum hunc Quintiliani sensum tam parum assecutus est Obrechtus, ut nefando ausu plane interverteret eum scribendo ex conjectura: „Illa „enim, quae scripta sunt, re„tinent animum; quae ex tem„pore dicenda sunt, non se„quuntur."

omni — pede standum est. Graecum ἀλὶ ποδὶ idem pro-

Digitized by Google

19 *standum est.* Nam cum in propositione ac refutatione causa consistat, quae nostrae partis sunt, scripta esse possunt: quae etiam responsurum adversarium certum est, (est enim aliquando certum) pari cura refelluntur. Ad alia unum paratum afferre possumus, ut causam bene noverimus; alterum ibi sumere, ut dicentem adversarium diligenter audiamus.
20 Licet tamen praecogitare plura, et animum ad omnes casus componere: idque est tu-

19. *praepositione* Camp. *et refut.* Goth. (tac. Gesn.) *quae n̄re parte sunt* Flor. *q. non re parte s.* Turic. *q. non reperta s.* Camp. *et se possunt qua etiam* Turic. Mox alterum *est* om. Turic. *est enim* om. Flor. *refellantur* Camp. *unum parum* (non *partum*, err. Gesn.) Jens. c. edd. post. ante Ald. Mox *et* pro *ut* Guelf. *ubi sumere* Goth. (tac. Gesn.) *summovere dicentem* Guelf. Sed in marg. Basil., signo posito ante *sumere*, est *summopere*. *dicente* Camp.

20. *praecogitare multa* Camp. *omnis* Flor. *o. causas* Guelf. Camp. c. edd. ante Gryph. exc. Ald. *exponere*

verbium esse, nemo dubitaverit; quanquam non satis ad nostrum locum apposite ὅλῃ δυνάμει illud exponat Suidas, et plane inepte Apostoles de celeritate agendi intelligat. Vocem autem *omni* cum Turnebo (in Adversariis etiam 7, 19.) de numero accipere, quanquam hoc joculari modo fieri possit („*man muss auf allen „Füssen stehn*"), comparatio tamen graeci proverbii vetat. Quare ductum credo a vitio standi, quo vel digitis vel calci vel alteri pedis lateri maxime innituntur nonnulli. Sed neque hoc satis explanatum est, cur *agricolae* potissimum hoc verbo utantur. Credo autem hoc fieri, cum demonstratur parum proficere rusticum, qui uni alterive parti, ut frumento, hortis, pomis, apibus, pecori, soli operam det: nullam negligendam esse; non ideo tantum ut, cum per tempora jaceat una, sustenteris tamen ceteris; sed quoniam nulla est quae non ex

Digitized by Google

tius ſtilo, quo facilius et omittitur cogitatio, et transfertur. Sed ſive in reſpondendo fuerit ſubito dicendum, ſive quae alia exegerit ratio, nunquam oppreſſum ſe ac deprehenſum credet orator, cui diſciplina et ſtudium et exercitatio dederit vires etiam facilitatis: quemque armatum ſemper, ac velut 21
in procinctu ſtantem, non magis unquam in cauſis oratio, quam in rebus quotidianis ac domeſticis ſermo deficiet; nec ſe unquam propter hoc oneri ſubtrahet; modo ſit cauſae diſcendae tempus: nam cetera ſemper ſciet.

Jenſ. et edd. poſt. ante Ald. *et ſive* Flor. *et ſine* Turic. *ſed ſive reſpondendis* Jenſ. (de omiſſo *in* tac. Geſn.) Tarv. *fuerint* Guelf. *alia exegerit.* Sic Turic. Flor. Camp. *ita* inſerunt reliqui. *non quae preſſum* Turic. Flor. *non preſſum* Goth. (de *non* tac. Geſn.) Camp. (niſi quod per *ae*) c. Voſſ. 2. *nunquam preſſum* Alm. Vall. Jenſ. et edd. poſt. ante Ald. *non oppreſſum* Voſſ. 1. 3. Bern. Pronomen *ſe* omittere dicitur Alm. Mox *ac depreſſum* Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. c. Voſſ. 1. 2. Vall. Locat. Ven. *ac deprenſum* Jenſ. Tarv. Sed Guelf. haec omnia *nunquam — orator* om. *eam* pro *cui* Jenſ. (tac. Geſn.) *et* ante *exerc.* om. Turic. Guelf.

21. *magis quamquam* Turic. Flor. *propter* om. Guelf. *praeter hoc* Goth. (tac. Geſn.) *dicendae* ſphalma Gryph. 1544. quod transiit in poſteriores ante Obr. quodque repetiit Bip.

ceteris utilitatem capiat, nulla quae ceteris non impertiat aliquid, quod ſine illis tanquam inutile abjiciendum eſt.

20. *facilius — et transfertur.* Facile enim, dum ſcripta relegis, cogitationem minus idoneam agnoſcas et deleas, aut in commodiorem locum transferas.

ſive quae alia. Forma *quae* alteri *qua* hic praelata ob euphoniam.

Digitized by Google

19 *ſtandum eſt.* Nam cum in propoſitione ac refutatione cauſa conſiſtat, quae noſtrae partis ſunt, ſcripta eſſe poſſunt: quae etiam reſponſurum adverſarium certum eſt, (eſt enim aliquando certum) pari cura refelluntur. Ad alia unum paratum afferre poſſumus, ut cauſam bene noverimus; alterum ibi ſumere, ut dicentem adverſarium diligenter audiamus. 20 Licet tamen praecogitare plura, et animum ad omnes caſus componere: idque eſt tu-

19. *praepoſitione* Camp. *et refut.* Goth. (tac. Geſn.) *quae ūre parte ſunt* Flor. *q. non re parte ſ.* Turic. *q. non reperta ſ.* Camp. *et ſe poſſunt qua etiam* Turic. Mox alterum *eſt* om. Turic. *eſt enim* om. Flor. *refellantur* Camp. *unum parum* (non *partum*, err. Geſn.) Jenſ. c. edd. poſt. ante Ald. Mox *et* pro *ut* Guelf. *ubi ſumere* Goth. (tac. Geſn.) *ſummovere dicentem* Guelf. Sed in marg. Baſil., ſigno poſito ante *ſumere*, eſt *ſummopere. dicente* Camp.

20. *praecogitare multa* Camp. *omnis* Flor. *o. cauſas* Guelf. Camp. c. edd. ante Gryph. exc. Ald. *exponere*

verbium eſſe, neme dubitaverit; quanquam non ſatis ad noſtrum locum appoſite ἀλγδονέμει illud exponat Suidas, et plane inepte Apoſtoles de celeritate agendi intelligat. Vocem autem *omni* cum Turnebo (in Adverſariis etiam 7, 19.) de numero accipere, quanquam hoc joculari modo fieri poſſit („*man muſs auf allen „Fuſsen ſtehn*"), comparatio tamen graeci proverbii vetat. Quare ductum credo a vitio ſtandi, quo vel digitis vel calci vel alteri pedis laeſi maxime innitantur zoonnulli. Sed neque hoc ſatis explanatum eſt, cur *agricolae* potiſſimum hoc verbo utantur. Credo autem hoc fieri, cum demonſtratur parum profiecre ruſticum, qui uni alterive parti, ut *frumento*, hortis, pomis, apibus, pecori, ſoli operam det: nullam negligendam eſſe; non ideo tantum ut, cum per tempora jacent una, ſuſtenteris tamen ceteris; ſed quoniam nulla eſt quae non ex

Digitized by Google

tius ſtilo, quo facilius et omittitur cogitatio, et transfertur. Sed ſive in reſpondendo fuerit ſubito dicendum, ſive quae alia exegerit ratio, nunquam oppreſſum ſe ac deprehenſum credet orator, cui diſciplina et ſtudium et exercitatio dederit vires etiam facilitatis: quemque armatum ſemper, ac velut 21 in procinctu ſtantem, non magis unquam in cauſis oratio, quam in rebus quotidianis ac domeſticis ſermo deficiet; nec ſe unquam propter hoc oneri ſubtrahet; modo ſit cauſae diſcendae tempus: nam cetera ſemper ſciet.

Jenſ. et edd. poſt. ante Ald. *et ſive* Flor., *et ſine* Turic. *ſed ſive reſpondendis* Jenſ. (de omiſſo *in* tac. Geſn.) Tarv. *fuerint* Guelf. *alia exegerit.* Sic Turic. Flor. Camp. *ita* inſerunt reliqui. *non quae preſſum* Turic. Flor. *non preſſum* Goth. (de *non* tac. Geſn.) Camp. (niſi quod per *ae*) c. Voſſ. 2. *nunquam preſſum* Alm. Vall. Jenſ. et edd. poſt. ante Ald. *non oppreſſum* Voſſ. 1. 3. Bern. Pronomen *ſe* omittere dicitur Alm. Mox *ac depreſſum* Turic. Goth. (tac. Geſn.) Camp. c. Voſſ. 1. 2. Vall. Locat. Ven. *ac deprenſum* Jenſ. Tarv. Sed Guelf. haec omnia *nunquam — orator* om. *eam* pro *cui* Jenſ. (tac. Geſn.) *et* ante *exerc.* om. Turic. Guelf.

21. *magis quamquam* Turic. Flor. *propter* om. Guelf. *praeter hoc* Goth. (tac. Geſn.) *dicendae* ſphalma Gryph. 1544. quod transiit in poſteriores ante Obr. quodque repetiit Bip.

ceteris utilitatem capiat, nulla quae ceteris non impertiat aliquid, quod ſine illis tanquam inutile abjiciendum eſt.

20. *facilius — et transfertur.* Facile enim, dum ſcripta relegis, cogitationem minus idoneam agnoſcas et deleas, aut in commodiorem locum transferas.

ſive quae alia. Forma *quae* alteri *qua* hic praelata ob euphoniam.

Digitized by Google

X. Supereſt, ut dicam *de genere orationis*. Hic erat propoſitus a nobis in diviſione prima locus tertius; nam ita promiſeram, me de *arte*, de *artifice*, de *opere* dicturum. Cum ſit autem rhetorices atque oratoris opus *oratio*, pluresque ejus formae, ſicut oſtendam; in omnibus his et *ars* eſt et *artifex:* plurimum tamen invicem differunt; nec ſolum ſpecie, ut ſignum ſigno, et tabula tabulae, et actio actioni; ſed genere ipſo, ut Graecis Tuſcanicae ſtatuae, ut Aſianus elo-

1. In Turic. et Flor. nulla inſer. *De genere dicendi* Guelf. Goth. et reliqui. *praepoſitus* Guelf. *rhetorices utique oratoris* Turic. Flor. *rhetoris a. o.* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) c. Vall. Voſſ. 2. 3. (niſi quod hic *rhetores*) Baſil. Stoer. Chouet. Leid. *r. a. oratores* Camp. *omn. iis et* Turic. Jenſ. (tac. Geſn.) *omnibus et* Guelf. Goth. *et tabula tabulae, et actio actioni.* Sic Turic. Flor. (niſi quod hic *actiones* ſequente *et*) Guelf. Obr. (ex Arg. haud dubie) Burm. Capper. *e. t. t. e. actioni actio* Jenſ. et edd. poſt. ante Baſil. acc. Geſn. Bip. *a. t. t. e. actione actio* Alm. Baſil. *et tabula tabula et actione actio* Goth. (tac. Geſn.) Gryph. item Camp. niſi quod hic utrumque *et* omittit. *e. t. tabula et actio actione* Stoer. Chouet. Leid. Gibſ. Voſſianos ſilet Burm. ut videantur noſtram dare. *ut Graecis.* Sic Flor. Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) Obr. *in Graecis* Turic. *ut a Gr.* reliqui. *ut Aſianus.* Sic Turic. Flor. Guelf. (niſi quod hic lepide *aſinianus*). *et A.* reliqui praeter Camp. qui conjunctionem omittit, ut modo.

1. *propoſitus*, ſupra 2, 14, 5. *Tuſcanicae ſtatuae.* Recepta hodie eſt inter eruditos ſententia, Tuſcanica quae ab antiquis dicuntur opera, et ipſa revera Graeca fuiſſe, ſed ad primordia illa artis referenda, quae a Graecis in Italiam translata, per colonias ejus gentis aliosque populos, Tuſcos etiam, invaluerint. Hujus autem generis in ſtatuaria non

Digitized by Google

quens Attico. Suos autem haec operum ge- 2
nera, quae dico, ut auctores, ſic etiam ama-
tores habent: atque ideo nondum eſt per-
fectus orator, ac neſcio an ars ulla, non ſo-

perinde atque in architectonice videtur potuiſſe permanere uſus, cum in Italia quoque elaboratior illa et propriſſic dicta Graeca ars vigeret: neque infra in enumeratione ſculptorum Quintilianus ejus generis auctores ponit, quamvis ipſa opera ut rudia verbo tangat. Niſi itaque meliora me artium hiſteriae periti edoceant, minus commodo hoc uſum exemplo noſtrum cenſebo; cum ratio ipſa et reſpondentia illa Aſianae et Atticae eloquentiae genera, hic etiam duo diverſa quidem ſed ſimul vigentia poſtulent, quorumque non *amatores* modo, antiquiſſima quaeque deoſculantes, ſed *auctores* etiam illis ipſis temporibus extiterint.

2. *neſcio an ars ulla.* „Difficilior hic ratio formulae „*neſcio an*, cum non proti„nus inſequatur *ulla*" [ut ſcilicet ope litterae *n* in vocula *an* fiat *nulla*], „ſed anteverr„tatur *ars*. Non tamen auda„cia videtur, vel hic repone„re *nulla*." Spald. Vid. eundem ad 6, 3, 6. et not. crit. ad 7, 2, 41. 9, 4, 1. 10, 1, 65. In omnibus his locis enim negationem e conjectura (niſi quod 7, 2, 41. unum Campanum auctorem habuit) ſatis facili ſane poſt ipſum *an* emendatione, aut repoſuit aut reponendam ſuaſit. Sane 2, 1, 10. 3, 1, 2. 6, 3, 8. 8, 4, 8. 12, 11, 17. formulam *neſcio an* ſecundum legem criticorum uſurpatam a Quintiliano invenio: ſed, quod probe obſervandum, in omnibus hic locis (plura autem mihi quidem, qui ea quae editorem decet diligentia hunc ſcriptorem non perlegi, non innotuerunt) is tantum vocum illarum uſus proſtat, quo junguntur verbis augentibus, laudantibus, aſſeverantibus („neſcio an *plurimum*, *minimae*, *efficacius* etc."); negationi junctas easdem apud noſtrum non reperio. Neque tamen hoc eo dico, quod de aliorum auctorum uſu ſatis certo (*haud ſcio an nemo* et ſim. vid. Duker. ad Flor. 3, 12. Drakenb. ad Liv. 37, 54.) dubitem: ſed Quintiliani huic operi immittere meo arbitrio, quod libri ubique omnes (ſi unum ex tot, et uno loco, excipis) non agnoſcunt, cujusque aliud exemplum apud eundem non eſt; hoc, inquam, non ſuſtineo, nollemque factum a Spaldingio. Quid enim ſi fluctuavit in hoc etiam

Digitized by Google

lum quia aliud in alio magis eminet, sed quod non una omnibus forma placuit, partim conditione vel temporum vel locorum, partim judicio cujusque atque proposito. 3 Primi, quorum quidem opera non vetustatis modo gratia visenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur *Polygnotus* atque *Aglaophon*, quorum simplex color tam sui studiosos adhuc habet, ut illa prope rudia, ac velut

2. *qui aliud* Turic. *in alia* Turic. Flor. Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Ald. *quod uno omn.* Turic. Flor. *cuique* Turic. Flor.

3. *vetustis* Turic. Flor. *viscenda* Turic. *miscenda* Voss. 1. 3. (Dixeris fuisse qui darent *non vetustis modo miscenda.*) *sunt.* Sic Turic. Flor. Camp. Jens. (tac. Gesn.) cum edd. ante Leid. acc. Rollin. *sint* reliqui. *tum sui* Guelf. *habeat* Flor. c. Alm. *illa pro rudia*

usus? Quid si Quintilianus eam normam secutus est, ut *nescio an plurimum* et similia sensu affirmativo, *nescio an ullum*, *an enarrabile* (cujusmodi verba per se non asseverant, sed extenuant) negativo usurparet? Quin interest aliquid inter simplicem negationem, qualis est *nullus*, quamvis per *nescio an* diffidenter prolatam, et illam de *ullo* haesitationem: atque ego illam pro hac ponendo sensum minuere verear.

Ceterum *ars alla*, post vocem *orator*, breviter dictum est loco ejus, quod plenius est *artifex in arte alla*.

3. *clari pictores.* In his et in statuariis qui mox recensentur faciemus ut Gesner. et priores, studiososque ablegabimus ad Plinii libros 34. 35. et ad Franciscl Junii Catalogum Artificum; nisi ubi haec etiam adminicula dubii aliquid relinquunt, ut statim in primis duobus.

Polygnotum filium fuisse *Aglaophontis* notum ex Simonidis epigr. ap. Paus. 10, 27. ex Plat. Ion. p. 552. e. et ex Dione Chrys. 55. init. qui simul narrat eum patre in pictura magistro usum. Quid igitur est cur priori loco Polygnotum memorat Quintilianus hic, ubi temporis ratio

Digitized by Google

futurae mox artis primordia maximis, qui post eos extiterunt, auctoribus praeferant,

Turic. *i. prorudia* Flor. (unde nimium tamen foret effingere *praerudia*). *prope prorudis* Camp. *futurę* Locat. Ven. Bad. *post hos* Guelf. *pictoribus* Camp. c. Goth. Voss. 2. Andr. Ald. *praeferant.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Exc. Sant. c. Alm. Voss. 2. Bern. Goth. Ba-

aliqua habetur? Et ne hoc leve putes, en Plinium etiam, qui lib. 35. c. 9. Polygnotum clarum fuisse tradit ante Ol. XC., Aglaophontem illa ipsa. Erunt qui haec ita dirimant, ut duos fuisse Aglaophontes pictores statuant, patrem et filium; et hunc quidem esse dicant quem Dio Chrys. l. l. innuit his verbis: Πολύγνωτος δὲ ὁ ζωγράφος καὶ ὁ ἀδελφὸς ἄμφω (μαθηταὶ γεγόνασι) τοῦ πατρὸς Ἀγλαοφῶντος. Sed alium jam hujus filium, nobilem et ipsum pictorem, *Aristophontem* novimus cum aliunde tum ex Platonis Gorg. p. 448. b. Εἰ δέ γε ἦσαν Ἀριστοφῶν ὁ Ἀγλαοφῶντος, ἢ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἅμα ἀμφοῖν ἦν τέχνης, τίνα ἂν αὐτὸν ὀρθῶς ἐκαλοῦμεν; Δῆλον ὅτι ζωγράφον. Quid, tres igitur filios nobiles pictores habuit Aglaophon? Concedam ita esse potuisse: sed hoc certissimum est, et Platonem et Dionem nonnisi duos in animo habuisse ita nobiles, ut altero nominato alter sponte cuique in mentem veniret. Quid multa? Noverant Graeci illi auctores non nisi Polygnotum et Aristophontem, filios Aglaophontis. Quid igitur fiat Aglaophonti apud Plinium et Quintilianum? Idem profecto quod Aglaophonti apud Athenaeum. Is enim lib. 12. p. 534. d. pictum ab eo narrat Alcibiadem celeberrimorum ludorum victorem, quod in antiquum illum Polygnoti patrem per tempora non cadit. Atqui idem de *Aristophonte* narrat Plutarchus Alcib. p. 199. d. Vides igitur confusos pridem patrem et filium, pictorem utrumque; quod saepius factum, in tam similibus nominibus, et in Romanorum maxime libris, nemo mirabitur; quamvis non facile decernas, ipsine scriptores an doctiores etiam subinde librarii ita peccarint. Certe notatu dignum videtur, apud Plinium Aglaophontem quidem illum minorem inter artifices memorari, sed nulla ejus opera recenseri mox cap. 11; contra Aristophontis tabulas laudicari, cujus inter ar-

Digitized by Google

proprio quodam intelligendi, ut mea opi-
4 nio fert, ambitu. Post *Zeuxis* atque *Parrhasius* non multum aetate distantes, circa Peloponnesia ambo tempora, (nam cum Parrhasio sermo Socratis apud Xenophontem invenitur,) plurimum arti addiderunt. Quorum prior luminum umbrarumque inveniſſe rationem, ſecundus examinaſſe ſubti-

ſil. *praeferantur* reliqui: perperam. *modo* poſt *intelligendi* inſerunt Guelf. Jenſ. et edd. poſt. ante Ald. *ut ex ea opinio eſt a.* Turic. Flor. c. Alm. *ut mea op. eſt a.* Guelf. *ut m. eſt op. a.* Voſſ. 1. Noſtrum eſt in Goth. (tac. Geſn.) et edd. omnibus ante Gryph. *ut m. fert op. a.* reliqui: neſcio unde: niſi eſt in Voſſ. 2. 3. quos ſilet Burm.

4. *Zeuſis* edd. antiquiores omnes cum ipſis Gibſ. et Obr. *Zenſius* Camp. bis. *peloponneſſia* Guelf. — *enſia* Goth. (tac. Geſn.) Camp. Jenſ. Cf. 4, 2, 7. „Sunt qui *bella* ſubſtituant, et *tempora* deleant: ſed nihil mutem.“ Sic Bad. qui quosnam intelligat, ignoro. Sed judicium ejus utique probo, in mira ſane ſed facili breviloquentia. *ſecundum exam.* Flor.

tifices antea nulla mentio. Quintilianum haec nomina ipſum confudiſſe, nihil impedit.

intelligendi — ambitu. cf. 4, 1, 18. Aptum de tali affectatione Geſner. affert Plinii locum 34, 2. ſ. 3.

4. *Peloponneſia tempora.* cf. not. crit. Accuratius autem, ut ex Plinio aliisque patet, ita tradendum erat, floruiſſe hos circa finem Peloponneſii belli et poſt: nam illi antiquiores quoque, certe Polygnotus, flagrante cum maxime eodem bello clari fuerunt. — Locus *Xenophontis* eſt in Memor. 3, 10, 1.

examinaſſe ſubtilius lineat, et mox *circumſcripſit omnia.* Plin. 35, 10. de Parrhasio: *Primus ſymmetriam picturae dedit, — confeſſione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Haec eſt in pictura ſumma ſubtilitas. Corpora enim pingere et media rerum eſt quidem magni operis, et in quo multi gloriatus tulerint:*

Digitized by Google

lius lineas traditur. Nam Zeuxis plus mem- 5
bris corporis dedit, id amplius atque auguſtius ratus, atque, ut exiſtimant, Homerum ſecutus, cui validiſſima quaeque forma etiam in feminis placet. Ille vero ita circumſcripſit omnia, ut eum *legum latorem* vocent, quia deorum atque heroum effigies, quales ab eo ſunt traditae, ceteri, tanquam ita neceſſe ſit, ſequuntur. Floruit 6
autem circa Philippum et usque ad ſucceſſores Alexandri pictura praecipue, ſed diverſis virtutibus. Nam cura *Protogenes*, ratione *Pamphilus* ac *Melanthius*, facilitate *Antiphilus*, concipiendis viſionibus, quas

5. Ab hac inde paragrapho ſigla illa *aſ* (vid. ad 10, 7, 14.) in Turic. et Flor. ſaepius recurrit, ut notabimus. Manifeſto autem in quibusdam locis valet *alias* et cum ipſa lectionis varietate, ut ſtatim, in textum migravit; aliis locis nondum de ea mihi quidem liquet. *corporis aſ edidit dedit id* Turic. Flor. *aut auguſtius* Guelf. c. Voſſ. 3. *quoque* Camp. *qui deorum* Turic. *qui ad d.* Guelf. *quod d.* Camp. Mox *ſunt* om. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Jenſ. c. Voſſ. 2. *ſectantur* Voſſ. 1.

6. *ſed ex diverſis* Guelf. Exc. Sant. c. Voſſ. 2. Goth. Jenſ. et edd. poſt. ante Gryph. *ſ. a div.* Camp. *cum* pro *cura* Guelf. Exc. Sant. Jenſ. c. edd. poſt. ante Ald. in qua ſcriptura mox *ratione* retrahitur interpunctione ad praecedens nomen, et ſic ſequentes etiam ablativi, ut Apel-

[huc refer Zeuxin]: *extrema corporum facere et deſinentis picturae modum includere rerum in ſucceſſu artis invenitur. Ambire enim debet ſe extremitas ipſa et ſic deſinere, ut promittat alia poſt ſe, oſtendatque etiam quae occultat.*

6. *concipiendis viſionibus.* Cf. 6, 2, 29. 30. Apparet autem hunc artificem mirandum fuiſſe in pingendis iis quae

Digitized by Google

φαντασίας vocant, *Theon Samius*, ingenio et gratia, quam in se ipse maxime jactat, *Apelles* est praestantissimus. *Euphranorem* admirandum facit, quod et ceteris optimis studiis inter praecipuos, et pingendi fin-
7 gendique idem mirus artifex fuit. Similis in statuis differentia. Nam duriora, et Tuscanicis proxima *Callon* atque *Hegesias*,

les tali finitione careat. *phantasias* Camp. vacuum spatium in Jens. φαντασίας Tarv. Sed Locatellus primus recte. *Theo* solus Tarv. sed haec nulla auctoritas omisso tantum apice. *et ingenio et gr.* Guelf. *ipse in se* Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Stoer. exc. Ald. *ipsae maximae a*‖ *jacto tapellis* Turic. *i. m. a*‖ *jactatapellis* Flor. *ceteris a*‖ *optimis* Turic. *c. aliis o.* Flor. *optimis et udis* Guelf. *o. erudis* Voss. 3. *optimus erudis* Voss. 1. *et* ante *ping.* om. Goth. (tac. Gesn.)

7. *tuscanis* Turic. Flor. *tuschaicis* Camp. *Callon.* Sic Turic. Flor. *callo* Guelf. c. Voss. 3. Bern. *calo* marg. Basil. et (addito *que;* vid. mox) Voss. 1. *colon* Voss. 2. *Calon* reliqui. *atque Hegesias.* Sic Guelf. Camp. Exc. Sant. *a. Hegeitas* Bern. *et egestus* Voss. 3. Sed Voss. 1. praecedenti nomini ita admectit *Caloque et egesias.* Reliqui *atque Egesias.* Nos dedimus quod boni libri dant, optimi voluerunt. Sed cum ignotum inter statuarios nomen sit *Hegesiae*, Broukhusius et Burm. perquam probabiliter emendant *Hegias.* Hic enim inter antiquiores illos memoratur Plinio 34, 8. et Pausaniae 8, 42. ubi Atheniensis dicitur. Aliunde tamen haec etiam nominis forma non affertur; et apud Plinium quidem loco primario in antiquioribus editionibus est *Hegleas* et *Eglias;* alter ejusdem capitis locus in iisdem scribitur ita: „He„giae Minerva Pyrrhusque rex laudantur, et Celetizontes

raro aut plane non contingit videre. Quod confirmatur eo quod in pauciſſimis quae ejus memorantur tabulis Orestes

est metrem occidens. Plin. 35, 11. Plut. de aud. poetis c. 3.

7. *Hegesias.* v. not. crit.

Digitized by Google

jam minus rigida *Calamis*, molliora adhuc supra dictis *Myron* fecit. Diligentia ac decor in *Polycleto* supra ceteros, cui quanquam a plerisque tribuitur palma, tamen, ne nihil detrahatur, deesse pondus putant. Nam ut hu- 8
manae formae decorem addiderit supra verum, ita non explevisse deorum auctoritatem videtur. Quin aetatem quoque gravio-

„pueri; et Castor et Pollux ante aedem Jovis Tonantis „*Agesiae*." Ultimum nomen non immerito omiserant posteriores: sed Harduinus e mss., ut ait, restituit *Hegesiae*, nihil praeterea de hoc nomine hic annotans; quod equidem e varietate lectionis irrepsisse puto. Ad priorem autem locum Quintilianei *Hegesiae* meminerat Harduinus, eumque sibi visus erat reperire in inscriptione apud Reinesium, quae est notissima illa in Borghesiano quem vulgo dicunt Gladiatore ΑΓΑΣΙΑΣ ΔΩΣΙΘΕΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. Nomen tamen Ἀγασίας, si genuinum, derivandum est ab ἄγαμαι miscendumque neque cum ionico Ἡγησίας, neque cum dorico Ἀγησίας. Sed adhuc fortasse diligentius inspiciendum marmor ipsum, ut sciamus, an liquida sit illa scriptura. Interim hoc quidem ex his omnibus apparet, nondum licere editori Quintiliani a libris in hoc nomine recedere. *jam minu. frigida* Turic. Flor. (hic quidem junctim *minufr.*). *j. mulfrigida* Guelf. *lami frigida* Jens. *j. m. frigida* Goth. (tac. Gesn.) Camp. c. Alm. Voss. 1. 3. Tarv. et edd. post. ante Gryph. *j. m. frigidus* Vall. Recepta unde sumpta sit, nescio: sed esse videtur in Voss. 2. Deinceps loco nominis *Calamis* in Turic. Flor. est al. *calmus*. Sed *calamus* Voss. 3. *calinus* Camp. Vall. Goth. Voss. 2. *polyclito* hic et mox Guelf. c. Voss. 1. Bern. *super cet.* Guelf. *tribuatur* Jens. c. edd. ante Bad. acc. Ald.

8. *humane decorem*, omissa voce *formae*, Guelf. *explicuisse* Goth. Camp. c. Voss. 3. *auctoritate* Flor. *gra-*

supra dictis. „his proxime „dictis." Vid. 2, 1, 10. — Vocem autem *adhuc* quamvis postpositam (v. Spald. ad 2, 19, 2.) comparativo jungas oportet.

rem dicitur refugisse, nihil ausus ultra leves genas. At quae *Polycleto* defuerant, *Phi-*
9 *diae* atque *Alcameni* dantur. *Phidias* tamen diis quam hominibus efficiendis melior artifex creditur, in ebore vero longe citra aemulum, vel si nihil nisi *Minervam Athenis*, aut *Olympium* in Elide *Jovem*, fecisset: cujus pulchritudo adjecisse aliquid etiam receptae religioni videtur; adeo majestas operis deum aequavit. Ad veritatem *Lysippum* ac *Praxitelem* accessisse optime affirmant. Nam *Demetrius* tanquam nimius in ea reprehenditur, et fuit similitudinis quam pulchrita-

tiorem Guelf. Exc. Sant. *utra levis* Flor. *u. levas* Guelf. *u. lenes* Goth. *Alcmeni* Goth. (tac. Gesn.) *Alcimoni* Camp.

9. *creditur.* Sic Turic. Flor. Camp. Guelf. Goth. (nec. Gesn.) Exc. Sant. c. Alm. Bern. Voss. 2. Colb. Ald. *traditur* reliqui. In sollemni permutatione (cf. 10, 2, 20.) illud praemii non solum ob librorum auctoritatem, sed quoniam de Phidiae arte et praestantia non traditio quaedam, sed judicium etiam tum erat et persuasio. *ej. pulchr. adj.* om. Turic. Flor. c. Alm. *ideo* Guelf. *ac Praxit.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. et sic in superioribus bina semper nomina per *atque*. Reliqui *et P.* certe Goth. et edd. nam silentio de codd. nulla in talibus fides. *minus in ea* Guelf. Exc. Sant. *in ea nimius* Camp. *n. in eo* Obr. (err. Burm.)

9. *efficiendis.* „Pro *effi-*„*giandis*, ut cum Apulejo lo-„quar, vel *effingendis*. Ma-„crob. 5. Sat. 17. *hac materia* „*vel maxime in efficiendis si-*„*mulacris utuntur.* Cod. Theod. „leg. tit. de artific. *Efficien-*„*dos sacros vultus.*" Colomesius. Cf. 5, 12, 21. item Dukerum ap. Oudend. ad Sueton. Domit. 19. qui tamen malebat h. l. *effingendis*.

Digitized by Google

dinis amantior. In oratione vero si species intueri velis, totidem paene reperias ingeniorum quot corporum formas. Sed fuere quaedam genera dicendi conditione temporum horridiora, alioqui magnam jam ingenii vim prae se ferentia. Hinc sint *Laelii*, *Africani*, *Catones* etiam *Gracchique*, quos tu licet *Polygnotos* vel *Callonas* appelles. Me-

10. *penas* (Flor. *poenas*) al. *recipias ing.* Turic. Flor. *p. recipias i.* Alm. *p. reperies i.* Jens. (tac. Gesn.) c. Voss. 5. *quod corpora f.* Flor. *fuerunt* Camp. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Gryph. *conditione* al *corporum horr.* Turic. Flor. *c. corporum h.* Alm. *horridior* Turic. *alioquin* Jens. (tac. Gesn.) et edd. aliquot post. *magna alia ingenii prae* Tania. Flor. c. Alm. omissa voce *vim*; ut paene suspicetur *magnalia* Tertullianus jam nostro usurpata. *sim ingenii* Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) *praeferentia* Voss. 1. 5. *Hinc sint.* Sic Turic. Flor. quos desecare non poteram, cum hujus conjunctivi eadem sit ratio, quae sequentium *teneant*, *efflorescat*. Reliqui *sunt*, siquidem diligenter omnes sunt collati. *laedi* Turic. *Catones etiam.* Sic Turic. Flor. (nisi quod hi omnes) Gualf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. c. Alm. Voss. 2. 3. Ald. Reliqui *etiam* omittunt: quos cur contra scriptos mutem non omnes sequerer non erat. Neque sine illo *etiam* in fine longioris seriei servari poterat *que*; quod *Catones* tantum *Gracchosque* nunc copulat. *Callonas*, Sic Flor. Camp. *Callones* Turv. *calones* Goth. Jens. et edd. post. ante Rad. ann. Basil. Gibl. Obr. *Calonas* reli-

10. *species.* Haec *generibus* hic etiam opponuntur. Cf. §. 1. 2.

magnam jam — vim. cf. not. erit.

Hinc sint Laelii. i. ex hoc numero (v. ad §. 6, 37.) esse dicimus Laelios. — Conferantur autem in C. *Laelii Sapientis et Scipionis Africani minoris* eloquentia infr. §. 89. it. 1, 1, 6. Cic. Brut. 82. *Catonem* Censorium et *Gracchos* conjunctos habes etiam 2, 5, 21.

Digitized by Google

diam illam formam teneant *L. Craſſus*, *Q.* 22 *Hortenſius*. Tum deinde efflorescat non multum inter ſe diſtantium tempore oratorum ingens proventus. Hic vim *Caeſaris*, indolem *Coelii*, ſubtilitatem *Calidii*, diligentiam *Pollionis*, dignitatem *Meſſalae*, ſanctitatem *Calvi*, gravitatem *Bruti*, acumen *Sulpicii*, acerbitatem *Caſſii* reperiemus. In iis etiam, quos ipſi vidimus, copiam *Senecae*, vires *Africani*, maturitatem *Afri*, jucunditatem *Cri-*

qui; niſi quod ſilentur manuſcripti Burmanniani. *tenent* Goth. *t. vel Craſſusque Hortenſius* Flor. *t. L. Craſſus Hortenſiusque* Guelf.

22. Verba *Tum deinde* — — *proventus* om. Guelf. *diſtantium temporum* mendoſe Stoer. et add. poſt. ante Burm. *Hic vim.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. e. Bern. *Hinc v.* reliqui. Quae ſequuntur, eo, quo nos, ordine dant Turic. Flor. Goth. (tac. Geſn.) Camp. Sed Alm. omittit *Brutum, Sulpicium, Caſſium*; Guelf. cum Voſſ. 2. *Pollionem, Meſſalam, Calvum.* Reliqui modo nominatos tres ultimo loco exhibent; ut appareat, omiſſos primo, mox ad marginem notatos, tandem non ſatis loco inſertos eſſe. Nam, ut hoc unum memorem, quam male *gravitas*, interjectis diſſimillimis, diſtracta ſit a *dignitate* et *ſanctitate*, nemo non ſentiat. Nunc varietates ſingulorum verborum ponemus. *Calidii vid.* ad 10, 1, 25. Pro *Pollionis* Voſſ. 2. *polidis*, Turic. Flor. *calvi quis*, mire. Tum *meſſalae* Turic. Flor. *ſanctitatem* Turic. Flor. *calvii* Camp. *breviter* pro *Bruti* Turic. *ſulpitia* Turic. Flor. *cervitatem* Turic. Flor. *reperimus* Goth. (tac. Geſn.) *In iis.* Sic Turic. (niſi quod uno I) Guelf. *his* reliqui; ſed ſi-lentur Burmanniani. *videmus* Stoer. Chouet. Leid. *judicantem Criſpi* Flor.

22. *Hic vim Caeſaris* etc. Cum iis, qui in ſingulis viris verbo hic indicantur, characteribus conferantur judicia de iisdem ſupra 10, 1, 115. usque ad finem capitis. Nam

ſpi, ſonum *Trachali*, elegantiam *Secundi*. At 12
M. Tullium, non illum habemus *Euphranorem* circa plurium artium ſpecies praeſtantem, ſed in omnibus, quae in quoque laudantur, eminentiſſimum. Quem tamen et ſuorum hominum temporum inceſſere audebant ut tumidiorem, et Aſianum, et redundantem, et in repetitionibus nimium, et in ſalibus aliquando frigidum, et in compoſitione fractum, exultantem, ac paene, quod procul abſit, viro molliorem. Poſtea vero 13
quam triumvirali proſcriptione conſumtus eſt, paſſim qui oderant, qui invidebant, qui aemulabantur, adulatores etiam praeſentis po-

12. *A M. Tullium* Goth. (tac. Geſn.) *adam T.* Flor. *plurimum* Flor. *quae tamen* Flor. *inceſſore audiebant* Turic. Flor. *timidiorem* Jenſ. (tac. Geſn.) *et Aſianum et videbunt et red.* Turic. Flor. ſed ex Alm. *et videbitur* affertur. Facile quidem elicitur *et ridebant ut redundantem:* ſed illepida haec foret variatio, cum non appareat, cur *tumidior* quidem inceſſatur, *redundans* rideatur. Quare ex male repetitis ſyllabis *et redund.* natam credo ſtribligi-nem olim, quae in verbum illud transierit. *redddudantem* Turic. *et repetitionibus* Voſſ. 2. non male: vid. 1, 12, 3. *compoſitionem* Turic. Flor. *exultantem* om. iid.

13. *paſſim al. qui oderant paſſim quid inviderant* Turic. *p. al qui oderant paſſim quod oderant qui viderant* Flor. *p. quod erant q. i.* Voſſ. 3. *p. quod oderant q. i.* Voſſ. 1. *inviderant* Camp. quoque. *quae mulabantur* omnes ibi memorantur praeter *Calidium*, de quo vid. ad 10, 1, 28.

12. *Quem — inceſſere.* Vid. 10, 2, 16.

et ſuorum. In locum alterius *et*, quod ſa-

qui debebat, ſucceſſit mox *Poſtea vero quam.*

exultantem. Cf. 9, 4, 108.

13. *qui aemulabantur.* Non aemuli illi virtutis et prae-

Digitized by Google

tentiae, non respondurum invaserunt. Ille tamen, qui jejunus a quibusdam atque aridus habetur, non aliter ab ipsis inimicis male audire, quam nimiis floribus et ingenii affluentia, potuit. Falsum utrumque, sed tamen illa mentiendi propior occasio. Praecipue vero pretulerunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupierunt. Hinc manus, quasi quibusdam sacris initiata, ut alienige-

tur Turic. *q. emulabant* Guelf. *respondurum* Flor. *atque aridus.* Sic Alm. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Stoer. *et a.* reliqui. *habebatur* Turic. Flor. quod verum fortasse; quanquam ab alterutro ad alterum facilis lapsus in compendio *habetur.* Tum, omisso *non*, Turic. Flor. ita: *aliter ab ipsis inimicis alia inimicis quam nimius flor.* Ex Alm. autem Burm. sic. „*Aliter ab inimicis.*] *Alia inimicis.*" quae relatio ob omissum quidem in lemmate *ipsum* suspecta, tamen originem confusionis in illis codd. praebere videtur. Mox *nimius* Alm. quoque. *sit tamen* Turic. Flor.

14. *concupiebant* Turic. Flor. Camp. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Ald. acc. Gryph. Gibs. Obr. Roll. *cupiebat* (sic) Basil. *concupierunt* Goth. In vitioso *concupiebant* „fere omnes" conspirare Burmannus notavit. Nostrum dant praeter edd. aliquot recentiores Guelf. et Bern. In quo acquievi; quamvis *concupiscebant* vel *cupiebant* malim.

quasi om. Turic. Flor. c. Alm. *ut alienigenam*

stantiae (ut 10, 1, 69.), sed famae et gratiae, ut Hortensius olim fuerat; vid. 11, 3, 8.

habetur. vid. not. crit.

illa mentiendi propior occasio. „Malim sese agnoscere „neutrum in *illa.*" Spald. Acute et vere. *Illa* enim respicit illud *jejunus — habetur*, quae non est occasio mentiendi, sed ipsum mendacium. „In „illam" itaque „sensum mentiendi propior est occasio."

14. *concupierant.* v. not. crit.

alienigenam i. non Atticam et tantum non barbaram. *illis* i. Atticae eloquentiae. De certis hujus et seq. §. cf. not. crit.

Digitized by Google

nem parum studiosum devinctumque illis legibus insequebatur: unde nunc quoque aridi, et exucci, et exangues. Hi sunt enim, qui suae imbecillitati sanitatis appellationem, quae est maxime contraria, obtendunt; qui quia

parum studiosum. Sic Camp. *u. a. p. statiosum* Turic. Flor. c. Alm. *ut alienigena metrum superstitiosum* Guelf. Exc. Sant. ft. Bern. quanquam ex hoc vox *alienigena* non ponunt. *ut alienigenam et virum superstitiosum* reliqui, praeter Obr. qui effinxit *u. a. metrorum superstitiosum*, quod recte displicuit Burmanno. Mihi scriptura Camp. a qua leviter recedit corruptela vetustorum, satis commoda visa est (cf. 9, 4, 26.): inde autem conjecturis et mendis concretae reliquorum scripturae. Non multum autem repugnem, si quis *et* inde sumptum ante *parum* inserere velit; quanquam sine eo sequentia commodius fortasse voci *alienigenae* ulterius explicandae inserviunt. Sed vocem *eum* undidem exculptam acceptiorem fortasse legentibus tradam. Quae omnia ut incerta hic ponere malui. In ea autem ratione quam Burmannus et Gesner. commendant, *et parum superstitiosum*, bene quidem habet superstitionis mentio (cf. 4, 2, 85. 9, 4, 25.), sed discrepat ab usu vox *parum*, quae *non satis* valens, verbis sensus deterioris jungi non potest, nisi per ironiam, quae hic non placeret. *devictumque* Goth. (tac. Gesn.) c. Voss. 2. 5. *insequebantur* Jens. et edd. post. ante Gryph. 1544. quod a Gesnero laudatum (cf. Ruhnk. ad Rutil. Lup. 2, 2.) si scripti etiam tradant, nemo repudiet.

15. *exsuti* Flor. *exsucti* Voss. 2. *exusci* Camp. *exuci* Jens. et alii. Ego *exucci, exangues* scribendo Spaldingii constantiam in hoc libro servare unique debui (ipso hic etiam in schedis jubente), alias *exsucos, exsanguis*, oculis, non sane auribus, scribens; nihiloque minus eos ridens, qui *exsilium* quoque et similia nobis anxie religiosi repraesentant. *imbecillitatis san. appellatione quae ex max.* Guelf. *obtendant* (Turic. *optendant*) *qui quia* Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) c. Bern. et edd. ante Stoer. unde non dubium ceteros etiam codices, quos Burmannus perinde ut editos tacet, ita exhibere. Reliqui, ex nescio cujus arbitrio, locum ita consti-

Digitized by Google

clariorem vim eloquentiae, velut ſolem, ferre non poſſunt, umbra magni nominis delitescunt. Quibus quia multa, et pluribus locis Cicero ipſe reſpondit, tutior mihi de hac
16 differendi brevitas erit. Et antiqua quidem illa diviſio inter *Atticos* atque *Aſianos* fuit:

tuunt, ut omiſſo *qui*, et verbis *hi ſunt enim — obtendant* parentheſeos ſigno inclusis, verbum *delitescant* ex ſuperioribus *Unde nunc quoque aridi* etc., pendere faciant. Qui non animadverterunt nullam in his eſſe logicam conſecutionem. „Olim Attici qui ſibi videbantur Ciceronem inſequebantur: unde nunc quoque aridi oratores Atticorum „nomine ſe tutantur.“ Nam Atticos indicari hoc *magno nomine* (cf. 21. 26.) et illi viderunt; neque in Ciceronem (quem ratio ſane logica requirit) quisquam hoc cogat. Et fac ad Ciceronem haec quocunque modo redeant; quomodo „Cicero ipſe reſponderit“ illis, qui „nunc quoque“ eum inceſſunt? Sed aridis illis omnium temporum pſeudo-Atticis reſpondiſſe dici poteſt. Reduxi igitur antiquam et omnium codicum ſcripturam, in qua ad *nunc quoque* mente repetendum eſt *Ciceronem inſequuntur*. Tum novo ſpiritu infit oratio: *Hi ſunt enim* etc. Verum ſic *obtendandi* et *delitescendi* verba ad unum eundemque modum rediganda erant: quod contra codices me feciſſe nemo vitio vertet; eo minus, quod conjunctivi (*obtendant*) poſt illa *hi ſunt* in tanta aſſeverationе plane nulla ſit ratio. Fieri quidem poteſt, ut in duabus hisce paragraphis ipſa Quintiliani manus nondum usquequaque ſit repraeſentata: ſed omnia tamen expuli quae nulla auctoritate nitebantur, et praeter indicativum *obtendunt*, non reposui niſi quod libris legitime firmatur, imo ſolam editionis principis ſcripturam, a qua antiquiſſimi codices in levioribus tantum recedunt, reduxi.

16. *illa quidem* Goth. (tac. Geſn.) *Att. atque Aſ.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) c. Voſſ. 2. Bodl. et edd. ante Gryph. (niſi quod Camp. *A. et A.*). Reliqui

15. *Cicero ipſe reſpondit.* c. 82 ſqq. Orat. c. 7. ſqq. Vid. Geſnero indicante Brut.

Digitized by Google

cum hi pressi et integri, contra inflati illi et inanes haberentur; in his nihil superfluerat, illis iudicium maxime ac modus deesset. Quod quidam, quorum et *Santra* est, hoc putant accidisse, quod, paulatim sermone Graeco in proximas Asiae civitates influente, nondum satis periti loquendi facundiam concupierint: itaque ea, quae proprie signari poterant, circuitu coeperint enunciare, ac deinde perseverarint. Mihi autem orationis 17
differentiam fecisse et dicentium et audientium naturae videntur: quod Attici, limati quidam et emuncti, nihil inane aut redun-

Asi. atque Att. scilicet ob sequens *hi — illi*: cf. 11, 3, 30. *cum ii* Guelf. Jens. (tac. Gesn.) *in his.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Jens. et edd. ante Gryph. 1544. acc. Obr. Reliqui *et* praemittunt. *maxime* Turic. Flor. Guelf. *maximum* Jens. Locat. *modus at denique quod* Turic. Flor. *m. denique q.* Alm. *santra* Goth. *sanctra* Jens. Ald. *sancta* Flor. cum Rapp. Locat. Ven. *satira* Voss. 3. *corrupierunt* Camp. *signa pot.* Turic. Flor. *deinde perseu.* Sic Turic. Flor. Camp. c. Alm. Reliqui inserunt *in eo*, quod est scholium. *perseveraverint* Camp. Jens. (tac. Gesn.) c. edd. ante Bad. acc. Basil. *perseverarent* Guelf. c. Voss. 3.

17. *differentia* Camp. *atti climati* Turic. *quidam.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.)

16. *Suntra.* Nobilis Grammaticus, quem laudat auctor vitae Terentii, saepiusque Festus et alii.

perseverarint. Hoc verbum haeret eidem, cui *coeperint*, infinitivo: cf. 6, 4, 19. *perseverent adhibere*, ix. 3, 8. 29. 7, 1, 30.

17. *quod Attici.* vid. 12, 9, 9.

limati quidam. Notus hic praenominis *quidam* usus, quo additur vocabulis significationis translatae, vel nimiae, vel

Digitized by Google

dans ferebant; Asiana gens, tumidior alioqui atque jactantior, vaniore etiam dicendi
18 gloria inflata est. Tertium mox, qui haec dividebant, adjecerunt *genus Rhodium*: quod velut medium esse atque ex utroque mixtum volunt. Neque enim Attice pressi, neque Asiane sunt abundantes: ut aliquid habere
19 videantur gentis, aliquid auctoris. *Aeschi-*

et, noli dubitare, scripti omnes: nam Burmannus, qui nullum memorat, indiligentiae manifestus est. Edd. omnes inde a Jens. *quidem*, quod vel positione falsum se prodit, cum oppositio Asianorum post nomen *Attici* locum illi assignaret. Sed ibi etiam facile eo cecemus. Genuinum *quidam* ignoratio sensus oblitteravit. *enucti* Turic. *alioquin et jactantior* Jens. et edd. post. ante Bad. *qui habet alioqui et j.* cum edd. post. ante Burm. *qui primus dedit* nostrum, unde sumpserit, ne verbo quidem monens: esse tamen in Spaldingianis certe mss. (excepto Guelf. qui habet *aliquid etiam jact.*) et in Camp. silentium in collationibus, quae factae sunt ad edd. Burm. et Gesn., demonstrat. Itaque formam *alioquin* ante vocalem spernere debui, idque eo confidentius, quod infra etiam §. 63. forma *alioqui* ante *et* optimis firmatur libris. Sed 2, 17, 31. ante *ubi* Flor. habet *alioquin*, Guelf. *alioquim*.

18. *ut ex utroque* e Goth. enotavit Spald., cum Gesn. posuisset *velut* tanquam varietatem vocis *atque*. Mox verba *mixtum volunt* —— *ut aliquid* desunt in Turic. Flor. et Alm. *aliquid ut habere* Camp. non male.

alia de causa excusandae, et idem fere valet quod adverbia *quodammodo*, *quasi*, quorum posteriori saepe etiam jungitur. Cf. supra c. 3. 11. *leguleji quidam*, it. hic 19. et superius 14.; et vid. Goerenz. ad Cic. Acad. 1, 6. 21. 1. 10, 38. *Fin.* 4. 7. 16. 5. 25. 74.

alioqui, cf. 2. 15. 9. 12. 10, 63." SPALD.

19. *Aeschines*. Scholam rhetoricam Rhodi aperuisse Aeschinem, non contemnendi auctores narrant. Plutarchus

mus enim, qui hunc exilio delegerat locum, intulit eo studia Athenarum: quae, velut sata quaedam coelo terraque degenerant, saporem illum Atticum peregrino miscuerunt. Lenti ergo quidam ac remissi, non sine pondere tamen, neque fontibus puris, neque torrentibus turbidis, sed lenibus stagnis similes habentur. Nemo igitur dubitaverit, longe esse optimum genus Atticorum. In quo ut est aliquid inter ipsos commune, id est judicium acre terseumque: ita ingenio-

19. *delegerit* Turic. Flor. *studia* iid. *velud* Turic. *situ* Turic. Flor. *coelum terramque* iid. c. Alm. in quo accaf. Burm. ablégat ad Heinf. ad Ovid. Pont. 3, 2, 48. quem eo tantum fructu conferre, ut sentias diversissimas esse, quae prostant ibi exempla. *sapore* Flor. ubi sola apicis omissio structuram nobis poeticam protulit. *peregrinum* Guelf. *quidam.* Sic, nisi quod Vossianus et Alm. iterum silet Burm. (vid. 17.), mss. non modo omnes, Bernensi etiam his a collatore suo non negleeto, sed editi etiam ante Bad.: ut dubium nemini esse possit, vulgatum *quidem* arbitrio sive hujus sive Vallae invectum esse. Quod quamvis hic sine reprehensione locum obtineret, consensui tamen liberorum dandum erat, ut illud reponeremus, quod hic etiam legitima vi sua fungitur. *hae remissi* Turic. *fontibus pluris* Flor. *f. impuris* (an correctorem?) Guelf. *levis stagnis* Camp. *lentibus st.* marg. Basil. (err. Burm.)

20. *communes* Turic. Flor. *idem* pro *id est* Turic. *item* ing. Guelf.

in vit. Demosth. p. 857. b. Philostr. de Vit. Sophist. 1, 18. 2. Phot. cod. 61 et 264. unde ludum litterarum fecerunt vulgares grammatici.

memores patris ejus ludimagistri.

Lenti—quidam. Cf. 17. Mitigatur autem hic pronomine nomen, quod videri possit ni-

Digitized by Google

rum plurimae formae. Quapropter mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues, et lucidos, et significantes, et quadam eloquentiae frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continentes. Nam quis erit hic Atticus? Sit *Lysias*: hunc enim amplectuntur amatores

21. *falsum multum* Turic. *fallum m.* Flor. *videtur* Turic. Flor. Camp. *tenuis et* Camp. *tenuisset* Guelf. c. Voss. 5. *et quadam.* Sic Goth. (nec Gelen.) c. Voss. 2. *sed q.* reliqui. Particula *sed* locum hic non habet, cum ne a *lucido* quidem et *significanti* sermone recte tanquam diversa secernatur *eloquentiae frugalitas*; cf. not. exeg. nunc ubi jam praecessit *tenuis*, ferri plane non potest particula adversativa. Unice verum *et*, quo annectitur *id, quod praegressa* tria velut una cogitatione complectitur. Leviores autem auctores sequi poteram, ubi vel conjectura agere licitum erat. Meursium vero (Spicil. ad Theocr. p. 84.) proponentem *significantes se — contentos*, nemo audiet. Cf. 9, 2, 44. *dilucida et significans descriptio. fragilitate* Guelf. *inter pallium* Camp. c. Voss. 2. *amplectimur* Goth. Voss. 2.

mine vituperationis. Cf. 11, 3, 52.

21. *soles esse Atticos — tenues* etc. Cave in subjecto et praedicato errea. Subjectum est *tenues* et quae sequuntur. *lucidos, et significantes.* Hae virtutes propriae sunt generis tenuis et simplicis et eloquentiae illa frugalitate juvantur. Cf. 5, 14. 33. 10, 1, 74. *manum intra pallium.* Vid. ad 11, 3, 138. *quis erit hic Atticus?* Non pronomen *hic*, sed adverbium accipio, ita explicandum „hucc „si ita sint", ut in illo *His mirumur* ap. Cic. Manil. 15. et alibi saepius.

hunc enim — modum. „Mensuram omnium ejus, quod Atticum vocari debeat, ajunt „esse Lysiam." Gesner. Recte: ut *amatores* respiciat Lysiam, et *nominis* pendeat a nomine *modum*: verbum autem *amplectuntur* et ad *Lysiam* et ad *modum* referatur: „hunc tanquam modum et „mensuram Atticae orationis „venerantur."

Digitized by Google

iſtius nominis modum. Non igitur jam usque ad *Coccum* et *Andocidem* remittemur? Interrogare tamen velim, an *Iſocrates* Attice dixerit. Nihil enim tam eſt *Lyſiae* diverſum. Negabunt. At ejus ſchola principes oratorum dedit. Quaeratur ſimilius ali-

ad coccum Guelf. Kapp. *ad colum* Flor. *remittentur* Camp. c. Goth. Voſſ. 2.

22. *ſocrates* Turic. Flor. et edd. ante Ald. (err. Burm.) *eſt* ante *Lyſiae* om. Turic. Guelf. *diverſum alia negant* Turic. Flor. c. Ald. in qua ſcriptura vox *alia* nata eſt haud dubie ex ſigla *al*, cum qua toties in his codd. varium lectionem, quae in textum migraverat, deprehendimus. Sed praeſtat *Negabunt* poſt illud *velim*. *aliqua imperidis* Tu-

Non igitur jam usque ad Coccum. „Coccus, Athenienſis, „Iſocratis diſcipulus, teſte Suida in v. Sed Quinctilianus „eum videtur antiquiorem ſtatuere non ſolum Iſocrate, „ſed etiam Lyſia. Niſi forte „locum ſubobſcuram de Cocci et Andocidis contamsu interpretari malis.“ Ruhnkenius in Hiſt. Orat. Gr. p. 64. Similia Spaldingius in ſchedis, Ruhnkenii libro nondum inſpecto. Sed idem, cum mox Pesicles, illis etiam vetuſtior, inter indubitate Atticos recenſeatur, vidit, de aetate hic non agi. Nimirum C. et A. hic ponuntur tanquam extremi tenuitatis fines, *ad quos* tamen nihil impediat quo minus *remittamur*, ſi Demoſthenem jam et Iſocratem relinquentes ad Lyſiam nos contulerimus. *Non — remittemur?* i. non manifeſtum eſt, nos, quando Lyſiae nos applicuerimus, ad C. etiam et A. remiſſum iri? Ita minime opus eſt Geſneriana correctione *Num.*

In ſeqq. jam hoc agit Qu., ut quos illi inter vere Atticos admittant, multum tamen inter ſe et a Lyſia diverſos, imo plerosque copia et figuris ad Aſianum genus vergere demonſtret; quos illi reſpuant, fontes tamen Atticae eloquentiae fuiſſe moneat. De ſingulis autem inſpiciendum eſſe eundem illum Ruhnkenii libellum, vix eſt quod moneam.

22. *ſimilius aliquid.* Perſtat in neutro poſt illud *nihil tam diverſum*.

Digitized by Google

quid. *Hyperides* Atticus? Certe. At plus indulſit voluptati. Transeo plurimos, *Lycurgum*, *Ariſtogitona*, et his priores, *Iſaeum*, *Antiphontem*: quos, ut homines, inter ſe genere ſimiles differentes dixeris ſpecie. Quid ille, cujus modo fecimus mentionem, *Aeſchines*? nonne his latior, et audentior, et excelſior? Quid denique *Demoſthenes*? non cunctos illos tenues et circumſpectos, vi, ſublimitate, impetu, cultu, compoſitione ſu-

ric. Flor: *aliquid*. *Perides* Camp. *certe plus*, omiſſo *At*, Turic. Flor. Camp. Goth. (tac. Geſn.) c. Alm. Voſſ. 2. c. *aut p.* Voſſ. 3. Bern. Receptum contra vetuſtos illos defendo: nam aliter non recte procedit diverbii ratio. *et iis priores* Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſt. ante Baſil. praeter Tarviſ. qui lepide *et diis p.* Mox *iſeneum antephoſita* Flor. (unde miror ex Turic. non enotatum *Antiphonta*). Sed *is eum* Guelf. verbis deinceps *Antiph.* — *ſimiles* omiſſis. *Iſeum* Goth. *quo ſunt hom.* Voſſ. 1. 3. *genere diſſimiles* Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſt. ante Bad. qui ex Vall. correxit. *dixerat* Turic. Flor.

25. *facimus* Guelf. *nonne his — Demoſthenes* om. Guelf. *iis* Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. aliquot. *nonne cunctos* Jenſ. et edd. poſt. ante Gryph. exc. Bad. qui noſtrum ex Vall. *num c.* Camp. *terotes* pro *tenues* Camp. *ſublimitate vi* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *in ſubl.* Voſſ. 3. *cultu*

ut homines. „Sicut homines, quatenus homines ſunt, genere ſimiles (e. g. Attici) ſpecie tamen (facie, corpore, ingenio, cet.) differunt; ita illos, quatenus oratores ſunt etc.“ Minime difficilem ſenſum non peſſpexerunt tamen Badius et Godoynus.

25. *latior*. Cf. 11, 3, 50. et Spaldingii not. crit. ad 5, 14, 33. Quanquam non ſatis perſpicio, qua mente ibi hunc noſtrum locum laudaverit. Nam quod illic pro *lato* ex Obrechtii conj. repoſuit *laeto*, probo id quidem, ſicut eandem mutationem e codd. admiſimus ſupra 12, 9, 2: ſed neque hic propoſitam eam in ſche-

Digitized by Google

peravit? non insurgit locis? non figuris gaudet? non translationibus nitet? non oratione ficta dat tacentibus vocem? non illud 24

Turic. Flor. *non surgitis non f.* Turic. Flor. *n. surgit l. n. f.* Camp. *n. insurgit l. nec f.* Guelf. *dat tacentibus vocem.* Sic Turic. Flor. Camp. c. Goth. Bodl. Jens. et edd. ante Vascol. 1542. tene Gebero, acc. Gryph. 1544. Gibs. Obr. Roll. *datur* (sed *ur* per compend.) *dicentibus* Guelf. *dat carentibus* reliqui. Sed *tacentibus* esse etiam in mss. Burmanni, ex eo patet, quod tam misere editos ille circumspicit, qui dent *carentibus*; patetque simul, quam nulla usquam sit silentio ejus de mss. fides. Non negarim tamen *carentibus* in ms. quodam, a Gallandio fortasse, inventum. Sed immerito praelatam hanc scripturam contendo. Nimirum capti sunt viri docti elegantia quadam, quae illis videbatur, grammatica, qua verbum *carentibus* sine casu suo ante accusativum insertum est: cum tamen majori etiam elegantia *tacendi* verbum de voce carentibus usurparetur. Sed quid est cur proprium sensum hinc excludamus? Certe silentio hominum infacundorum, qui mocsti assant, silentio indignantium, mirantium, callidus orator utitur tanquam loquentium voce.

dis a viro optimo necessariam puto, neque in locis Ciceronis et Taciti, quos nostro in nota illa ad 5, 14, 33. adjunxit, de tali correctione cogitare potuit ipse. Sane in loco quem hic in margine notavit Spald. e Dialogo de corr. eloq. c. 24. conjungitur *larta et audentior oratio*: sed non minus commode *latior et audentior* his; cum laetum opponatur *arido*, latum *angusto*.

locis. Cave hunc ablativum eodem modo quo sequentes, *figuris*, *translationibus*, accipias et de locis oratoriis intelligas, uti fecit Gedoynus. Sic enim plane non apparet, cur *insurgere* potissimum *locis* dicatur orator. *Locis* dictum hic ut 9, 4, 83. de opportunitate. Demosthenes, orator alias minime tumidus, tamen, ubi opportunum est, et res poscit, insurgit. Fateor aliquanto negligentius Quintilianum hunc ablativum ceteris diversissimis miscuisse. Sed talem jam novimus nostrum: et hic tamen positus verborum, tenore juvandus, ambiguitatem tollit. „Non „*insurgit* locis? non *figuris* „gaudet?“

tacentibus. vid. not. crit.

Digitized by Google

quid. *Hyperides* Atticus? Certe. At plus indulsit voluptati. Transeo plurimos, *Lycurgum*, *Aristogitona*, et his priores, *Isaeum*, *Antiphontem*: quos, ut homines, inter se
25 genere similes differentes dixeris specie. Quid ille, cujus modo fecimus mentionem, *Aeschines?* nonne his latior, et audentior, et excelsior? Quid denique *Demosthenes?* non cunctos illos tenues et circumspectos, vi, sublimitate, impetu, cultu, compositione su-

ric. Flor. *aliquid. Pericles* Camp. *certe plus*, omisso *At*, Turic. Flor. Camp. Goth. (tac. Gesn.) c. Alm. Voss. 2. *c. aut p.* Voss. 3. Bern. Receptam contra vetustos illos defendo: nam aliter non recte procedit diverbii ratio. *et iis priores* Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Basil. praeter Tarvis. qui lepide *et diis p.* Mox *iseneum antephosita* Flor. (unde miror ex Turic. non enotatum *Antiphonta*). Sed *is eum* Guelf. verbis deinceps *Antiph.* — *similes* omissis. *Iscum* Goth. *quo sunt hom.* Voss. 1. 3. *genere dissimiles* Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Bad. qui ex Vall. correxit. *dixerat* Turic. Flor.

25. *facimus* Guelf. *nonne his — Demosthenes om.* Guelf. *iis* Jens. (tac. Gesn.) et edd. aliquot. *nonne cunctos* Jens. et edd. post. ante Gryph. exc. Bad. qui nostrum ex Vall. *num c.* Camp. *teretes* pro *tenues* Camp. *sublimitate vi* Goth. Jens. (tac. Gesn.) *in subl.* Voss. 3. *cultu*

ut homines. „Sicut homi„nes, quatenus homines sunt, „genere similes (e. g. Attici) „specie tamen (facie, corpore, „ingenio, cet.) differunt; ita „illos, quatenus oratores sunt „etc." Minime difficilem sensum non perspexerunt tamen Badius et Gedoynus.

25. *latior.* Cf. 11, 3, 50. et Spaldingii not. crit. ad 5, 14, 33. Quanquam non satis perspicio, qua mente ibi hunc nostrum locum laudaverit. Nam quod illic pro *lato* ex Obrechti conj. reposuit *laeto*, probo id quidem, sicut eandem mutationem e codd. admisimus supra 12, 9, 2: sed neque hic propositam eam in sche-

Digitized by Google

peravit? non insurgit locis? non figuris gaudet? non translationibus nitet? non oratione ficta dat tacentibus vocem? non illud 24

Turic. Flor. *non surgitio non f.* Turic. Flor. *n. surgit l. n. f.* Camp. *n. ingurgit l. nec f.* Guelf. *dat tacentibus vocem.* Sic Turic. Flor. Camp. c. Goth. Bodl. Jens. et edd. ante Vascos. 1542. teste Gesnero, acc. Gryph. 1544. Gibs. Obr. Roll. *datur* (sed *ur* per compend.) *dicentibus* Guelf. *dat carentibus* reliqui. Sed *tacentibus* esse etiam in mss. Burmanni, ex eo patet, quod tam misere editos ille circumspicit, qui dent *carentibus*; patetque simul, quam nulla usquam sit silentio ejus de mss. fides. Non negarim tamen *carentibus* in ms. quodam, a Gallandio fortasse, inventum. Sed immerito praelatam hanc scripturam contendo. Nimirum capti sunt viri docti elegantia quadam, quae illis videbatur, grammatica, qua verbum *carentibus* sine casu suo ante accusativum insertum est: cum tamen majori etiam elegantia *tacendi* verbum de voce carentibus usurparetur. Sed quid est cur proprium sensum hinc excludamus? Certe silentio hominum infacundorum, qui moesti astant, silentio indignantium, mirantium callidus orator utitur tanquam loquentium voce.

dis a viro optimo necessariam puto, neque in locis Ciceronis et Taciti, quos nostro in nota illa ad 5, 14, 33. adjunxit, de tali correctione cogitare potuit ipse. Sane in loco quem hic in margine notavit Spald. e Dialogo de corr. eloq. c. 14. conjungitur *laeta et audentior oratio*: sed non minus commode *latior et audentior* hic; cum laetum opponatur *arido*, latum *angusto*.

locis. Cave hunc ablativum eodem modo quo sequentes, *figuris*, *translationibus*, accipias et de locis oratoriis intelligas, uti fecit Gedoynus. Sic enim plane non apparet, cur *insurgere* potissimum *locis* dicatur orator. *Locis* dictum hic ut 9, 4, 83. de opportunitate. Demosthenes, orator alias minime tumidus, tamen, ubi opportunum est, et res poscit, insurgit. Fateor aliquanto negligentius Quintilianum hunc ablativum ceteris diversissimis miscuisse. Sed talem jam novimus nostrum: et hic tamen positus verborum, tenore juvandus, ambiguitatem tollit. „Non „*insurgit* locis? non *figuris* „gaudet?"

tacentibus. vid. not. crit.

Digitized by Google

jusjurandum per caesos in Marathone ac Salamine propugnatores reipublicae, satis manifesto docet, praeceptorem ejus *Platonem* fuisse? quem ipsum num Asianum appellabimus, plerumque instinctis divino spiritu vatibus comparandum? Quid *Periclea?* similemne credimus Lysiacae gracilitati, quem fulminibus et coelesti fragori comparant Co-
25 mici, dum illi conviciantur? Quid est igitur, cur in iis demum, qui tenui venula per calculos fluunt, Atticum saporem putent? ibi demum thymum redolere dicant? Quos ego existimo, si quod in his finibus uberius in-

24. *quem num*, omisso *ipsum*, Turic. Flor. Camp. Aegre tamen hoc adjecto caream. *appellavimus* Turic. Flor. —*amus* Camp. *Periclem* Guelf. Camp. *pericle afuisse nec credimus* Turic. Flor. Vix dubitari potest, in antiquioribus, unde haec fluxerunt, fuisse: *Quid Periclem? afuissene credimus a Lysiaca gracilitate?* enclitica *ne* nota figura pro *nonne* posita. Sed haec nolui lectoribus obtrudere, antequam de aliorum etiam codicum scriptura constaret. Nam Burmanno de omnibus suis hic tacenti *fidem* habere nequeo. In forma accusativi nominis *Pericles* cf. 11, 3, 178. 12, 2, 22. it. 10, 1, 80. et ibi Turic. *fragore* Flor. Guelf. *convicientur* Jens.

25. *Quod est* Turic. Camp. *quid enim* Guelf. Mox *quod in his* Camp. Basil. *his* etiam Guelf. Sed *quod in iis* Ald. et edd. plerique post. ante Stoer. *venulae* Guelf. *pro cale.* Camp. *per calsas* Turic. Flor. sed *callus ex Alm. putant* Guelf. *ubi dem* Turic. Flor. c. Alm. (nisi quod ex hoc junctim). *sibi demum* Voss. 1. *iis finibus* Tu-

24. *jusjurandum.* vid. ad 9, 2, 62. In enthusiasmo autem hujus Demosthenei loci, *Platonem* agnoscit Qu.

similemne. v. not. crit.

fulminibus. vid. 2, 16, 19. 12, 2, 22. Conferatur etiam Cic. de Orat. 3, 34. unde, ut

Digitized by Google

venerint solum, fertilioremve segetem, negaturos Atticam esse, quod plus, quam acceperit, seminis reddat; quia hanc ejus terrae fidem Menander eludit. Ita nunc si quis 26
ad eas Demosthenis virtutes, quas ille summus orator habuit, tamen quae defuisse ei,

ric. Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Basil. *fertiliorumve* Turic. Flor. *fertilitatem ve* Camp. *negaturis acticam* Guelf. *reddant* Turic. Flor. *hanc hujus ejus terrae* iid.

26. *Ita nunc si quis ad.* Sic Turic. Flor. Camp. Ald. *I. s. q. nunc ad* Alm. Voss. 1. 3. *I. nunc s. q. nunc ad* Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Ald. (in Locat. err. Burm.) *Itaque nunc s. q. ad* Guelf. Obr. *Itaque nunc s. q. nunc ad* Bad. *Itaque s. q. nunc ad* reliqui. In illis *Ita et Itaque* v. Goerenz. ad Cic. Leg. 2, 2, 5. (p. 111.) In nostro loco forma *Ita* indignationem adjuvat. Neque ignavum est anteversum illud *nunc.* *tamen quae de ge-*

monet Spald. formam hujus observationis sumpsit Qu.

25. *negaturos Atticam.* „Re„cte sane illi," dicant tirones. Qui monendi sunt verbum *negare* hic in duo sua, ut plerumque, elementa resolvendum esse „*Dicent* (nec sine „contemptu illi), *non* tamen „esse hic Atticam."

hanc — fidem Menander. „*Fides certa segetis* ap. Hor. „Od. 3, 16, 30. non minus „quam *fundus mendax* apud „eundem Od. 3, 1, 30. nota „sunt. Sed et Plinius Paneg. „32, 4. *fallacem unius anni „fidem* de sterilitate Aegypti „dixit. Menander jocatus vi„detur in *fidem terrae Atti„cae*, quae depositum cum fi„de, licet non cum fenore, „reddat. Sterilem enim fuisse „et apibus quam vervecibus „aut bubus opimis commo„diorem, eaque de causa πενίας „non minus quam παιδείας „συντρόφους Atticos, pervul„gatum est." Gesner.

26. *Ita nunc.* v. not. crit.

tamen quae. Transponere interpretando possis has voces: sed melius *tamen* sollemni usu accipias pro *certe, saltem.*

Digitized by Google

sive ipsius natura, seu lege civitatis videntur, adjecerit, ut affectus concitatius moveat, audiam dicentem, *Non fecit hoc Demosthenes?* et si quid exierit numeris aptius; fortasse non possit; sed tamen si quid exierit, non erit Atticum? Melius de hoc nomine sentiant, credantque *Attice dicere esse*
27 *optime dicere.* Atque in hac tamen opinione

nere sive Turic. Flor. c. Alm. Mira variatio: in qua quid lateat, sive quomodo ex aptissima utique vulgata nasci potuerit, plane non assequor. Pro *ei* autem *et* Guelf. c. Voss. 3. *seu.* Sic Turic. Flor. Guelf. *sive* reliqui. *viderent* Turic. Flor. c. Alm. *audeat* iid. *audiat* Camp. c. Voss. 2. *si quid numeris exierit* Guelf. Camp. Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 1. 3. *nisi quod hi muneris.* Ob homoeoteleuton autem verba *aptius* — usque ad alterum *exierit* om. Guelf. c. Voss. 1. 3. Sed pro *exierit* bis *dixerit* Turic. Flor. c. Alm. quod quamvis fiare possit, e mendo tamen natum judico, tum incredulus caeco casui Persii imitatori (vid. not. exeg.), tum variationem agnoscens in bifaria relatione: *adjecerit* — *fecit* — de oratore; *exierit* — *erit* — de voce.

lege civitatis. vid. ad 2, 16, 4.

et si quid exierit. Non de nihilo est quod Badius monet, alludere nostrum ad illud Persii *Non ego cum scribo, si forte quid aptius exit: Quando haec rara avis est: si quid tamen aptius exit, Laudari metuam.* Nam quem poetam illo 10, 1, 94. elogio ornat, cujusque et versus et verba toties in medium profert; quidni eleganti etiam allusione loco ejus memoriter omnibus noto utatur? Add. not. crit.

Attice — optime dicere. Dissimilis aliquanto, ut observat Valla, est Ciceronis sententia Brut. 84. *ita fiet, ut non omnes qui Attice iidem bene, sed ut omnes qui bene iidem etiam Attice dicant.* Sed Cicero priori loco siccos illos et jejunos Atticorum imitatores notat. Cf. totum caput, et de Opt. Gen. Orat. 4.

27. *in hac tamen.* Nos diceremus *in illa:* respicit enim

Digitized by Google

perſeverantes Graecos magis tulerim. *Latina* mihi *facundia*, ut inventione, diſpoſitione, conſilio, ceteris hujus generis artibus ſimilis Graecae, ac prorſus diſcipula ejus videtur; ita circa rationem eloquendi vix habere imitationis locum. Namque eſt ipſis ſtatim ſonis durior: quando et jucundiſſimas ex Grae-

27. *magis graecos* Goth. (tac. Geſn.) *disputatione* ›onſilio Guelf. *caeterisque* Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. poſt. inte Stoer. *diſciplina ejus* Guelf. Exc. Sant. Goth. Camp. *nutationis locum* Camp. c. Voſſ. 3. *eſt ipſis ſta*-*im ſonis*. Sic Turic. Et *ipſis* quidem eſt in omnibus et criptis et edd. ante Obr. qui primus e conj. repoſuit *pſi*, quod ratio ſane flagitabat; cum ſummo, praeter Tu-ic., conſenſu omnes qui quidem diligenter inſpecti ſunt lent *ſonus*; et correctio *dulcior* pro *durior*, qua ad Grae-os haec referuntur, mera ſit correctio. Hanc Badius pri-nus, ſed tacitus, quod miror, invexit; ut ex Vallenſi co-ice, quem Valla correxerat, ſumpſiſſe videatur: eamque ervarunt edd. ante Stoer. accedente Gibſ. Ita ferri qui-em poterat ſermo; inconcinnior tamen in his „eſt *ipſis* —: quando — non *habemus*". Turicenſis ſcripturae praeſtan-

imiam illam tenuitatis lau-em. Sic paulo ante *hanc fi-em* non reſpiciebat proxime raecedens *plus* — *reddat*, ſed lud de terra Attica judicium, b quod dixerat *negaturos* et.

durior: quando et jucundiſ-mas. Primaria forma cogi-tionis erat: „Latina facun-dia ſonis durior eſt: quan-doquidem *et* jucundiſſimas Graecorum litteras non ha-bemus, *et* triſtes quasdam habemus." Mox altera parte aliter conſtituta, prius illud *et ἀναπαίδευτον* relictum eſt.

jucundiſſimas — litteras. Has eſſe υ et Φ, non per exempla tantum (quae depravata huc-usque lecta ſunt, v. not. crit.), ſed certius ex iis patet quae de littera F mox ita ſub-jicit Qu. ut neceſſario cum his vinculo conjungantur. Certe illis qui de littera Z hic cogitabant, hoc etiam, ut rec-te monet Geſner. „obſtabat, quod haec littera in latinam nullam, „qua Graecia careat", transit.

Digitized by Google

cis litteras non habemus, vocalem alteram, alteram consonantem, quibus nullae apud eos dulcius spirant: quas mutuari solemus, 28 quoties illorum nominibus utimur. Quod cum contingit, nescio quomodo hilarior protinus renidet oratio, ut in *Ephyris* et *Zephyris*. Quae si nostris litteris scribantur,

tiam demonstrare supersedeo. Illud adhuc moneo, in Goth. Jens. (tac. Gesn.) hoc ordine scriptum esse *ipsis esi statim*: et sic in omnibus meis ante Stoer. E scriptis nostrum ordinem servare Turic. Bern. diserte monemur: de ceteris non liquet. Florentini autem hic nulla omnino mentio, ut videri possit dare *ipsi*: nisi verisimilius esset hoc minutum effugisse magnam alias collatoris diligentiam. *literis* Goth. Ante *litteras* autem edd. aliquot ap. Burm. et Gesn. quibus adde Gryph. 1544. inserunt *v et ζ* ex interpret. Mox *alteram* semel positum in Flor. Jens. et aliquot post. *dulcis spirant* Flor.

28. *cum contigit* Turic. Flor. c. Alm. levissimo inter apicem et punctum discrimine. Aptius autem praesens. Nam *dum pronunciantur* litterae, effectus ille sentitur. *necessio* Turic. Flor. *quomodo hilarior.* Sic Turic. Flor. Goth. Camp. et edd. ante Gryph. *velut* inserunt reliqui. Pro *renidet* Goth. *re* cum vacuo spatio, ut in Voss. 2.; sed in illo spatium pro syllabis *nidet* nimium. At verbum receptum tuentur optimi libri. *Ephyris et Zephyris. Quae.* Sic, nisi quod utrumque nomen per I, Turic. Flor. quorum posterior voculam *quae* hac forma, *que*, alteri nomini annectit. *Zephyris zephirisque* ex Alm. Voss 2. non referente Burmanno, an novum *quae* sequatur: credo tamen: nam sic in Goth. *Zephyris zephirisqe*

nominibus. De propriis, non solis quidem, sed imprimis tamen cogitandum et hic et §. 33.

28. *Ephyris.* Populi nomen intelligo; quanquam nil impedit *Ephyras* etiam urbes cogitare.

Quae, litterae graecae. *nostris litteris*, V et F: sicut fit in *fue, mure, Camis; fame, fure, ferendo etc.*

Digitized by Google

ſurdum quiddam et barbarum efficient, et velut in locum earum ſuccedent triſtes et horridae, quibus Graecia caret. Nam et illa, 29

quae (tac. Geſn.). *Zeph. Zophyris quae* Guelf. *Zephiris zophyrisque. Quae* Camp. Gryph. 1544. (ſed hic utrumque per Y). *Z. zopyrisque quae* Jenſ. et edd. poſt. ante Gryph. 1544. Ex Voſſ. 5. *Zephyri* affertur pro priori nomine, altero non memorato. *Zephyris et Zopyris, quae* reliqui ex edd. meis inde a Stoer. Apparet nomen *Zopyris* ferp nulla niti auctoritate, niſi in uno alterove forte eorum mſſ. qui ſilentur ita ſcriptum eſt. Fons autem corruptelae manifeſtus. Nam nomine *Ephyris* in repetitis illis Zephyris ſemel oblitterato, ſenſim inde enati ſunt *Zopyri*, juvante ſimul falſa opinione, alteram litteram eſſe Z. Quod cum e ſeqq. non ita eſſe appareat; nihil ineptius fingi poteſt illis *Zopyris*, qui unam tantum ex illis litteris praebent et ſimilitudine tamen praecedentis nominis in errorem illum de littera Z lectorem inducunt. Eſt itaque hic unus e ſplendidioribus locis, ubi e ſolis optimis illis libris inſignis Quintiliano medela facta eſt. Spaldingius et ego, ante inſpectos illos, nobis perſuaſeramus, *Zephyros* ſolos hic a Qu. nominatos eſſe. *ſurdum quiddam et b. e. ſonum* Turic. Flor. c. Bodl. Voſſ. 2. Vall. Bad. Baſil. et aliquot ap. Burm. et Gibſ. acc. Camp. niſi quod hic dat *quidam*, unde Jenſ. et qui eum ſequuntur faciunt *quidem*. Primariam illam ſcripturam non male tuetur Bad. diſtinguendo poſt *quiddam*, et illud *et* interpretando *id eſt*. Inficeta tamen remanet compago: et longe rotundior ſermo eſt in recepta, quae bonis et ipſa nititur libris. Videtur itaque vox *ſonum* vetus eſſe interpretamentum. *et velud* Turic. *ſed v.* Guelf. Camp. Goth. (tac. Geſn.) c. Voſſ. 2. *ſuccedere* Turic. Flor. c. Alm. *ſuccedunt* Guelf. Camp. Goth. Jenſ. et poſt. ante Gryph. exc. Ald. *ex horride* Camp.

29. *Nam et illa.* Sic Turic. Flor. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Baſil. acc. Gryph. Gibſ. Obr. Reli-

29. *Nam et illa.* Conjunctio *et* reſpicere mihi videtur vocalem V, cujus ſurdum et triſtem ſonum cum extra omnem controverſiam poſitum cenſeret Qu., de ſola F

quae eſt ſexta noſtrarum, paene non humana vocé, vel omnino non voce potius, inter diſcrimina dentium efflanda eſt: quae, etiam cum vocalem proxima accipit quaſſa quodammodo, utique quoties aliquam conſo-

qui *et* omittunt. Cum tamen ratione hic non careat particula neque temere facile in optimos libros irrepere potuerit, reducendam putavi. *quae eſt ſexta.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *q. ſ. e. edd.* inde a Jenſ. *non vocem* Flor. *afflanda* Turic. Flor. *deflat* Guelf. Exc. Sant. verbo *eſt* ad ſequentia relato. *etiam cum non vocalem* Goth. (tac. Geſn.) *c. non v.* Guelf. *proxima.* Sic Turic. Flor. Voſſ. 5. Bern. et ſic Gibſ. (non Leid., err. Burm.) tacite, ſed optimo judicio: reliquorum enim ſcriptura *proximam*, ſi recte attendis, ſenſu caſſa eſt. *et utique* Camp. *conſonantem.*

haec addit, *et illam* ingratiſſimam eſſe dicens. — Nimia autem haec vituperatio cum in hodiernam plurimarum gentium ejus litterae pronunciationem minime cadat, apparet aliquid peculiare fuiſſe in F Latinorum; et in eo ſolo fortaſſe quaerendum illud inter *Ph* et *F* discrimen, quod hodie non obſervamus.

vocalem proxima accipit — —, conſonantem frangit. Frangi dictam litteram *r* in hoc ipſo verbo *frangi* ex hoc loco et altero illo 1, 4, 12. liquido demonſtrarunt Geſner. et ad illum locum Spaldingius. In eo autem erraſſe mihi videntur ambo, quod ſonum meſsio quem nobis incognitum, quique in quibusdam modo talibus juncturis accidat, hoc verbo indicatum putarunt. Veteres, ut ex grammaticorum lectione patet, nullam litteram integra ſua vi et puram ſonare cenſebant, niſi quae aut inciperet vocem aut proxime praemiſſam haberet *vocalem;* ut conſonantes *r*, *t* in vocibus *re*, *te; ara*, *late.* Contra *conſonans* quaeque litteram ſequentem *accipere* credebatur, ita ut velut partem poteſtatis ejus in ſe reciperet, neque integra haec ſonaret. *Impurae* itaque fiebant poſtpoſitae illis litterae, ut in vocalibus pervulgatum eſt: ſed de conſonantibus etiam dicebatur, eas vel καθαρεύειν vel non, hoc eſt vel ab alia conſonante praecedi vel non.

Digitized by Google

nantem frangit, ut in hoc ipso *frangit*, multo fit horridior. *Aeolicae* quoque litterae, qua *servum cervum*que dicimus, etiamsi forma a nobis repudiata est, vis tamen nos ipsa persequitur. Duras et illa 30 syllabas facit, quae ad conjungendas demum

Sic Turic. Camp. c. Alm. Voss. 2. Jens. et edd. ante Ald. ecc. Bad. Basil. Vidov. *consonantium* reliqui. *frangit, u. l. h. i. frangit.* Pro his verbis ob homoeoteleuton unicum verbum *frangit* legitur in Turic. Flor. (nisi quod hi *fringit*) c. Alm. et edd. inde a Locat. fere omnibus, exceptis Vascosan. 1542. Gesn. Bip. Vid. ad 1, 4, 11. *coolicae* Guelf. *si* pro *etiamsi* id. *vis tamen non sonus ipso persequitur* Turic. c. Alm. it. Flor. Camp. nisi quod hi *prosequ.* et Camp. *vix* pro *vis*. Sed *vix tamen nos ipsa* Jens. Parv. Locat. Ven. *vis t. ipsa nos* Guelf. *vix t. nos so-*

Hanc igitur a praecedente consonante velut imminutam notestatem exprimit Quintilianeum illud *frangi*: frunturque e. g. litterae *t* et *r* in vocabulis *ptera, pro, frano*. Hoc itaque dicit Qu. litteram F jam tum quassam quodammodo sonare, cum vocalem *proxima accipit* i. proxime antecedit; sed multo horridiorem fieri, quoties aliquam *consonantem frangit* i. quoties inter eam et vocalem alia consonans intercedit.

vis — persequitur. Cf. not. crit. In re autem cf. 1, 4, 7. Displicuisse autem videtur Quintiliano V consonantis sonus nonnisi cum, ut in allatis exemplis, consonans alia proxime praecederet.

30. *et illa.* Q litteram indicari exemplis patebat; addere opus non erat. Itaque obsequiosos nos non invenit imperium illud G. I. Vossii de A. G. 1, 22. ipsam litteram loco pronominis *illa* reponere jubentis: satis pinguiter.

ad conjung. — al. supervacua. Littera Q sua ipsius vi nil differt ab illa C: supervacua igitur foret, nisi indicio esset, subjectam sibi V cum altera vocali conjungendam esse; ut in illis QVI et AQVAM; quae si C littera scribantur, distinctis vocalibus sonent CVI, ACVAM.

Digitized by Google

subjectas sibi vocales est utilis, alias supervacua; ut *equos* hac et *equum* scribimus; cum etiam ipsae hae vocales duae efficiant sonum, qualis apud Graecos nullus est, ideo-
51 que scribi illorum litteris non potest. *Quid?* quod pleraque nos illa, quasi mugiente, littera cludimus *M*, qua nullum Graece ver-

xus ipse effecit Ald. quo sensu, nescio. Videtur fuisse: *vis tamen nos et sonus ipse persequitur.*

50. *utilitas alias* Turic. Guelf. c. Voss. 1. 3. Bern. Quod autem vocem *utilis* in vet. codice omitti notatur in marg. Bas. ad vocalem *ut* referendum videtur. Hanc enim omittunt Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. c. Voss. 1. 2. 3. sed est in Bern. et fortasse in Alm. (vid. mox) *neque carere ea possumus.* *ut equos hac et equum.* Sic plene et diserte scriptum affertur ex Bern. *equos h. e. ecum* Turic. (e Flor. *et equum* tantum enotatum, sed ita ut incertum sit, *ac* praecedat, necne), *equos hac ecum* Guelf. *e. haec et aecur* Voss. 1. 3. *e. aeque cum* Camp. *e. aeque cur* Goth. Voss. 2. *ut equos ac equum* reliqui; sed nullus, opinor, ms.: nam quod Alm. in omnibus his *ut — equum* plane siletur, Burmanni aut Almeloveni indiligentiae tribuo. Mendoso autem illo *ac* ope nunc optimorum *librorum* levamur. Illud tamen incertum remanet, *dederitne* ut nos Qu., an *equos hac et aequum.* Sed cum diversae tantum post *u* vocales ostendi debuerint, quod in uno nomine *equus* fieri poterat, nihil quod non opus esset novare volui. *etiam ipsae.* Sic Turic. Flor. Camp. Guelf. Goth. (tac. Gesn.); inverso ordine reliqui. *hecales duo* Flor. *haec v. d.* Guelf. *vocales d.* omisso pronomine Alm. Jens. (tac. Gesn.) et edd. post. ante Stoer.

51. *quidquid* Turic. Flor. (uti et mox). *quod* Guelf. *quasi ignorat vitam cludimus* Turic. Flor. c. Alm. *cadimus* Jens. et edd. ante Basil. exc. Ald. *elidimus* Basil. ex mala, ut videtur, emendatione. *in qua* (pro *M, qua*) Turic. Flor. Guelf. Goth. (a pr. m., err. Gesn.) Camp. cum Alm. Voss. 2. 3. Bern. Jens. et post. ante Bad. Nostram praeter Goth. qui voci *in* superscriptum habet *f. m.* hoc

Digitized by Google

bum cadit: at illi *ny*, jucundam, et in fine praecipue quasi tinnientem illius loco ponunt, quae est apud nos rarissima in clausulis. Quid? quod syllabae nostrae in *B* litteram et *D* innituntur adeo aspere, ut plerique non antiquissimorum quidem, sed tamen veterum, mollire tentaverint, non so- 32

est *sive M*, e scriptis solus dare videtur Voss. 1. *ny*. Sic Turic. *nr* Flor. *N. T.* ex Bern. *vu* Guelf. *enim* (natum ex male intellecto *n*) Camp. Ven. *n* vel *N* reliqui, praeter Jens. qui plane omittit (tac. Gesn.). Poterat videri utramque litteram non posuisse Qu. contentus illo mugitus et tinnitus indicio; qua ratione priori loco scribendum esset *in quam* (cf. 33.). Sed cum hunc accusativum nullus omnino liber praebeat, ablativus autem sine praepositione verbo *cadere* in hac terminandi significatione supra etiam 9, 3, 79. haereat: a libris omnino standum est. *illius colunt quae* Turic. Flor. c. Alm. *rarissimum clausulis* Turic. Flor.

32. *quid syllabae* Goth. *in B litteram et D innituntur*. Hanc receptam tuentur Turic. Flor. nisi quod ille dat *innii tuentur*, hic *innituentur*. Sed Guelf. Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Ald. *in* omittunt, servatis ceteris (in Locat. err. Burm.): eadem porro praepositione omissa Voss. 2. *littera — immittuntur*, Goth. *litteram — immittuntur*. *antiquissimum* Turic. Flor. *antiquorum* Jens. et post. ante Bad. *molire* Flor. *molliore* Guelf. c. Voss.

32. *syllabae nostrae*. Hoc ne universe nimis dictum putes, observandum, ex ingenio linguae latinae ita etiam intelligi posse: „sunt nobis syllabae quae —".

ut plerique — — S subjiciendo. Haec scriptura, qua saniorem ex varietate librorum non expiscaris, habet tamen in quo haeseris, haeseruntque revera viri docti: ut statim in eo, quod forma *aversus*, quae vulgaris est, videtur veteribus tribui. At ego hoc dicere nostrum existimo: antiquissimos quidem forma *abversus* usos esse; tamen jam veteres fuisse qui primi vocem illa ratione mollierint.

Digitized by Google

lum *averſa* pro *abverſis* dicendo, ſed et *in* praepoſitione *B* litterae abſonam et ipſam *S* ſubjiciendo. Sed accentus quoque, cum ri-

1. 3. Bern. *averſa pro abverſis.* Hanc, quam in Leid. primum invenio, ſcripturam et ipſam tuentur Turic. Flor. *verſa pro abverſis* dantes, unam litteram omittentes, quam ratio ſupplet. Quin, ſi Burmanni (qui edd. hic tantum memorat) ſilentio fides, mſſ. ejus integram dant receptam; praeter Bern. ex quo *adverſis* affertur; et ſic (*averſa pro adverſis*) Camp. etiam et Ald. *adverſa pro adverſis* Guelf. Goth. 2. Jenſ. Tarv. Baſil. (Locat. Ven. per ſphalma om. *pro adv.*) *aſverſa pro abverſis* Bad. cum hac nota: „averſa pro adverſis ſic Aldus. Vallenſis autem pro abverſis: quod ſequar.“ Vides eum ex Vall. voluiſſe dare noſtram. *aſverſa pro adverſis* de meis Gryph. Stoer. Chouet. Ceteros vid. ap. Burm. et Geſn. *praepoſitionibus litterae* Turic. Flor. *adſonam* Goth. 2. *ipſam f ſubjiciendo* Flor. Guelf. cum Goth. 1. 2. Vall. Voſſ. 2. Bodl. Joann. Camp. et edd. ante Ald. acc. Baſil. et aliquot ap. Burm. *i. P ſ.* Kapp.

Poſterius porro exemplum cum nemo non de praepoſitione *abs* intellexerit, Geſner. miratur, quomodo ope *abſonae* litterae molliri poſſit ſyllaba, et cur abſona ſit S. Verum hoc eſt nodos quaerere, quanquam non fortaſſe in ſirpo. *Abſona* enim non per ſe dicitur S, ſed in hac cum B conjunctione; quam tamen non ita aſperam putarunt, ut aſperior ille in B exitus ea non molliretur. Quod autem dicit *in praepoſitione*, quaſi non etiam *a*, *ab*, ſit praepoſitio, hoc ita explico. In priori illo exemplo non cogitabat Qu. niſi de compoſitis, in poſteriori de ipſa dictione *abs*, hoc eſt, de praepoſitione. Nam grammaticis praepoſitio eſt pars orationis, non pars vocabuli. Porro varietatem *a*, *ab*, quatenus et ipſa eſt in parte orationis, non molliendi ſtudio natam ſed originariam, adjectionem autem litterae S acceſſoriam credidit noſter. Quod autem in compoſito *averſus* ſtudium molliendi agnovit, illud in cauſa erat, quod antiquiſſimos nonniſi *abverſus* dixiſſe aut ſciebat aut ſcire videbatur. Hanc certe loci noſtri explicationem conjecturis virorum doctorum quae apud Burmannum et Geſnerum viſuntur omnibus praefero.

53. *rigore.* Hunc in ipſa pronunciationis latinae, quam

Digitized by Google

gore quodam, tum ſimilitudine ipſa, minus
094 ſuaves habemus; quia ultima ſyllaba nec
acuta unquam excitatur, nec flexa circumdu-
citur, ſed in gravem, vel duas graves cadit
ſemper. Itaque tanto eſt ſermo Graecus La-
tino jucundior, ut noſtri poëtae, quoties dulce
carmen eſſe voluerint, illorum id nominibus
exornent. His illa potentiora, quod res plu- 54
rimae carent appellationibus, ut eas neceſſe
ſit transferre, aut circumire: etiam in iis,
quae denominata ſunt, ſumma paupertas in
eadem nos frequentiſſime revolvit: at illis
non verborum modo, ſed linguarum etiam
inter ſe differentium copia eſt. Quare qui 55

55. *ſuaves aſ ab ejus* Turic. Flor. *integra* pro *in gravem* Guelf. *dulce tamen eſſe* Turic. Flor. c. Alm. *voluerint.* Sic Turic. Flor. Camp. *voluerunt* reliqui.

54. *potentia* Turic. Flor. c. Alm. *quod non res* Turic. Flor. c. Alm. (an *nobis?* cf. §. 38.) *quo res* Voſſ. 1. 3. *neceſſit* Flor. *in his quae* Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. aliq. *dominata* Turic. Flor. *damnata* Jenſ. (tac. Geſn.) et poſt. ante Ald. *differentiam* Flor.

55. *quare aliqui lationis* Turic. Flor. c. Alm. *q. qui latinis* Vall. Apparet ſyllabas *ali* in vetuſtorum ſcriptura natas ex illo *aſ*, quibus remotis remanet ſcriptura fere Vallenſis, quam non ſequor tamen, licet exempla talis ſtru-

hodie non audimus, natura ſitum puto. De ceteris cf. 1, 5, 30. 31.

ſed in — cadit ſemper. An negligentius locutum Quintilianum dicamus? an *vox* inſerendo poſt *graves* locum emendemus?

54. *quae denominata ſunt.* Cf. 8, 2, 4. Male Geſner. videtur intellexiſſe de adjectivis *a nomine deflexis.* Sed bona exemplа poſuit ejus-

Digitized by Google

a Latinis exiget illam gratiam ſermonis Attici, det mihi in eloquendo eandem jucunditatem, et parem copiam. Quod ſi negatum eſt, ſententias aptabimus iis vocibus, quas habemus, nec rerum nimiam tenuitatem, ut non dicam pinguioribus, fortioribus certe verbis miſcebimus, ne virtus utra-
86 que pereat ipſa confuſione. Nam quo minus adjuvat ſermo, rerum inventione pugnan-

cturae lexica nobis offerant. *exigis* Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum edd. ante Stoer. *loquendo* Turic. Flor. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) c. edd. ante Baſil. acc. Gryph. 1544. Infra §. 59. eandem varietatem praebent Flor. Guelf. Goth. Camp. c. Voſſ. 1. 2. 3. et edd. ante *Ald.* acc. *Bad.* Colin. Sed *eloq.* verum utrobique, ſicut ſupra §. 27. et 8 Pro. 17. et aliis locis, ubi nulla varietas. *ſententiis* Turic. Flor. *aptavimus* Turic. *his* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *vocimus* Turic. *et non dicam* Turic. *fortioribus* om. Turic. Flor. c. Alm.

86. *adjutoriam ſermo* Turic. Flor. c. Alm. Vereor ne non temere ita varietur; nam *adjutoris* et *adjutorii* vocabulis ſaepius utitur Qu. Sed nihil exculpere poſſum quod receptae ſit praeferendum: ut ſi ne litterula quidem mutata poneram: „Nam quo minus adjutor jam ſermo“: niſi *adjutorem eſſe* melius forte facultatem adjuvandi exprimit, quam verbum ſolum. Sed iſtis non confido. *inventio* Flor. *inventione rerum* Camp. *minus* iterum, pro

modi copiae vocabulorum Latinis negatae e Xen. Mem. Socr. 3, 1, 6. et 3, 3, 9.

85. *nec rerum — — ipſa confuſione.* Latini penuria propriorum verborum translatis ſere et fortioribus et tantum non pinguibus uti coguntur. His itaque ſi res et ſententiae nimium tenues proferantur, confuſio quaedam oriatur, qua utraque virtus, et proprietas ſermonis et pondus ſententiarum pereat.

86. *adjuvat ſermo.* vid. not. crit.

Digitized by Google

dum est. Sensus sublimes variique eruantur. Permovendi omnes affectus erunt, oratio translationum nitore illuminanda. Non possumus esse tam graciles: simus fortiores. Subtilitate vincimur: valeamus pondere. Proprietas penes illos est certior: copia vincamus.

erum, ponit. Guelf. Exc. Sant. *variique; sens. subl.* *r.* Bern. *f. f. varii e.* Locat. Ven. Obr. perperam. *il-um. est* Goth. Jens. (de hoc tac. Gesn.) c. edd. ante Bad. *icc.* Basil. *tamen graciles* Turic. Flor. *vincamur* iid. *va-emus* Guelf. c. Voss. 1. 3. *proprietates* Flor. *pro-prietatis* Guelf. Alm. Jens. c. edd. post. (exc. Ald.) ante Stoer. in quibus totus locus, arrepta scriptura *ingenio*, quae tamen non est in Guelf.) ita constituitur: *proprie-tatis — certior copia: vincamus ingenio. Graecorum etiam minora suos portus habent* etc. Hanc scripturam nostrae ideo praefert Badius, quod *copiam* paulo ante ejuraverit Quintilianus ipse. Sed quid? Graecosne a Romanis vinci ingenio dixerit idem? idque subabsurde in forma imperativa? Ut taceam de hac ceterorum verborum explicatione: „Graecorum etiam minora sc. opera, dicta aut inventa:

Proprietas — vincamus. Proprietas cum in laude oratoris ponitur, alia esse nequit nisi facultas utendi verbis cujusque rei propriis; cf. 8, 2. init. Illa *certior* est, quando rarius destituimur ejusmodi verbis. *copia vincamus*, idem est ac si dixisset „sit nobis „certior copia." cf. 10, 6, 6. Quod ideo monemus, ne cui videatur e codicum vestigiis reponendum *certior: certiore —*. Ita enim vel hoc ipsum *certiore* vel illud *vincere* supervacuum esset, quod maximum est in ejusmodi antithetis vitium. *Copia* autem cum absolute in oratore nominatur, est *copia dicendi*, non copia verborum: nam paulo ante §. 55. ubi *copia* de copia verborum dictum erat, proxime praecesserat *in eloquendo*, quod ad verba spectat (cf. §. 27.), sicut *dicere* ad res. Quanquam solitam hic nostri scriptoris in talibus negligentiam non dissimulo. Cujus gratiam si feceris illi, aptissime utique *proprietas* et *copia* hic componuntur. Haec enim certiores facit, *quid*, illa, *quomodo* dicamus.

Digitized by Google

87 Ingenia Graecorum, etiam minora, suos portus habent: nos plerumque majoribus velis moveamur, validior spiritus nostros sinus tendat. Non tamen alto semper feremur: nam et litora interim sequenda sunt. *Illis* facilis per quaelibet vada accessus: ego aliquid, non multo tamen, altius, in quo mea 88 cymba non sidat, inveniam. Neque enim,

„hoc est, Graecos etiam tenuia dicta decent.“ *certiore* (jungendum voci *copia*) Vall. Goth. Voss. 1. 2. 3. quod habet quo se tueatur: cf. not. exeg. sed recepta scripturae fidejussores optimos habet Turic. Camp. Ald. nisi in Turic. forte niendum *proprietates* fugit diligentiam Ulrici.

87. *ingenio* ex Alm. et ita edd. multi: vid. paulo ante. *suos partas* Turic. *movemur* Turic. Guelf. Camp. Stoer. quo admisso periret necessaria in talibus concinnitas, tertia propositione inter duo antitheta inserta. *nostros si non tendat* Turic. *sinus n. t.* Goth. Jens. (tac. Gesn.) et post. ante Stoer. *feremus* Flor. *illi facilis* Turic. Flor. Guelf. c. Bern. *non dat* Camp. *non confidat* Jens. et post. ante Obr. exc. Ald. qui *confidat non inveniam?* e conjectura nimirum. *inveniat* Turic. Flor.

87. *suos portus habent*: non ubi tuta sint, ut malo Gesner.: nam sic plane non appareret, quid sibi velit illud *etiam* in minoribus navigiis: sed portus hic sunt emporia, ubi ob merces quas advehunt acceptae semper sunt naves, et acceptiores quo majores et locupletiores. Eatenus igitur recte Gesner., quod de „gloria, certe gratia“ haec interpretatur, quae vel minoribus ingeniis non desit. *moveamur*. cf. not. crit.

ego — inveniam. Romanis etiam licebit tenui illo orationis genere uti (litora sequi); ita tamen ut ob illa linguae suae impedimenta majore circumspectione et dexteritate utantur (non nimis prope accedant, paulo *altius* ad evitanda brevia et scopulos vehantur), quam necesse est naturali Atticorum gracilitati.

Digitized by Google

si tenuiora haec ac pressiora Graeci melius, in eoque vincimur solo, et ideo in comoediis non contendimus, prorsus tamen omittenda pars haec orationis; sed exigenda ut optime possumus: possumus autem rerum et modo et judicio esse similes: verborum gratia, quam in ipsis non habemus, extrinsecus

38. *se tenuiora* Guelf. *eo quo* Goth. (tac. Gesn.) *non omittenda* ex Alm. et ita (emendante, ut sibi videtur, Merula) Locat. Ven. Basil. Gryph. et al. ap. Burm. Sed illud attendendum, quod Pithoeanus ille Dan. (v. ad 6, 2, 11.) hic suadet *nobis* pro *non* (cf. §. 34.), fortasse e mss. cf. not. crit. ad 10, 1, 124. Mox alterum *possumus* om. Turic. c. Alm.: sed *possimus* affertur pro altero (priori opinor) e Flor., pro ambobus e Voss. 2. *opus sumus autem* Guelf. c. Voss. 3. *rerum modo et in jud.* Sens. et post. ante Bad. *r. modo et j.* Obr. *gratia* om. Turic. Flor. c. Alm. *qua in* Goth. (tac. Gesn.)

38. *prorsus tamen.* Particula *tamen* ad negationem referenda. „Nam, si Graeci melius, non tamen prorsus nobis omittenda —."

verborum gratia — condienda est. Sensus manifestus. Gratia, quae verbis ipsis non inest, extrinsecus, i. actione potissimum, illis concilianda sive compensanda est. Hoc quam apte exprimatur *condiendi* verbo, sponte patet; et ipsum jam Qu. supra 11, 3, 182. de actione verba juvante usum eo vidimus. Haeserunt tamen omnes hic in eo, quod ipsum condimentum hic videatur dici condiendum. Quare varie tentatus est locus: sed frustra: nam certissima est loci explicatio, in quam digitum mihi intendit Boeckhius meus, gratiam hic sibi videri dicens esse illud *quod efficitur condiendo.* Verissime. Est enim gratia neque cibus, neque condimentum, sed sapor. Jam *cibos* quidem *condire* dicitur coquus: sed quis non ferat eundem etiam dicentem „ego tibi hodie hujus cibi „condiam saporem novum ju„cundissimum"?

Digitized by Google

89 condienda est. Annon in privatis et acutus, et non asper, et non indistinctus, et non supra modum elatus M. Tullius? non in M. Calidio insignis haec virtus? non Scipio, Laelius, Cato in eloquendo velut Attici Ro-

concidenda Guelf. Jens. Tarv. *condicenda* Locat. Ven. Bad.

89. *at non* Guelf. Jens. et post. ante Ald. *aut non* Bern. quod non displicet: esset enim redarguens illud *aut*, contra eos qui praecedentia negant: *non* autem solum, ut toties, interrogationem inchoaret. *et acutus* Turic. Flor. (an fuit in iis quae mox in iisdem codd. intercederunt *ita non asper?* Sic melius fortasse negativi sensus praecedentibus annecterentur.) *et acutis* Jens. et post. cum ipso Ald. ante Bad. In seqq. proclivi errore varie omittitur in codd. *et non asper et non indist.* om. *Turic. Flor.* c. Alm. *et non asper* om. dicuntur Voss. 1. 3. (an 2? nam ex 3. ap. Burm. mox iterum affertur hoc: *acutus, indistinctus*). *non asper et non* om. Guelf. c. Bern. (*acutus et indistinctus*). *super modum* Flor. Guelf. *semper m.* Turic. *elevatus* Turic. Flor. c. Alm. *visionis* pro *insignis* Guelf. *cum Scipio* Voss. 1. *in eloquendo* vid. ad §. 35. *velud attico* Turic. *v. actio* Flor.

89. *Annon — et non — et non —*: vid. not. crit. *non indistinctus.* Quid sit oratio *distincta*, non petendum ex 9 1, 3, 35. ubi de pronunciatione tantum agitur, sed ex 5, 14, 33. ubi ut praecipua argumentorum virtus ponitur „sermo purus et dilucidus „et distinctus". et ex 4, 2, 36. ubi de narratione aperta et dilucida requiritur, ut sit „di„stincta rebus, personis, tem„poribus" cet. Contra „in„ordinata aut indistincta" 8, 2, 23. in perspicuitate ponuntur ut contraria dilucidis et apertis. Apparet igitur hujus virtutis locum in tenui potissimum genere esse, cujus sunt causae privatae. Cum igitur in his *non indistinctum* Ciceronem praedicat Qu., non hoc dicit, *indistinctum* alias fuisse, qui Dial. de Orat. 18. hoc ipso nomine ut *distinctus* Graccho et Crasso opponitur; sed in illis causis demonstrasse, se, quamvis Romana lingua et eloquentia utentem, non ideo

Digitized by Google

manarum fuerunt? Qui porro non satis est, quo nihil esse melius potest? Ad hoc quidam nullam esse naturalem putant eloquentiam, nisi quae sit quotidiano sermoni simillima, quo cum amicis, conjugibus, liberis, servis loquamur, contento promere animi

fuerint Guelf. Bern. *cui porro* Turic. *cui porro* Flor. et mox *quod nihil* uterque. *cui porro non satis esse, quo est melius nihil, potest* Jens. (tac. Gesn.) et post. ante Ald. acc. Bad. *cui p. n. s. est, quo esse melius nihil p.* Ald. Basil. item Gryph. nisi quod hic *melius esse*. Reliqui eodem quo nos ordine, sed cum voce *cui*, quam Obrechtus solus mutavit in *qui*. Certe mira est interrogatio: *cui non satis est?* cum non satis sit utique omnibus iis, qui hic refutantur. Huic incommodo aliquantum quidem sed non omnino medetur scriptura Jensoniana; verum haec manifesta est correctionis, et multa praeterea scabritie laborat. Unde pedetentim in antiquam redierunt scripturam editores: et ego secutus essem, nisi admodum se mihi commendasset Obrechti scriptura, quam unice aptam sensui fere persuasum est mihi inveniisse illum in cod. Argent. De sollemni autem vocum *qui* et *cui* permutatione monere opus non est.

40. *adhuc quidam* Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. e. Voss. 1. 2. Bern. Quis editorum primus habeat *ad hoc*, nescio: e meis dant illud Gryph. 1544. tum Leid. et posteriores omnes. Quos deserere nolui, adsidentibus etiam, ut videtur, Alm. et Voss. 3. Quanquam enim non ita liquida mihi quidem ubique videtur decisio (cf. 7, 1, 36. cum 9, 3, 80. not. Sp.); hic tamen *ad hoc* unice aptum videtur. cf. 8, 5, 22. et Spald. ad 3, 6, 53. *quam cum* Camp. *loquimur* Goth. Camp. Jens. et edd. ante Stoer. acc. Gibs. Obr. *contento*. Sic Flor. e. Voss. 3. *contemptio* Guelf. *contemtio* Exc.

esse indistinctum, immo, nam hic est sensus formae hujus negativae, quam maxime distinctum.

Qui porro. v. not. crit.

40. *Ad hoc*. v. not. crit.

Digitized by Google

voluntatem, nihilque arcessiti et elaborati requirente: quidquid huc sit adjectum, id esse affectationis, et ambitiosae in loquendo jactantiae, remotum a veritate, fictumque ipsorum gratia verborum, quibus solum natura sit officium attributum, servire sensi-
41 bus: sicut athletarum corpora etiamsi validiora fiant exercitatione, et lege quadam ciborum, non tamen esse naturalia, atque ab illa specie, quae sit concessa hominibus, abhorrere. Quid enim, inquiunt, attinet circuitu res ostendere et translationibus, id est, aut pluribus aut alienis verbis, cum sua

Sant. Major autem et certior consensus in altero ablativo *requirente*, quem dant Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. c. Voss. 1. 3. Reliqui *contenti* (*contempti* Goth.) — *requirentes*, praeter Obrechtum, qui ex Argent. suo haud dubie ablativos reposuit: merito: nam a scriba esse non possunt. *nihilque et arcerti* Turic. Flor. Ex Alm. *arcerti* solum. *accersiti elaborati* Camp. *qui quid* Turic. *adesse* Guelf. Exc. Sant. c. Voss. 1. 3. *adfectatio et* Turic. Flor. *affectionis et* Guelf. Jens. et post. ante Ald. *ambitiosae et* Flor. *jactore remotum* Turic. Flor. *gratia verborum* om. Guelf. c. Voss. 1. 3. Bern. *natura*. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) c. Voss. 1. 2. 3. Bern. et edd. ante Bad. *a natura* reliqui, sed editi tantum: nam Almelovenii diligentiae in tam minuta re non nimis fidendum. Non „a natura rerum" officium aliquod verbis assignatum; sed „sua ipsorum natura" attributum i. proprium est. Hic enim hujus participii usus absolutus vel e lexicis notus est, maxime e Cic. Inv. 1, 24. §. 34. *aut tributum* Guelf.

41. *corporum etiamsi* Turic. Flor. *inquit attinet* Jens. et post. ante Bad. *transl. idem aut pl. aut* Turic. *t. idem pl. et* Goth. *t. id est pl. aut* Camp.

attributum. v. not. crit.

Digitized by Google

cuique sint assignata nomina? Denique an- 42
tiquissimum quemque maxime secundum naturam dixisse contenderunt: mox poëtis similiores extitisse, etiamsi parcius, simili tamen ratione, falsa et impropria virtutes ducentes. Qua in disputatione nonnihil veri est, ideoque non tam procul, quam sit a quibusdam, recedendum a propriis atque communibus. Si quis tamen, ut in loco dixi compositio- 43
nis, ad necessaria, quibus nihil minus est, aliquid melius adjecerit, non erit hac calumnia reprehendendus. Nam mihi aliam quandam videtur habere naturam sermo vulgaris, aliam viri eloquentis oratio: cui si res

42. *contendant* Turic. Flor. *nos pro mox* iid. *eam* aliqua specie, sed vana. *etiamsi parum cujus* Guelf. *virtute dicentis* Turic. *virtute ducentis* Flor. Guelf. *virtute dicentes* Camp. Goth. Jens. (de posteriori verbo tac. Gesn.) c. edd. post. ante Ald. acc. Bad. E. Voss. 1. 3. *virtute* tantum enotatur, sed ex Bern. diserte *virtute ducentes*. Ex omnibus autem hisce scripturis nil melius eruimus nostra, quam Aldus primus recepit, quaeque est in Voss. 2. haec enim fides Burmanno 1. 3. memoranti. Cf. 1, 5, 19. *disputationis* Flor. — *ibus* Camp. *a quibus* Turic. *communiis* Turic. qui proxima omnia om. usque ad *compositionis* cum hoc ipso verbo, socios habens in hac omissione Flor. et Alm.

43. *ut in illo loco* Camp. c. Goth. Voss. 2. Basil. et edd. post. ante Gibs. *comp. si ad te nec. a quibus* Guelf. c. Voss. 1. 3. *non enim hac* Turic. Flor. *vulgaribus* Turic. Flor. *viri periti ac eloquentis oratio* Basil. interpolamentum ignotae plane originis, sed suspectum vel sola forma *ac*. *cui*. Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. et edd. ante Gibs. acc. Obr. *qui* reliqui.

45. *in loco = compositionis*, 9, 4, 5 seqq.

Digitized by Google

modo indicare ſatis eſſet, nihil ultra verborum proprietatem elaboraret: ſed cum debeat delectare, movere, in plurimas animum audientis ſpecies impellere, utetur his quoque adjutoriis, quae ſunt ab eadem nobis conceſſa
44 natura. Nam et lacertos exercitatione conſtringere, et augere vires, et colorem trahere, naturale eſt. Ideoque in omnibus gentibus alius alio facundior habetur, et in loquendo dulcis magis. Quod ſi non eveniret, omnes 1097
pares eſſent, et idem omnes deceret: at lo-

modo indicare. Sic Turic. (niſi quod *judicare*) Flor. Guelf. *i. m.* reliqui. Sed *judicare* Jenſ. quoque cum aliquot poſterioribus. *nihil citra* Turic. Flor. Camp. *n. extra* Alm. Illud ferri poſſet, ſenſu particulae *ſine* noſtro familiari. Sed longe aptius hic *altra* maxime poſt illud *ſatis*. *proprietate elabora ſed* Turic. In verbo *delectare* deſinunt codd. Voſſ. 1. 3. Bern. *moveri* Flor. *plurimis animam* Turic. Flor. *his.* Sic Turic. Guelf. Camp. (ſed his *quoque his*). *iis* reliqui. *ſunt ab eadem.* Sic Turic. Flor. Camp. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) Ald. *a. e. ſ.* reliqui jam inde a Tarv. in quo per ſphalma mox *neceſſa natura.*

44. *et age vires* Flor. *aut a. v.* Camp. *colorem contrahere* Guelf. *calorem t.* Jenſ. et poſt. ante Ald. acc. Bad. *et loquendo* Turic. Flor. (niſi quod hi *loquenda*) Camp. Guelf. c. Alm. Goth. *in eloq.* Voſſ. 2. *et eloq.* edd. inde a Jenſ. Noſtrum e conjectura. *idem omines alter decere allocuntur* Turic. Flor. niſi quod hic *alter* per compendium *alt* cum lineola litterae *t* ſuperne adhaerente. *i. o. d. alloquuntur* Guelf. In recepta mirum videtur verbum *loquuntur* ita nude poſitum et cum ſequente copula ita ex-

44. *lacertos — — trahere.* Cf. 8 Pro. 19. *Corpora ſana et integri ſanguinis et exercitatione firmata — — et colorata et aſtricta et lacertis expreſſa ſunt:* ubi vid. not. Add. 8, 3, 10.

at loquuntur. vid. not. crit.

Digitized by Google

quuntur, et ſervant perſonarum discrimen. Ita quo quisque plus efficit dicendo, hoc magis ſecundum naturam eloquentiae dicit. Quapropter ne illis quidem nimium repu- 45

plicandum: *dum loquuntur* f. *in loquendo.* Haec conſideranti accepta fortaſſe veniat Obrechti ſcriptura *At aliter loquuntur.* Sed uſus vocis *aliter* pro *diverſimode* aliunde, quod ſciam, nondum probatus eſt. Exemplum enim quod ex ipſius noſtri loco, infra §. 70. peti poſſit, non admitto ex cauſis ibi exponendis. Neque illo *alter*, quod hic eſt in vetuſtis, tanquam veſtigio uti aliquis poſſit; hoc enim cum alieno loco poſitum ſit, vix dubito natum ex ſigla illa *al*, quae cum varietate lectionis *decere* in textum migraverit, quamque ſimiles plane turbas feciſſe vidimus ſupra §. 22. et 35. Integram igitur rem felicioribus relinquo. *ſalvant* Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. et edd. ante Gryph. *ſalutant* Voſſ. 2. Receptum *ſervant* eſſe in Alm. vix crediderim: quis primus intulerit, et an inventum in codice, olim patebit. Nunc utique retinendum ob motam illam pridem contra verbum *ſalvare* ſerioris ſeu abjectioris Latiniſmi ſuſpicionem, de qua vid. Geſn. in Theſ. Quamvis enim aliis in locis, ubi manifeſta eſt *ſalvum faciendi* notio, dubitationi locus relictus eſt: hic tamen per ſenſum etiam aliena videtur altera forma: et conf. 2, 17, 6. ubi eſt „ut Antonii perſona ſervetur" ſine ulla varietate. *discriminum* Flor. c. Alm. *itaque quo* Goth. (tac. Geſn.)

naturam eloquentiae. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Bodl. Voſſ. 2. Goth. *naturae eloquentiam* edd. inde a Jenſ. omnes, praeter Ald. qui noſtrum. Vulgata quin ſit a correctore aliquo, dubitari vix poteſt: ita feci, quod facere voluit jam Geſn.

45. *quapropter ne* Turic. Flor. *ne in illis* Camp.

ſecundum naturam eloquentiae. Illis qui naturam ſemper crepant obſervari debet, naturaliter agere eos, qui ſecundum *naturam cujusque rei.* Itaque, ſiquidem eſt aliquid eloquentia, *naturaliter* etiam *dicunt* nonniſi qui ſecundum *naturam eloquentiae.*

Digitized by Google

gno, qui dandum putant nonnihil etiam temporibus atque auribus nitidius aliquid atque effectius poſtulantibus. Itaque non ſolum ad priores Catone Gracchisque, ſed ne ad hos quidem ipſos oratorem alligan-

nonnihil etiam. Sic Camp. u. *eſt* Turic. u. *eſſe* reliqui. Ex compendio *ſt* pro *etiam* nata erat ſcriptura *eſt*, et inde per correctionem vulgata. *nitidus* Turic.

effectius. Sic Goth. *affectius* Guelf. Camp. c. Vall. Voſſ. 2. Obr. *affectibus* Turic. Flor. Jenſ. et poſt. ante Ald. *affectatius* reliqui, ex Aldi, opinor, conjectura. Noſtram Geſner. commendavit; recepit nemo. In ſeqq. vulgatum erat hucusque ita: *Itaque non ſolum ad priores Catonem Gracchosque ſed ne ad hos quidem oratorem alligandum puto.* Quorum verborum loco in Turic. hae repetitione turbae: *i. n. ſ. ad priores cati me grachisque itaque ſed ne ad hos q. o. a. puto atque affectibus poſtulantis itaque non ſolum ad prioribus catime grachisque ſed ne ad hos quidem ipſis o. a. p.* In quibus imprimis attendendum *grachis* bis in ablativo, et pro Catonis mentione priori loco *cati me*, tum *catime*, poſt verba autem *ad hos quidem* altero loco additum *ipſis*. Ex Flor. nullae hujusmodi turbae, ſed haec mendoſa tantum afferuntur *catime grachis itaque ſed ne ad hos quidem ipſis o. a. p.* In Guelf. eſt *Catoni me Gracchisque:* in Camp. *grachisque* tantum, cetera ut in vulgata, quam et habet Jenſ. ſed ita interpolatam; *ad priores me Catonem* (tac. Geſn.) e. poſt. ante Ald. qui primus dedit vulgatum, ut poſuimus ſupra, et uti eſt in Goth. Voſſ. 2. Vall. Ex Alm. autem nil niſi *ipſos* poſt illa *ad hos quidem* enotatum; ut hic etiam in ceteris vulgatam habere videatur. Hanc igitur Geſner. ita explicabat, ut *hos* dictum putaret de illis „qui nuper fuere et nunc „ſunt". Quod per ſe hic duriſſimum (nam quis interjectis nominibus pronomen *hos* tam nude, ne vocabulo quidem *oratores* adjecto, ita intelligat?) ob adjectum illud *qui*

45. *effectius.* magis curatum et elaboratum. vid. Geſn. in Theſ. et ſupra 8, 5. 88. 10, 5, 23. cf. etiam 11, 3. 26. *nitidus et curata vox.* *ad priores — — alligandum*

Digitized by Google

dum puto. Atque id feciſſe M. Tullium video, ut cum omnia utilitati, tum partem

supet plane ferendum non eſt. Apparet enim, Geſnerum de Ciceronis potiſſimum aevo cogitaſſe: nam quis ad ſeriores illos „oratorem alligaſſe“ putandus eſt? Aut, ſi hoc tantum eſt *alligare*, vetare ne quis nitidior et ornatior ſit, reverane Quintilianus in hoc genere ultra ſui etiam temporis declamatores procedere interim oratorem voluit? Et quomodo tandem his ita poſitis transitus per *Atque id* ad Ciceronem fieri poteſt? His ſanióra cum e vulgata effici non poſſint, Obrechtus ſolus hucusque repoſuit *priores Catone Gracchisque*, ſivé diſerte illud ſivé tam manifeſta ejus, qualia in optimis noſtris, veſtigia in Arg. etiam codice invenit: eamque ſcripturam Spald. in ſchedis unice probavit. Cui nos in ſubjectis verbis pronomen illud *ipſos* addidimus, quod eo certius eſt, quo magis ſenſu caret in eorum, qui praebent illud, codicum ſcriptura. *omnium util.* Scripti omnes et edd. ante Ald. acc. Baſil. quod ſi

puto. Catonem et Gracchos conjunctos ita habes etiam 2, 5, 22. Sed imprimis conferendus eſt locus 2, 5, 33. ubi nimiis illis vetuſtatis amatoribus dicitur: *Quomodo poteſt probare Ciceronem, qui nihil putet ex Catone Gracchisque mutandum? Sed ante hos ſimplicior adhuc ratio loquendi fuit.* Qui locus ſinceritatem noſtrae ſcripturae egregie probat. Vides enim ibi etiam *priores Catone Gracchisque* indicari caſsos oratores, quos hic tanquam exemplaria illorum ſimplicitatis ſectatorum quaſi per ludibrium memorat. Magis autem ſeriis verbis et hic et illic cum iis agit, qui aliquod quidem in eloquendo ſtudium admittebant, ſed non ultra Catonem illud Gracchosque. Et ita demum ad Ciceronem, ut verum exemplar, hic pergit, a quo illic inverſo argumentandi ordine inchoaverat.

cum — utilitati, tum — delectationi. Legitime hic per *cum, tum* diverſa junguntur. Sequens autem *cum*, negligentius fortaſſe adjectum, cum verbis ſuis ita accipiendum ac ſi eſſet *et tum — dicebat, agebat —*. Tandem haec *agerat autem* explicant et augent illud *ipſam rem*. Paulo plenius: „et tum dicebat ſe ſic „etiam ipſam rem agere; age„bat autem revera, et maxime „quidem rem litigatoris.“

Digitized by Google

quandam delectationi daret; cum et ipsum se rem agere diceret, ageret autem maxime litigatoris. Nam hoc ipso proderat, quod
46 placebat. Ad cujus voluptates nihil equidem quod addi possit invenio, nisi ut sensus nos quidem dicamus plures. Neque enim fieri

conj, correxit Ald. certissima illa fuit. *dare* Turic. Flor. *ageret autem.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. *agebat a.* reliqui, et quidem ita, ut inde ab Ald. verba *agebat autem maxime* parenthesi includerent et vocem *litig.* praecedentibus applicarent: male: nam qui dixit *rem ipsam*, omnia dixit. *agebat autem rem litig.* omisso *maxime* Goth. Voss. 2. *quod placet* Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. Camp.

46. *ne si sensus* marg. Basil. *sensus non quidem* Turic. Flor. Exc. Sant. Camp. Leid. *s. n̄ q.* Alm. Receptam tutantur, praeter sensum, Guelf. Goth. Voss. 2. *pla-*

46. *sensus — dicamus.* cf. 12, 10, 36. 9, 3, 74. In illo autem *nos quidem* excusatio quaedam per tempora inesse videtur, cf. 45.

Neque enim — — offecerint. Hanc librorum omnium scripturam sanam non esse, recte viderunt mali illi medici, de quibus vid. not. crit. Ex illis autem quae sequuntur „Sed me hactenus cedentem „nemo insequatur ultra," apparet, haec nostra in defensionem adhuc illius licentiae dici: verumque sententiarum nexum agnosces simulac pro illo *Neque* reponas *Hoc.* Neque tamen hanc tibi medicinam propono, sed aliam, ut mihi quidem videtur, certiorem. Nimirum oblitterata hic fuit duplex negatio *Neque — non*, cujus usus est, quoties non tam ipsi affirmare, quam aliorum negativam sententiam negare volumus. Intelligebat Qu. severiores judices sibi objecturos „fieri hoc salva — „— non posse"; quibus respondere occupat his verbis: *Neque enim fieri non potest* cet. Ita Cicero ad Div. 6, 1, 5. *Nec enim is, qui in te adhuc iniustior, non magna signa dedit animi erga te mitigati.* Corn. Nep. 9, 2, 3. *Neque vero non fuit apertum.* Sed haec pervulgata: vid. Turtell. v. *Neque.* Illud autem *et* ante *invicem* servari posse credo, ut utrumque ver-

Digitized by Google

poteſt ſalva tractatione cauſae et dicendi auctoritate, ſi non crebra haec lumina et continua fuerint et invicem offecerint. Sed me 47
hactenus cedentem nemo inſequatur ultra: do tempori, ne hirta toga ſit; non ſericae

ris Flor. Camp. *ſalva* Flor. *ſi non crebra* et mox *et invicem*. Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. c. Alm. (niſi quod hic iterum *n̄* pro *non*) Vall. Voſſ. 2. et edd. ante Bad. qui primus locum ita correxit, ut *non* ante *crebra* tolleret atque deleto *et* poneret ante *invicem*, ſubaudire jubens *ut*, quod ipſum mox inſeruerunt editores (de meis primus habet Gryph.) ita: *ut non invicem offecerint*, quod legitime ſane pendere videbamur ab illo *neque — fieri poteſt*. Sed nemo obſervavit ab eadem phraſi pendere jam illud *ſalva tractatione* cet. nullamque plane ſenſum ineſſe his verbis: „fieri non poteſt, ut haec lumina, ſalva tra„ctatione cauſae, ſibi invicem non offecerint.“ Ergo perennte cauſa fieri poteſt, ut ſibi non offecerint; ſalva vero cauſa utique ſibi officient? Ut taceam de magno ſententiae hiatu inter illud *neque enim* et quae praecedunt; quem quomodo farcire ſtudeat Geſner., apud ipſum vide. Ita repudiata mera et vitioſa conjectura librorum ſcriptura reducenda erat, ut liberum cuique de loco ſit judicium.

effecerint Guelf. Goth. Camp.

47. *tempori nihi rato gaſit ut non ſeriga* Turic. t. *nichira toga ſit non ut ſeriga* Flor. *ni hura toga ſit (non ſerica;* ſed haec ſilentur) Alm. *nigra toga ſitu non ſ.* Guelf. Exc. Sant. *ne nigra toga ſit non ſ.* Jenſ. Ald. *ne eraſſa toga ſit ut non ſerica* Goth. Voſſ. 2. Camp. et ſic, ſed omiſſo *ut*, reliqui. Noſtrum eſt e certiſſima Burmanni conjectura, quae nunc noſtris codd. tantum non comprobatur, ſatis certa jam antea ex comparatione loci gemini in Dial. de Or. 26. (vid. not. exeg.) Recte autem *togas hirtas* Silio etiam (1, 613.) vindicat Burmannus contra *comas*

bum (*fuerint, offecerint*) pendeat ab una negatione.

47. *do tempori — — annales comtum.* Dial. de Or. 26. *Ceterum ſi omiſſo optimo illo et perfectiſſimo genere eloquentiae eligenda ſit forma dicendi; malim hercule C. Grac-*

Digitized by Google

ne intonſum caput; non in gradus atque annulos comtum; cum eo quod, ſi non ad luxuriam ac libidinem referas, eadem ſpe-

aliorum librorum. *atque annulos comtum.* Sic Ald. et aliquot poſt. cum Obr. *atque annullus comtum* Turic. (ſed hic *an nullus*) Flor. *a. annulos coptum* Camp. *a. an nullus comtum* Guelf. *a. a. totum comtum* Goth. Vall. Bad. et reliqui (praeter Jenſ. etc. quos vide mox) item Voſſ. 2. quem ſilet Burm. ſed dubito de Alm. Quam facile *totum* naſci potuerit e *cōtum*, nemo non videt; ſed moleſtum quoque hoc augmentum in re per ſe virum non decente. Quod tamen judicium non ſecutus eſſem, niſi graviſſimos auctores habuiſſem. *cum eo quod, ſi non — referas.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. cum Vall. Voſſ. 2. Alm. (quanquam ex hoc *referas* non affertur) Bad. item ante hunc Jenſ. et poſt. ante Ald. ſed cum prava interpunctione. *cum in eo, qui ſe non — referat reliqui, praeeunte* ſolo Camp. nullo vero ſenſu. Atque nunc tandem ponemus miram illam horum omnium depravationem, quae eſt in Jenſ. et poſt. ante Ald. *non ſmaragdus atque annuli centum ſint cum eo: quod ſi — referas:* quod nihil eſt niſi audaciſſima correctio ejus qui annulos in coma ignoraret.

ehi impetum, aut L. Craſſi maturitatem, quam calamiſtros Maecenatis, aut tinnitus Gallionis. Adeo melius eſt oratorem vel hirta toga induere, quam fucatis et meretriciis veſtibus inſignire. Neque enim oratorius iſte, immo hercule ne virilis quidem cultus eſt, quo plerique temporum noſtrorum actores — utuntur. In *gradibus* autem comarum cf. 1, 6, 44. — In his *non ſerica, non — comtum*, apparet deeſſe *ut*, quod mente repetendum eſt ex praegreſſo utrobique *ne*. Legitime hoc fieri poſſe non dubito: tamen ipſum *ut*, quod priori loco praebent codd., quanquam juſto nonniſi unus poſitu, recepiſſem, ne eo quidem offenſus, quod ſic priori loco poſita, poſteriori omiſſa eſſet poſitiva conjunctio; ni in talibus meo ſolius judicio agere vererer.

cum eo quod. vid. 2, 4, 30. 10, 7, 15. Senſus eſt: „quo „accedit, quod haec honeſtiora revera ſunt ſpecioſiora „quoque, ſiquidem non ad libidinem et luxuriam referas „pulchritudinem.“

Digitized by Google

cioſiora quoque ſint, quae honeſtiora. Ce- 48
terum hoc, quod vulgo *ſententias* vocamus, quod veteribus, praecipueque Graecis in uſu non fuit (apud Ciceronem enim invenio), dum rem contineant, et copia non redun-

48. *ſententiis* Turic. Flor. Gnelf. *quod veteribus.* Sic Turic. Flor. c. Alm. et ita haud dubie in Arg. reperit Obr. qui inde fecit *quodque.* Reliqui *quod* omittunt et, inde ab Ald., verba *veteribus — invenio* parentheſis loco habent. Paulo negligentior ſane, ſed minime inſolens, junctura *quod — quod —. Ciceronem enim invenio.* Sic ſcripti et mei et Burmanni omnes, et edd. ante Bad. acc. Baſil. Reliqui *enim* omittunt praeeunte Badio, qui in notis tamen poſuit illud cum hac obſervatione „redundat enim". Verum non redundat, ſed cauſam potius reddit, cur ſententiarum uſum non ſuo tantum aevo tribuat Qu. Sane Spaldingio etiam natum videbatur *enim* e vicinis utrinque litteris: ſed tum conſenſum omnium librorum nondum viderat. *copia dum redundent* Turic. Flor. Camp., *copia redundent* Jenſ. et poſt. ante Bad. qui primus noſtrum ex Vall. inventum deinde in reliquis etiam, certe in noſtris.

48. *Ceterum hoc.* i. hoc ipſum, de quo agimus, *ſenſus.* Monemus hoc verum cauſa, qui adverbio *ceterum* utuntur cum ad alia transeunt; cum tamen antiquis non ponatur niſi in aliqua ad ſuperiora oppoſitione. Reprehenderat nimias ſententiarum delicias: nunc pergit: „Ceterum utiles eſſe — quis negat?"

quod veteribus. — — invenio. vid. not. crit.

rem contineant. Rem numero ſingulari vix eſt quin rem de qua agitur ſive cauſam intelligas; atque ſic noſter 7, 1, 25. de principali in jure quaeſtione dicit, eam eſſe quae *cauſam* fere *continebat*; et propius etiam Cic. Brut. 29. ſenatoris alicujus „non prudentiam ſolum, ſed quod maxime rem continebat, fidem" laudat. Sed quis a ſententiis, quibus carere etiam poſſimus, hoc poſcat, ut illud contineant in quo maxime cardo vertatur? Nam hoc fere eſſe *rem continere* exemplis illis patet. *Spectare* quidem ad rem, *accommodatae eſſe* ei debent: ſed hoc non eſt *continere:* et ſi vel maxime ita intelligas, ſenti-

Digitized by Google

ne intonsum caput; non in gradus atque annulos comtum; cum eo quod, si non ad luxuriam ac libidinem referas, eadem spe-

aliorum librorum. *atque annulos comtum.* Sic Ald. et aliquot post. cum Obr. *atque annullus comtum* Turic. (sed hic *an nullus*) Flor. *a. anulos coptum* Camp. *a. an nullus cortum* Guelf. *a. a. totum comtum* Goth. Vall. Bad. et reliqui (praeter Jens. etc. quos vide mox) item Voss. 2. quem silet Burm. sed dubito de Alm. Quam facile *totum* nasci potuerit e *cotum*, nemo non videt; sed molestum quoque hoc augmentum in re per se virum non decente. Quod tamen judicium non secutus essem, nisi gravissimos auctores habuissem. *cum eo quod, si non — referas.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. cum Vall. Voss. 2. Alm. (quanquam ex hoc *referas* non affertur) Bad. item ante hunc Jens. et post. ante Ald. sed cum prava interpunctione. *cum in eo, qui se non — referat reliqui, praeeunte* solo Camp. nullo vero sensu. Atque nunc tandem ponemus miram illam horum omnium depravationem, quae est in Jens. et post. ante Ald. *non smaragdas atque annuli centum sint cum eo: quod si — referas:* quod nihil est nisi audacissima correctio ejus qui annulos in coma ignoraret.

chi impetum, aut L. Crassi maturitatem, quam calamistros Maecenatis, aut tinnitus Gallionis. Adeo melius est oratorem vel hirta toga induere, quam fucatis et meretriciis vestibus insignire. Neque enim oratorius iste, immo hercule ne virilis quidem cultus est, quo plerique temporum nostrorum actores — utuntur. In *gradibus* autem comarum cf. 2, 6, 44. — In his *non serica, non — comtum*, apparet deesse *ut*, quod mente repetendum est ex praegresso utrobique *ne*. Legitime hoc fieri posse non dubito: tamen ipsum *ut*, quod priori loco praebent codd., quanquam justo nonnisi unus positu, recepissem, ne eo quidem offensus, quod sic priori loco posita, posteriori omissa esset positiva conjunctio; ni in talibus meo solius judicio agere vererer.

cum eo quod. vid. 2, 4, 30. 10, 7, 15. Sensus est: „quo „accedit, quod haec honestiora revera sunt speciosiora „quoque, siquidem non ad libidinem et luxuriam referas „pulchritudinem."

Digitized by Google

cioſiora quoque ſint, quae honeſtiora. Ce- 48
terum hoc, quod vulgo *ſententias* vocamus, quod veteribus, praecipueque Graecis in uſu non fuit (apud Ciceronem enim invenio), dum rem contineant, et copia non redun-

48. *ſententiis* Turic. Flor. Gnelf. *quod veteribus.* Sic Turic. Flor. c. Alm. et ita haud dubie in Arg. reperit Obr. qui inde fecit *quodque.* Reliqui *quod* omittunt et, inde ab Ald., verba *veteribus — invenio* parentheſis loco habent. Paulo negligentior ſane, ſed minime inſolens, junctura *quod — quod —.* *Ciceronem enim invenio.* Sic ſcripti et mei et Burmanni omnes, et edd. ante Bad. acc. Baſil. Reliqui *enim* omittunt praeeunte Badio, qui in notis tamen poſuit illud cum hac obſervatione „redundat enim". Verum non redundat, ſed cauſam potius reddit, cur ſententiarum uſum non ſuo tantum aevo tribuat Qu. Sane Spaldingio etiam natum videbatur *enim* e vicinis utrinque litteris: ſed tum conſenſum omnium librorum nondum viderat. *copia dum redundent* Turic. Flor. Camp. *copia redundent* Jenſ. et poſt. ante Bad. qui primus noſtrum ex Vall. inventum deinde in reliquis etiam, certe in noſtris.

48: *Ceterum hoc.* i. hoc ipſum, de quo agimus, *ſenſus.* Monemus hoc eorum cauſa, qui adverbio *ceterum* utuntur cum ad alia transeunt; cum tamen antiquis non ponatur niſi in aliqua ad ſuperiora oppoſitione. Reprehenderat nimias ſententiarum delicias: nunc pergit: „Ceterum utiles eſſe — quis negat?"

quod veteribus — — invenio. vid. not. crit.

rem contineant. *Rem* numero ſingulari vix eſt quin rem de qua agitur ſive cauſam intelligas; atque ſic noſter 7, 1, 25. de principali in jure quaeſtione dicit, eam eſſe quae *cauſam* fere *contineat* et propius etiam Cic. Brut. 29. ſenatoris alicujus „non prudentiam ſolum, ſed „quod „maxime rem continebat, fidem" laudat. Sed quia a ſententiis, quibus cavere etiam poſſimus, hoc poſcat, ut illud contineant in quo maxima cardo vertatur? Nam hoc fere eſſe *rem continere* exemplis illis patet. *Spectare* quidem ad rem, *accommodatae eſſe* ei debent: ſed hoc non eſt *continere:* et ſi vel maxime ita intelligas, ſenten-

Digitized by Google

dent, et ad victoriam spectent, quis utile neget? Feriunt animum, et uno ictu frequenter impelluntur, et ipsa brevitate magis
49 haerent, et delectatione persuadent. At sunt qui haec excitatiora lumina, etiamsi *dicere* permittant, a componendis tamen orationibus excludenda arbitrentur. Quocirca mihi ne hic quidem locus intactus est omittendus,

Redundare semper est in vitio: cf. 9, 3, 74. *utilem negent* Turic. c. Alm. *utilem neget* Flor. et, nescio quo errore, Ald. Malim *utiles:* nam displicet singularis inter haec ipsa *spectent, feriunt. freq. pellunt* Flor. *delectatione.* Sic nos certa emendatione: cf. 52. it. 8 Pro. 7. *delectione* marg. Basil. *deiectione* Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. *dictione* reliqui, manifesta correctione, quam (nisi est in Voss. 2. quem silet Burm.) egregio illo Jensonianae procuratori debemus, quem in smaragdis illis et centum annulis jam cognovimus.

49. *At sunt.* Sic Camp. Bad. *At s.* reliqui. *omittendos* Turic. Flor. *om. a pluribus eruditorum* Turic. Flor. Guelf. cum Alm. Mira varietas. An fuit in primo horum omnium autographo etiam *putari?* Sed hoc *displice-*

opinor, quam inconcinne dictum sit debere eas „ad rem „spectare, non nimis copio„sas esse, ad victoriam spe„ctare“: ubi quod primo et ultimo ideo positum est ad idem fere redit. Vix itaque aliud de sententiis primo loco requirit poterat, nisi ut *ad quid,* non meta verba, contineant, quomodo et accepit Gedoynus. Sed hocciuc, cum de sententiis in universum loqueris, est *rem continere?* neque statim quisque *rem* illo altero sensu dictam credet? Quare hic etiam *m* in *s* mutato (vid. not. crit. *utile*) *res contineant,* legendam censeo.

49. *excitatiora.* cf. 6, 1, 2. et, ne forte suspiceris legendum *excitantiora,* 9, 3, 10. ubi schema quoddam Horatianum duabus communibus loquendi formis *excitatius* dicitur.

Digitized by Google

quod plures eruditorum aliam esse dicendi rationem, aliam scribendi putaverunt: ideoque in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati mansurisque mox litteris reliquisse, ut *Periclem*, ut *Demaden*, rursus alios ad componendum optimos, actionibus idoneos non fuisse, ut *Isocratem*: praeterea in agendo plus impetum posse plerumque, et

ret. *quo plures* Voss. 2. *mansuris quae* Camp. *ut Demaden.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. (nisi quod duo postremi — *an*). *et Demadem* reliqui. *optimis* Turic. Guelf.

50. *impetum posse plerumque.* Sic Camp. Obr. *impetum plerum* Turic. Guelf. *impetum plerumque* Flor. c. Alm. Voss. 2. Goth. Jens. et edd. post. ante Ald. acc. Bad. *impetus pl.* Ald. Basil. *impetus posse pl.* reliqui. Manu exaratorum qui quidem diserte memorantur codicum scriptura a Badio explicatur subaudiendo verbo *facere:* qualis tamen omissio non sapit nostri stilum: Aldina manifesta est correctionis, ut *impetus* sit genitivus subauditurque *esse:* male profecto: sed hinc apparet recentiorem scripturam, uti hunc quidem est, non esse e codice: nam verbum *posse* unde unde acceptum insertum fuit in scripturam Aldinam ita ut *impetus* fieret pluralis. Restituendus itaque erat utique singularis, et sic ambigi poterat, quod verbum et ubi inserendum esset. Nam Spaldingius in sua Campani collatione illud *posse* non diserte posuit, sed posito verbo *impetum* de omissione verbi *posse* nil monuit. Sed confidendum censui ejus diligentiae, qualem toties cognovi. Non igitur e Gallandii, ut forsitan suspiceris, conjectura, sed ex libris derivatum mihi quidem hoc

mox. Uncis incluserat Gesner.; quod recte improbat in schedis Spald. illudque explicat per „*deinceps*, h. e. postquam detonuerunt verba et „voces."

Demaden. Vid. 2, 17. 15.

50. *impetum posse.* vid. not. crit.

Digitized by Google

dent, et ad victoriam ſpectent, quis utile neget? Feriunt animum, et uno ictu frequenter impellunt, et ipſa brevitate magis
49 haerent, et delectatione perſuadent. At ſunt qui haec excitatiora lumina, etiamſi *dicere* permittant, a componendis tamen orationibus excludenda arbitrentur. Quocirca mihi ne hic quidem locus intactus eſt omittendus,

Redundare ſemper eſt in vitio: cf. 9, 3, 74. *utilem negent* Turic. c. Alm. *utilem neget* Flor. et, neſcio quo errore, Ald. Malim *utiles:* nam displicet ſingularis inter haec ipſa *ſpectent, feriunt. freq. pellunt* Flor. *delectatione.* Sic nos certa emendatione: cf. 52. *it.* 8 Pro. 7. *delectione* marg. Baſil. *deiectione* Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. *dictione* reliqui, manifeſta correctione, quam (niſi eſt in Voſſ. 2. quem ſilet Burm.) egregio illo Jenſonianae procuratori debemus, quem in ſmaragdis illis et centum annulis jam cognovimus.

49. *At ſunt.* Sic Camp. Bad. *At ſ.* reliqui. *amittendos* Turic. Flor. *om. a pluribus eruditorum* Turic. Flor. Guelf. cum Alm. Mira varietas. An fuit in primo horum omnium autographo etiam *putari?* Sed hoc displice-

opinor, quam inconcinne dictum ſit debere eos „ad rem „ſpectare, non nimis copioſos eſſe, ad victoriam ſpectare": ubi quod primo et ultimo loco poſitum eſt ad idem fere redit. Vix itaque aliud de ſententiis primo loco requiri poterat, diſſ ut *aliquid,* non meta verba, contineant, quomodo et accepit Gedoynus. Sed hocſine, cum de ſententiis in univerſum loqueris, eſt *rem continere?* neque ſtatim quisque *rem* illo altero ſenſu dictam credet? Quare his etiam *m* in *s* mutato (vid. not. crit. *utile*) *res contineant,* legendum cenſeo.

49. *excitatiora.* cf. 6, 1, 2. et, ne forte ſuſpiceris legendum *excitantiora,* 9, 3, 10. ubi ſchema quoddam Horatianum duabus communibus loquendi formis *excitatus* dicitur.

Digitized by Google

quod plures eruditorum aliam esse dicendi rationem, aliam scribendi putaverunt: ideoque in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati mansurisque mox litteris reliquisse, ut *Periclem*, ut *Demaden*; rursus alios ad componendum optimos, actionibus idoneos non fuisse, ut *Isocratem*: praeterea in agendo plus impetum posse plerumque, et

ret. *quo plures* Voss. 2. *mansuris quae* Camp. *ut Demaden.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. (nisi quod duo postremi — *an*). *et Demadem* reliqui. *optimis* Turic. Guelf.

50. *impetum posse plerumque.* Sic Camp. Obr. *impetum plerum* Turic. Guelf. *impetum plerumque* Flor. c. Alm. Voss. 2. Goth. Jens. et edd. post. ante Ald. acc. Bad. *impetus pl.* Ald. Basil. *impetus posse pl.* reliqui. Manu exaratorum qui quidem diserte memorantur codicum scriptura a Badio explicatur subaudiendo verbo *facere:* qualis tamen omissio non sapit nostri stilum: Aldina manifesta est correctionis, ut *impetus* sit genitivus subaudiaturque *esse:* male profecto: sed hinc apparet recentiorem scripturam, uti nunc quidem est, non esse e codice: nam verbum *posse* unde unde acceptum insertum fuit in scripturam Aldinam ita ut *impetus* fieret pluralis. Restituendus itaque erat utique singularis, et sic ambigi poterat, quod verbum et ubi inserendum esset. Nam Spaldingius in sua Campani collatione illud *posse* non diserte posuit, sed posito verbo *impetum* de omissione verbi *posse* nil monuit. Sed confidendum censui ejus diligentiae, qualem toties cognovi. Non igitur e Gallandii, ut forsitan suspiceris, conjectura, sed ex libris derivatum mihi quidem hoc

mox. Uncis inclusérat Gesner.; quod recte improbat in schedis Spald. illudque explicat per „*deinceps*, h. e. postquam detonuerunt verba et „voces."

Demaden. Vid. 2, 17, 15.

50. *impetum posse.* vid. not. crit.

Digitized by Google

petitas vel paulo licentius voluptates; commovendos enim esse ducendosque animos imperitorum: at quod libris dedicatur, et in exemplum editur, tersum ac limatum, et ad legem ac regulam compositum esse oportere; quia veniat in manus doctorum, et judices artis habeat artifices. Quin illi subtiles, ut similes ac multos persuaserunt magistri, παράδειγμα

verbum videtur. *vel petitas paulo* Camp. *voluptatis* Guelf. *docendosque* libri omnes, praeter Voss. 2. qui *docendosque*. Nostrum e conj. Burmanni, quae satis firmatur re ipsa, ut vix opus sit exemplo infra 74. et quae attulit Burm. ad Ov. Met. 11, 2. *ad quis libris dedicator in exemplum edantur et tersum* Turic. *ad quis l. dedicatorum et i. e. edantur et t.* Flor. *ad quis libros dedicatorum i. e. dedantur et t.* Guelf. Reliqui nostram, nisi quod pro *editur* Jens. *redditur* c. post. ante Ald. *et regulam* Goth. (tac. Gesn.) *venient* Flor. *judicis artis* Camp. *judicis artes* Goth. *judices artes* Jens. et post. ante Ald.

51. *ut similes ac multos persuaserint.* Haec est constans manu exaratorum omnium scriptura (nisi quod Goth., tac. Gesn., et alii fortasse, vid. Burm.; *et*), quam servarunt Camp. et Ald. Reliqui omnes praeeunte Jens. dant *multi*, e conjectura, ut apparet, quae tamen satisfacere non potest. Ego sanius nihil extundo illa Burmanni emendatione: *Quin illi subtiles (ut sibi ac multis persuaserunt) magistri — tradiderunt*, quae aliquanto etiam probabilior fit Gesneriano additamento *sibimet*. Tamen latinitatem hujus locutionis „subtilis (ut sibi persuasit) magister" pro eo quod planius esset „ut sibi videtur" praestare non ausim.

libris dedicatur. Fateor mihi non liquere de hac formula: in qua vel hoc ambigo, dativumne an ablativum illud *libris* accipiam. Sed neque scriptura certa est. Malim saltem *in libris;* sicut *in templo* signum vel tabula dedicatur.

52. *ut similes — magistri.* vid. not. crit.

παράδειγμα — ὑπόμνημα. vid. ad 5, 11, 2.

Digitized by Google

dicendo, *ἐνθύμημα* ſcribendo eſſe aptius, tradiderunt. Mihi unum atque idem videtur *bene dicere*, ac *bene ſcribere*; neque aliud eſſe oratio ſcripta, quam monumentum actionis habitae. Itaque nullas non, ut opinor,

Rem integram itaque relinquo. *eſſe altius* ſcripti et edici omnes ante Obr. niſi quod Jenſ. ſolus praeclare *eſſe a tuis*, Recepta, qua certius nihil, in Laid. primum prolata eſt cum ſigla Dan. (cf. §. 58.) Stribligines pro graecis afferre nil attinet. *ac idem* Goth. *et bene* Guelf. *itaque non illas modo ut opinor* Turic. Flor. (niſi quod hic *opinior*) Guelf. Camp. In Exc. Sant. *non illas* tantum notatum eſt. *i. non illas ne u. o.* Alm. *i. non ullas non u. v.* Vall. *i. nullas non o.* Voſſ. 2. Cum ſatis certa ſit prima haec ſententiae pars, ſervavi vulgatam, ex qua facillime nata eſt illa quae eſt in Turic. confuſione compendiorum *nō* et *mꝫ*, et coalitione vocum *n̄ illas*.

Itaque nullas non — — non vitia. Impedita haec usque oratio et, ut videmur, corrupta (vid. not. crit.). Omnem autem ratiocinationis ſeriem reputanti hoc verosimillimum mihi videbatur, geminandam eſſe vocem *virtutes*. Quippe cum ſubtiles illi abeſſe quaedam voluerint ex oratione ſcripta, quae tamen probarent in ipſa actione; Quintilianus unam eandemque eſſe ponens et ſcriptam et actam, hinc infert, in ſcripta omnia eſſe debere, quae vicerint ipſa actione. Nam ſi vicerunt, *virtutes* illae erant, neque iis carere debet ſcripta in exemplum oratio. Addit autem, ſe probe ſcire imperitis *vitia* quioque placere aliquando, ipſisque itaque vitiis vincere interdum oratorem. Tamen ideo non hoc ſe dicere, vitia quoque inſerenda eſſe illi actionis monumento. Cujus rei cauſam mox reddit. Haec itaque, quae expoſui, omnia contineri puto his verbis: *Itaque* (oratio ſcripta) *nullas non, ut opinor, debet habere virtutes: virtutes dico, non vitia: nam imperitis placere aliquando quae vitioſa ſunt, ſcio.* In qua ſermonis forma *nam* cauſam reddit, cur de *vitiis* vel cogitari hic a quoquam poſſit. Nihilominus autem veniam daturus aliquibus etiam vitiis ejusmodi voluntariis, et in hoc discrimen aliquod tamen inter ſcriptam orationem et habitam ponens,

Digitized by Google

debet habere virtutes dico, non vitia. Nam imperitis placere aliquando quae vitiosa sunt, 52 scio. Quo different igitur? Quodsi mihi des consilium judicum sapientum, perquam multa recidam ex orationibus non Ciceronis modo, sed etiam ejus, qui est strictior multo, Demosthenis. Neque enim affectus omnino movendi erunt, nec aures delectatione mulcendae, cum etiam prooemia supervacua esse apud tales Aristoteles existimet: non enim trahentur his illi sapientes: proprie et si-

virtutes dico, non vitia. Sic scripti et editi omnes (parum diligente in Goth. at Jens. Gesnero) ante *invectum* illud quod recentiores praeferunt, quodque *ex ed. Rob. Steph.* 1542. primum affert Gibsonus: *virtutes, non dico nulla vitia.* Sponte autem patet illud esse ex mero corrigentis arbitrio. Secundum quod haec esset mens Quintiliani. „Oratio scripta, quae eadem est ac habita, ob id „ipsum vitiis plane immunis esse non potest; cum ad im„peritos directa esse potuerit, quibus placent aliquando vi„tiosa quoque.“ Atqui diserte vetat Qu. §. 55. talia relinquere in oratione scripta, „ne videantur propositi esse, non „temporis.“ Aliter igitur difficultas antiquae scripturae, quam ideo reduxi, solvi debet. *vitiosa sint* Turic. Flor.

52. *different ergo* Guelf. *qui si mihi* Camp. *si m.* Goth. Voss. 2. *mistribordes* pro *mihi des* Flor. suaviter. *judicium sapientium* Turic. Flor. Guelf. *j. sapientium* Camp. *judicium s.* Jens. (tac. Gesn.) *recitem* Guelf. *quis est fictior* Turic. Flor. *fictior* Camp. etiam et Jens. (tac. Gesn.) correctum jam in Tarv. *Demosthenes* Camp. *prophemiae supervacuae* Flor. *prohemio supervacuae* Camp. *prooemium supervacuum* Jens. cum post. ante Bad. *Aristoteles esse ex.* Guelf. *his illis absentes* Guelf. c. Abn.

illo quasi per pudorem circuitu utitur, quem continent §§. 52—55.

52. *consilium—sapientum.* cf. 2, 17, 28. 3, 8. 2. 4. 2, 21. *Aristoteles.* vid. 4, 2, 72.

Digitized by Google

gnificanter rem indicare, probationes colligere, ſatis eſt. Cum vero judex detur aut 53
populus, aut ex populo, laturique ſententiam indocti ſaepius, atque interim ruſtici: omnia, quae ad obtinendum quod intendimus prodeſſe credemus, adhibenda ſunt; eaque et cum dicimus promenda, et cum ſcribimus, ut doceamus quomodo dici oporteat. An *Demoſthenes* male ſic egiſſet ut 54

h. illi abſentes e Flor. *iis i. ſ.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) *indigneve* Flor. Guelf. *probationes.* Sic, ſed per — *is*, Turic. Flor. Guelf. *probatione* reliqui. Sed quamvis in probatione formam fere indagandi et colligendi ſequimur, tamen *probatione* rem non *colligimus*, ſed perſpicuam aliis reddimus; cf. 2, 20, 5. 10, 1, 84. Sed *colligere probationes* idem eſt quod 5, 7, 18. „ſparſa colli„gere argumenta, quorum congregatione factum convin„cimus."

55. *vero alius judex* Turic. Flor. e. Alm. *alia* natum ex *al* (cf. §. 44.) videturque varietas aliqua hic olim fuiſſe pro *judex.* *decus* Flor. *aut exemplo* Turic. Flor. Guelf. e. Alm. *ſententiam* Turic. *quae intendimus* Jenſ. e. aliq. poſt. *credimus* Goth. Voſſ. 2. Jenſ. et edd. ante Baſil. acc. Stoer. et aliq. ap. Burm. *eaque et.* Sic Ald. *ea quae et* Jenſ. e. poſt. ante Ald. *eaque etiam* reliqui, mendo manifeſto. *dicimus.* Sic omnes et ſcripti et edd. ante Leid. exc. Baſil. qui *dicemus* cum reliquis. *ſcribimus.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) e. Voſſ. 2. et edd. inde a Jenſ. ante Leid. acc. Gibſ. Obr. *ſcribemus* reliqui.

54. *An Demoſthenes male ſic egiſſet ut ſ. a. Cicero.* Sic Lugd. 1538. (male enim ap. Geſn. bis impreſſum 1528.) Obr. Geſn. Bip. et ita plane Turic. Flor. niſi quod *egiſſe* uterque. *a. D. m. ſ. e. vel ſcripſit aut Ciceronem* Voſſ. 2. Goth. niſi quod ex hoc Geſner. (tacens ille quidem de

probationes colligere. vid. not. crit.

Digitized by Google

ſcripſit, aut *Cicero?* aut eos praeſtantiſſimos oratores alio quam ſcriptis cognoſcimus? Melius egerunt igitur, an pejus? Nam ſi pejus, ſic potius oportuit dici, ut ſcripſerunt: ſi melius, ſic oportuit ſcribi, ut di-
55 xerunt. Quid ergo? Semper ſic aget orator, ut ſcribet? Si licebit, ſemper. Quodſi impediant brevitate tempora a judice data, multum ex eo quod potuit dici, recidetur; editio habebit omnia. Quae autem ſecundum naturam judicantium dicta ſunt, non ita poſteris tradentur, ne videantur propoſiti fuiſſe,
56 non temporis. Nam id quoque plurimum refert, quomodo audire judex velit: atque

voce *vel*) pro *male* affert *vellem*, non obloquente in collatione codicis Spald. *an Demoſthenem male — Ciceronem* Camp. *an Demoſthenem m. ſ. egiſſe — Ciceronem* Guelf. Exc. Sant. *an Demoſthenem malle ſit egiſſe — Ciceronem* Jenſ. et (ſed correcto *ſic* pro *ſit*) poſt. ante Ald. *an Demoſthenem mallem ſic egiſſe — Ciceronem* Vall. Ald. et reliqui mei omnes: de aliis cf. Geſn. *alia qua* Turic. Flor. Camp. *alia quam* Guelf. Exc. Sant. Jenſ. (tac. Geſn.) et poſt. ante Gryph. exc. Ald. *egeruntur igitur* Flor. Camp. *ſi* ante *pejus* om. Guelf. *potius* ante alterum quoque *oportuit* inſerunt Turic. Flor.

55. *ſcribet.* Sic Turic. Flor. Camp. c. Goth. probante Geſn. *ſcriberet* Guelf. *ſcribit* reliqui. *ſemper quae pediant* Turic. Flor. *ſ. quae imp.* Guelf. *ac judice* Flor. *reciderunt* Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. Camp. et edd. ante Bad. cum ipſo Ald. ſed hic modo *multumque*, ut verbum pendeat ab illo *tempora:* male. *quaedam ſecundum* Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. Camp. c. Alm. *dici ſunt* Turic. Flor.

56. *audire judex.* Sic ſcripti omnes et Camp. Jenſ. ſ. a. reliqui. *velud* Turic. Flor.

55. *propoſiti.* Vid. 11, 1, 42.

Digitized by Google

ejus vultus ſaepe ipſe rector eſt dicentis, ut Cicero praecipit. Ideoque inſtandum iis, quae placere intellexeris, reſiliendum ab iis, quae non recipientur. Sermo ipſe, qui facile judicem doceat, optandus. Nec id mirum ſit, cum etiam teſtium perſonis aliqua mutentur. Prudenter enim, qui cum interrogaſſet ruſti- 57
cum teſtem, *an Amphionem noſſet*, negante

ejus — rector eſt dicentis. Sic Obr. uſus haud dubie talibus in Cod. Arg. veſtigiis, qualia ſunt in noſtris haec: *ius vultus* Flor. *iis v.* Turic. Guelf. *rectos eſt docentes* Turic. Flor. *ei vultus — rectus e. d.* reliqui. *praecipit* om. Flor. *praecepit* Tarv. Locat. Ven. et al. ap. Burm. *inſtandum his* Turic. Camp. Jenſ. (tac. Geſn.) Baſil. *reſilendum* Jenſ. *re ſilentium* Flor. *ire* (Turic. *irae*) *ſilentium* Turic. Guelf. c. Alm. *ab his* Turic. Camp. Baſil.

57. *teſtem ad amphinionem negant et detraxit* Turic. Flor. et ſic Guelf. niſi quod *amphiona; t. ad amphinionem negantem d.* Camp. *t. ad Amphionem negant et detraxiſſet* Goth. (err. Geſn.) Voſſ. 2. *t. at Amphion negat et detraxit* Jenſ. *t. an Amphiona noſſet negat et detraxit* Tarv. Locat. Ven. Noſtram Aldus primus dedit, ſecutique ceteri omnes, niſi quod inde a Baſil. praetulerunt formam *Amphiona*; non bene, ut obſervat Badius (an in Ed. 1519? vid. Burm.), cum res acta ſit in foro Romano. Neceſſarium illud *an — noſſet* e mſ. quidem nondum allatum eſt: ſed in Tarv. nulla conjecturae ſuſpicio. Verba *negante eo* an ſint ex Aldi emendatione, neſcio. Dixeris eſſe eadem in

56. *Cicero praecipit.* Locum nondum quisquam indicavit.

optandus. „H. e. eligendus „et ſtudioſe conſectandus" Geſner. Cf. eund. in Theſ. Hoc quamvis in tali quidem ſententia rarum ejus ſignificationis exemplum nemo tamen cum mera, qualem eſſe puto, conjectura Obrechti *aptandus* mutaverit; praeſertim cum haec etiam inſolita ſit ſtructura „aptare ſermonem, qui „doceat."

57. *Amphionem.* Burman-

Digitized by Google

eo, detraxit aſpirationem, breviavitque ſecundam ejus nominis ſyllabam, et ille eum ſic optime norat. Hujusmodi caſus efficiunt, ut aliquando dicatur aliter quam ſcribitur; cum dicere, quomodo ſcribendum eſt, non
58 licet. Altera eſt diviſio, quae in tres partes et ipſa discedit, qua discerni poſſe etiam recte dicendi genera inter ſe videntur. Namque unum *ſubtile*, quod *ἰσχνὸν* vocant: alterum *grande* atque *robuſtum*, quod *ἁδρὸν* con-

Alm. cum ex hoc ap. Burm. nil notatum ſit niſi verbi *noſſet* defectus. *ſpiratione brevi aut que* (Turic. Guelf. Voſſ. 2. *quae*, Goth. *autque*) Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. *ſecundum* Flor. *ſecunda eſt e. n. ſillaba* Camp. *quam ſcribatur* et mox *ſcribendum ſit* Camp. *non licet* om. Guelf.

58. *deſcendit* Turic. Flor. Guelf. Camp. c. Goth. Voſſ. 2. *quod non vocant* Turic. Flor. Guelf. *quod ἰσχνὸν ἤλοιον voc.* Tarv. Locat. Ven. *ἰσχνὸν* ſolum eſt jam in Camp. *quod ἁδρὸν conſtituunt.* Sic Camp. *q. ad ponus*

nus obſervat, hoc nomine Amphionis multos in lapidibus occurrere inter libertinos praecipue et vilioris ſortis homines.

58. *in tres partes et ipſa.* Reſpicit §. 16. 18. Eandem autem diviſionem in *ἁδρὸν*, *ἰσχνὸν*, *μέσον* habes apud Gellium 7, 14. Ex aliis alias generum dicendi ſive *χαρακτήρων* diviſiones profert Capperonnerius. In his eſt etiam *floridum* ap. Macrob. 5, 1. *ἀνθηρὸν* ap. Proclum in Chreſtom. (Phot. cod. 239.), cui adde auctorem Vit. Hom. ap. Galeum p. 315. Genuina itaque ſunt haud dubie graeca in noſtro contextu. Sed e codicum veſtigiis apparet *τῷ ἰσχνῷ* et *τῷ ἁδρῷ* addita fuiſſe per ἢ cognata quaedam vocabula, difficilia tamen illa conjectu. Nam *λεπτὸν*, quod Capper. proponit, de ſubtili maxime quidem eſt proprium, ſed nimium recedit a librorum ſcriptura; ut fortaſſe verius ſit *λιτόν*; cf. Dionyſ. Hal. de Demoſth. p. (Sylb.) 184, 28 *τὴν λιτὴν καὶ ἰσχνὴν φράσιν.*

conſtituunt. cf. 9, 4, 54.

Digitized by Google

ſtituunt: tertium alii *medium* ex duobus, alii *floridum* (namque id ἀνθηρὸν appellant) addiderunt. Quorum tamen ea fere ratio eſt, 59
ut primum *docendi*, ſecundum *movendi*, tertium illud utrocunque nomine *delectandi* ſive aliud *interconciliandi* praeſtare videatur offi-
101 cium; in docendo autem *acumen*, in con-

dionter c. Turic. Flor. Guelf. *q. e.* ἀδρὸν reliqui. *id anae poenim app.* Turic. Flor. Guelf. (hic *anepoenim*). *i. ανεπαίνῳ a.* Camp. ἀνθηρὸν in Tarv. primam comparet. In Goth. ejus loco lacuna.

59. *ſec. amovendi* Turic. Flor. *ſ. admonendi* Guelf. Camp. *illud eſt ultrocumque* Turic. Flor. Guelf. Verbum *eſt* habet Camp. quoque. *videtur officium* Jenſ. quod mendum hinc omnes, praeter Badii, editiones inſedit ante Geſn. *in conciliando.* Sic Turic. Flor. c. Alm. Baſil. *interconciliando* Guelf. cum Goth. Jenſ. et edd. poſt. ante Bad. *interconciliandi* Camp. *in interconciliando* reliqui ex Badii

59. *ſive aliud interconciliandi.* Hoc verbum, quod nusquam praeterea occurrit, Geſnero eo tantum tutum videbatur, quod bis hic poſitum eſſet, lectum nimirum hucusque altero etiam poſt aliquot verba loco. Nunc itaque, ubi ope optimorum codicum manifeſtorumque in ceteris veſtigiorum ab altera tamen ſede deturbatum eſt, integra de eo redit quaeſtio. Jam cum Qu., qui ſupra etiam 3, 5, 10. *tria* poſuit, *quae praeſtare debeat orator, ut doceat, moveat, delectet*, poſtea 11, 1, 6. eandem diviſionem memorarit his verbis, *quid eo n-ciliando, docendo, movendo judici conveniat:* quis credat eum hic potiſſimum inſolito illo et ſesquipedali verbo uſum, cujus ne ratio quidem conſtat? Nam *interconciliare* quid eſſe poteſt, niſi alios conciliare inter ſe? Quantilla autem haec pars operis oratorii? Senſerunt haec alii etiam, et cum vox quoque *aliud* otioſa videretur, Heumannus propoſuit *auditores conciliare*; quae tamen ingenioſa alias conjectura eo maximo incommodo premitur, quod non apparet, cur huic potiſſimum verbo praemiſſum ſit quod eodem jure ad tria etiam cetera

Digitized by Google

ciliando *lenitas*, in movendo *gravitas* videatur. Itaque illo ſubtili praecipue ratio narrandi probandique conſiſtet; ſed quod etiam detractis ceteris virtutibus, ſuo genere plenum. Medius hic modus et translationibus crebrior et figuris erit jucundior, egreſſionibus amoenus, compoſitione aptus, ſententiis

aut Vallae correctione. *monendo* Camp. *gravitas* om. ſcripti et mei et Burmanni omnes cum Camp. ſed habet jam Jenſ. qui e cod. hauſiſſe putandus eſt, donec aut verius aut commodius aliud verbum inveniatur. Quod fortaſſe fuerit *vis*, ſubjecto verbo etiam alio in locum illius *videatur*, quod non ob ingratam ſolum repetitionem (quam non ſemper curat noſter) ſed ob ipſius inertiam plane non ferendum videbatur Spaldingio quoque. In Guelf. eſt *movendo moveatur*. *narrandi quae conſ.* Turic. Flor. Guelf. Totum hoc *probandique* omittere narratur Alm. *conſiſtet.* Sic Turic. Flor. Guelf. (a pr. m.) Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) cum Alm. Voſſ. 2. et edd. ante Leid. Conf. mox *erit jucundior*, et *feret cogetque*. *ſed quae id etiam* Turic. Flor. Guelf. *plenum*. Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Voſſ. 2. Goth. et edd. ante Gryph. *plenum ſit* reliqui.

60. *medius hic medius* Turic. Flor. Guelf. *medius his* omiſſa tertia voce Camp. c. Goth. Voſſ. 2. et edd. ante *Bad.* qui noſtrum ex Vall. *medius his modus* Bip. ex neſcio cujus correctione, prava illa quidem, altero, quo referatur *his*, in hac quidem ſerie nondum poſito. *amoenis* Turic. Flor. Jenſ. et poſt. ante Ald. per ſe non male, ſed contra concinnitatem. *captus* Jenſ. c. poſt. ante Ald.

pertinet. Equidem ſervem illud *aliud*, quo diverſum ejusdem generis officium indicatur: et, ne nihil contulerim, criticorum judicio ſubmitto hoc: *delectandi, ſive aliud item conciliandi — officium.*

gravitas videatur. vid. not. erit.

ſed quod — plenum. Recte Geſner. ita haec interpretatur „totas etiam in hoc genere „orationes, pro materiae ni„mirum ratione, probabiles „eſſe poſſe, etiamſi nihil ne„que *floridum* habeant neque „*grande*.“

60. *Medius hic modus.* Pro-

Digitized by Google

dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidam et virentibus utrinque silvis inumbratus. At ille, qui saxa devolvat et *pontem indignetur* et ripas sibi faciat, multus et torrens judicem vel nitentem contra feret, cogetque ire qua rapit. Hic orator et defunctos excitabit, ut *Appium Caecum:* apud hunc et patria ipsa exclamabit, aliquandoque *Ciceronem* in ora- 61

tamen nam nis et lucidis quidem (Turic. *quide*) *est virentibus* Turic. Flor. *t. nam vis et l. qui deest v.* Guelf. *t. et amnis lucidus quidam est et v.* Jens. in qua scriptura statim Tarv. mutat *ut amnis,* et meorum primus Gryph. 1544. *est* omittit, quam nostram invenit etiam in suis Merula, dantque Goth. certe et Camp. nisi quod hic *quidem;* cf. §. 17. 19.

utrimque sibi sq verberatus Flor. *sibi sin* est et iam in Guelf.

61. *indignatur* Turic. Flor. Guelf. *mittentem* Flor. *cogitque ire quarta pite hic* Turic. (nisi quod *irae, pitae*) Flor. *rapit* om. Guelf. nimia lacuna relicta. *defunctus* Camp. *excitavit* Turic. Flor. *exclamabit* Turic. *aliquando-*

nomen *hic* respondet suo *ille* in praecedentibus et subjectis: *illo subtili —; medius hic —; at ille qui saxa —.*

ut amnis. Pungunt me diversae in optimis libris scripturae vestigia, maxime illud *nam*, cujus prima littera ei proximo *tamen* adhaesit. Hinc non mutata serie verborum et nonnisi necessariis mutationibus fit, *lenior tamen amnis et lucidus quidam et — inumbratus;* ut ipse orator dicatur amnis, sicut ἀναγέστερον longe mox tertius ille, eamque locutionis audaciam mitiget adjectum *quidam.* Vid. laudata ad §. 17.

61. *pontem indignetur.* Verba sunt Virgilii 8, 728. „Nimirum praecepta hic simul „sunt exempla", ut vere Gesner.

ripas sibi faciat, Novas videlicet, non curans moles obstantes.

Appium Caecum. vid. 3, 8, 54.

patria — exclamabit. Cic. Catil. 1, 7.

Ciceronem — alloquetur ib. 11. Mira tamen videri possit ratio hujus sermonis:

Digitized by Google

tione *contra Catilinam* in ſenatu alloquetur. 62 Hic et amplificationibus extollet orationem, et in ſuperlationem quoque erigetur. *Quae Charybdis tam vorax? et Oceanus medius fidius ipſe.* Nota ſunt enim jam ſtudioſis haec lumina. Hic deos ipſos in congreſſum prope ſuum ſermonemque deducet. *Vos enim Albani tumuli atque luci: vos, inquam, Alba-*

que Ciceronem. Sic omnes et ſcripti (niſi quod Turic. Flor. Guelf. *quae* diremptim) et editi, mei quidem, ante Gryph. 1544. Ab illo autem inde lectum eſt *aliquemque* ut *apud Ciceronem*, niſi quod Obr. omiſit vocem *apud*. Quae omnia ut arbitrarias correctiones merito abjecit Gesner. antiquamque reſtituit. *aliquando Cic.* e ſolo Voſſ. 2. affertur. Mox *alloquantur* Turic. Flor. *alloquatur* Guelf. Exc. Sant.

62. *etiam ampl.* Camp. et inſuper *latiniorem quoque erigetur* Turic. Flor. *et inſuper latiniorem q. eriget* Guelf. *et in ſuperlationem q. eriget* Jenſ. et poſt. ante Bad. *et vi ſuperlationum q. e.* Camp. *et vi ſuperlationum q. eriget* reliqui. Noſtra eſt ipſa illa vetuſtiorum librorum cum neceſſaria e ceteris correctione. In vulgata hucusque putida certa erat ſermonis variatio, „orationem amplificationibus „extollet et vi ſuperlationum eriget.“ *ſunt enim etiam* Turic. Flor. Guelf. c. Alm. *ſunt etiam* Camp. *quoque* pro *prope* Guelf. Mox bis *nos* pro *vos* Camp.

„apud hunc oratorem (uni„verſe cogitatum) patria ali„quando Ciceronem alloque„tur“; cum mens ſcriptoris ſit „patria aliquando ipſum, „qui dicit, alloquetur.“ Sed ideo adjectum eſt hoc „in „oratione contra Catilinam“, quod alias dixeris eſſe ſcholion. Nunc perinde eſt ac ſi dixiſſet: „in hoc genere pa„tria aliquando Ciceronem in„ipſius Ciceronis oratione al„loquetur.“

62. *in ſuperlationem.* cf. 9. 2, 8.

Quae Charybdis —, Oceanus —. Cic. Phil. 2, 27. ubi vox *ipſe* non legitur. *Vos enim Albani —.* Haec etiam memoriter recitata ex Or. pro Mil. 31.

Digitized by Google

norum obrutae arae, ſacrorum populi Romani ſociae et aequales. Hic iram, hic miſericordiam inſpirabit: hic dicet, *Te vidit, et appellavit, et flevit:* et per omnes affectus tractatus hic itaque illuc ſequetur, nec doceri deſiderabit. Quare ſi ex tribus his generi- 65

inſpiravit Turic. Flor. *h.* (ſic, una litt.) *dicit* Turic. *hic dicit* Guelf. Goth. (tac. Geſn.) *hic dicunt* Flor. *dicet hic* Camp. *te vidit et appellavit et flevit.* Sic Camp. *te judex a. e. f.* Turic. *te videt a. e. f.* Flor. c. Goth. Voſſ. 2. *te vidit a. e. f.* Guelf. Bad. *t. v. et flevit et app.* reliqui praeeunte Jenſ. *tractatus.* Sic Turic. *tractatur* reliqui. *hic itaque.* Sic Turic. Flor. Guelf. Voſſ. 2. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et poſt. ante Gryph. 1544. *hinc i.* reliqui praeeunte jam Camp. *ſequetur.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. omnes ante Burm. ut hujus ſuſpicer ſphalma merum *ſequitur*, quod Geſn. et Bip. repetierunt, Capper. non item. *doceri.* Sic omnes et ſcripti (niſi quod Goth. *deceri*, non *docere*, err. Geſn.) et editi, quos equidem viderim, praeter Burm. qui *docere*; quod tamen ſphalma typographi non eſt, cum *doceri* tanquam v. l. appictum ſit. Haec omnia cum manifeſto ſint corrupta, Obr. ita in textu ſuo poſuit: *et per omnes affectus auditor huc atque illuc ſequetur, nec doceri deſiderabit*, quod illum dediſſe e conjectura vel ſola vox *auditor* et neglectum *tractandi* verbum prodit. Burm. itaque conjiciebat *et ita per omnes affectus tractatus judex huc illuc*

hic dicet — — doceri deſiderabit. Haec cum nonniſi corrupta dare potuerim, poſui ut ſunt in vetuſtiſſimis, aliquot emendandi conatibus in not. crit. allatis. Sed haec etiam *Te vidit — flevit*, quae neque apud Ciceronem neque alibi hucusque inventa ſunt, ſuſpicione apud me quidem non carent: neque fortaſſe errem, ſi e Turicenſi — ſcriptura unica littera in ſimillimam mutata haec effecerim: *Te, judex, appellavit et flevit.* Quae ad miſerum aliquem et a potentioribus oppreſſum clientem relata, ſcriptor ipſe ita finxerit.

Digitized by Google

65 atque impetu *parem* tribuit. *Cum hoc* igitur *nemo mortalium contendet:* hunc ut deum homines intuebuntur. Hanc vim et celeritatem in Pericle miratur Eupolis, hanc fulminibus Aristophanes comparat: haec est vere
66 dicendi facultas. Sed neque his tribus quasi formis inclusa eloquentia est. Nam ut inter gracile validumque tertium aliquid constitutum est, ita horum intervalla sunt, atque inter haec ipsa mixtum quiddam ex duobus me-
67 dium est eorum. Nam et *subtili* plenius aliquid atque subtilius, et *vehementi* remissius

Flor. Guelf. *cum oratione simili nimbus et c.* Camp. *cum orationi n. h. e. c.* Goth. Qui silentur, Alm. et Voss. 2. receptae favere putandi sunt. *impetum* Camp.

65. *intuebantur* Flor. *fluminibus* id. *vere.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. c. Alm. (qui *n.* supra posito *e*) Goth. Jens. et edd. ante Bad. Reliqui *vera.* Sed illud fortius: neque metuendum, ne *vere dicendi* jungatur: nam *vere dicere,* non adjecto vel intellecto, quid dicatur, in usu esse non credo, sed *verum* sive *vera dicere;* ut in ambiguitatis vitium vulgata potius cadat.

66. *Sed* om. Camp. *iis* Jens. (tac. Gesn.) *eloquentiae est* Flor. *inter se vallida sunt* Flor. *inter se valla s.* Guelf. Exc. Sant. cum Alm. marg. Basil. Mira varietas, cujusmodi nihil tamen ex Turic. refertur. *medium est quorum nam* Turic. Flor. Guelf. et, omisso *nam,* Camp. c. Goth. Voss. 2.

67. *ut vehementi* Turic. Guelf. Exc. Sant. *vehementi re-*

ctationem, ut videbatur Heynio l. l. sed *facundiam,* ὅπα μεγάλην.

65. *in Pericle.* vid. ad 2. 16. 19. et 10. 1. 82.

vere. vid. not. crit.

66. *tertium aliquid.* Medium illud et lene.

Digitized by Google

atque vehementius invenitur; ut illud *lene* aut ascendit ad fortiora, aut ad tenuiora summittitur. Ac sic prope innumerabiles species reperiuntur, quae utique aliquo momento inter se differant; sicut quatuor ventos generaliter a totidem mundi cardinibus accepimus flare, cum interim plurimi medii eorum, va-

missius omittere refertur Flor. (mirum ni *atque* etiam). *ascendet* Turic. Flor. Guelf. *aut tenuiora* Turic. Flor. Guelf. c. Goth. Voss. 2. *summitur* Jens. (tac. Gesn.) *ac si propriae* Turic. *ac si p.* Flor. Jens. (tac. Gesn.) et post. ante Bad. *generaliter ventos* Jens. et edd. post. ante Gesn. exc. Obr. Proximum autem *a* omittunt scripti omnes, et edd. ante Bad. *carminibus* Flor. *plurimum* Camp. *cum interim plures sint intermedii*, sic in lexicis v. *Interim*, et quidem, quantum reperire potui, in Rob. Stephani primum thesauro, locus hic citatur, nostra tamen scriptura simul posita. Nihilominus priorem non e codice, sed ex alicujus memoriter laudantis observatione derivatam puto. *medii*

67. *interim*. Hoc sensu hanc particulam habuimus 4, 1, 64. De formula ipsa *cum interim* (pro *cum tamen*) v. Bud. ad Pand. lib. 22, 3. (de probationib.) l. 28. (Si arbiter), ubi locus allatus Ciceronis est pro Sull. 5, 16. Gronov. ad Liv. 4, 51. Quod autem huic formulae junximus indicativum *deprehenduntur*, factum auctoritate omnium librorum, cum conjunctivus editoribus tantum deberetur de grammatica sollicitis. Atqui editoris est non utique regulas sequi, sed usum antiquorum indagare, qui non semper illis astringitur. Ita haud rari sunt loci, ubi usus particulae *cum* causalis delabitur in alterum temporalem, nec apud poetis tantum, ut Hor. I. Od. 29. extr. *Quis neget etc. cum tu coëmtos — libros Panaeti — mutare loricis Iberis, pollicitus meliora, tendis*; sed apud Ciceronem quoque, ut in loco quem C. mihi Schneider. indicavit, ad Div. 15, 12, 3. *Quam mihi facultatem cum hic — casus eripuit, tamen — peto etc.* Quid igitur mirum, fieri illud nostro etiam loco, ubi adjecto *interim* formam temporalem plane induit oratio (*während*).

varie — proprii. vid. not.

Digitized by Google

rie etiam regionum ac fluminum proprii, de-
68 prehenduntur. Eademque muſicis ratio eſt, qui cum in cithara quinque conſtituerunt ſonos, plurima deinde varietate complent ſpatia illa nervorum, atque iis quos interpoſue-

et eorum varia etiam reg. Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. Camp. cum Goth. Voſſ. 2. (niſi quod hic *et* pro *etiam*). *m. et eorum varietate r.* Jenſ. c. poſt. ante Ald. *modii eorum, varietate r.* reliqui impreſſi omnes. Sed cum non appareat, quid ſit „proprii varietate regionum" et valde verear, ne Jenſonianum illud *varietate* nullo ſcripto nitatur, codicum ſcripturam cum facillima Geſneri correctione, omiſſoque *et*, cujus nulla utique ratio eſt, repoſui. *regum* Turic. Guelf. Exc. Sant. cujus mendi fons deprehenditur in Flor. ubi *regiũm*. Alm. in his omnibus „turbare" tantum narratur. Mox *proprie* Jenſ. c. edd. poſt. ante Burm. exc. *Ald. Nimirum* oppoſita haec vox videbatur illi *generaliter;* ſed neque loco ſuo poſita, neque ſic etiam admodum latina, et nullo ſcripto nitens (nam ex Alm. etiam et Voſſ. diſerte *proprii* affertur) merito rejecta eſt. *deprehendantur.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (err. Geſn.) Voſſ. 2. et edd. ante Gryph. *deprehendantur* reliqui.

68. *cum citharae* Flor. *conſtituerint* Camp. *atque his* Guelf. Camp. *atque his atque hae* Turic. Flor.

crit. Venti autem *fluminum proprii* intelligendi ſunt, qui proprietatem habere putantur a flumine aliquo regionis ejus, unde flant, derivatam.

68. *quinque—ſonos.* Sonos hoc numero primarios cum nusquam apud antiquos memoratos invenirem, Vitruvius autem et Boëthius, ad quos Badius nos remittit, quinque tetrachorda nominent, quorum hic nulla ratio; Boeckhium adii, qui in uſum lectorum Quintiliani haec mecum communicavit. „Ut Quintilianus „ſonos muſicos (φθόγγους) il„luſtrandis dicendi generibus „adhibet, ita Dionyſ. Halic. „περὶ τ. Δημοσθ. δυνάτ. c. 2. „genus grave et ſubtile cum „ὑπάτην et νήτην octavam (διὰ „πασῶν) complectentibus com„parat. Verba autem Quin„tiliani ad Sectionem Canonis „ſecundum ſyſtema perfectum „ex binis octavis conſiſtens, „quod inde ab Ariſtoxenicis

Digitized by Google

runt, inſerunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant. Plures igitur etiam 69
eloquentiae facies, ſed ſtultiſſimum quaerere, ad quam ſe recturus ſit orator: cum omnis ſpecies, quae modo recta eſt, habeat uſum, atque id ipſum omne ſit oratoris, quod vulgo

69. *ſe rɔcturus ſit.* Sic Turic. Flor. Camp. *r. ſit* Guelf. *ſit ſe r.* Goth. (nec. Geſn.) *r. ſe ſit* reliqui. *id ipſum*

„uſitatiſſimum erat, referenda „ſunt. In eo octo quidem „ſunt *ſoni immobiles*, qui ante „ceteros deſignantur, quippe „quinque tetrachordorum ter„mini, iisque inſeruntur *mo„biles*, quorum deſcriptio vul„go κατακύκνωσις appellata eſt: „cujus loco Quintilianus ver„bo utitur *complendi*, ut Plato „(Tim. p. 36. a.) dixit ξυνε„πληροῦτο τὰ τε. διπλάσια καὶ „τριπλάσια διαστήματα. Sed ex „immobilibus illis *quinque „ſoni* totum ſyſtema in maxi„ma intervalla diſpeſcunt, νήτη „ὑπερβολαίων, μέση et προσλαμ„βανόμενος, quibus chordis „binae conſtituuntur octavae, „ut apud nos ſonis c̄, c, C, „et νήτη διεζευγμένων atque „ὑπάτη μέσων, quae ſingulas „octavas in quartam et quin„tam dividunt, ut nobis f̄ et „f. Hos itaque quinque ſo„nos ut principes ſecrevit „Quintilianus; reliquosque „tres, quoniam illis minora „jam unius toni intervalla na„ſcuntur, cum proxima κατα„κύκνώσει, qua octo immobi„lium intervalla, ſecundum „genus diatonicum, omnium „ſimpliciſſimum, tonis et he„mitoniis complentur, his „verbis complexus eſt: *plu„rima deinde varietate com„plent ſpatia illa nervorum.* „Supereſt deſignatio minorum „intervallorum generi chro„matico et enharmonio pro„priorum, ex qua novi ori„untur ſoni prioribus inter„poſiti. Huc ſpectant verba: „*Atque his quos — alios;* at„que ita ſonorum varietas ea„dem reperitur, quam in di„cendi generibus agnoſcit ſcri„ptor §. 66. „ita horum — „„eſt eorum.“ Notitiam au„tem ſonorum et intervallo„rum veteris ſyſtematis cete„raque huc ſpectantia pete in „commentatione mea de Con„formatione animae munda„nae in Platonis Timaeo, in„ſerta Studiis a Daubio et „Creuzero editis T. III. P. I. „et in libro de Metris Pin„dari III. cap. 7.“

Digitized by Google

genus dicendi vocant. Utetur enim, ut res exiget, omnibus, nec pro cauſa modo, ſed pro partibus cauſae. Nam ut non eodem modo pro reo capitis, et in certamine hereditatis, et de interdictis ac ſponſionibus, et de certa credita dicet; ſententiarum in ſenatu, et concionum, et privatorum conſiliorum ſervabit discrimina; multa ex differentia *perſonarum*, *locorum*, *temporumque* mutabit: ita in eadem oratione aliter conciliabit, non ex iisdem partibus iram et miſeri-

non ſit Turic. Flor. Guelf. cum Alm. Goth. Voſſ. 2. Jenſ. et edd. ante Baſil. exc. Ald. Ita librorum *antiquorum* unus Camp. habet receptam. Neque tamen *in hoc haerendum*, recte monente Geſn. de confuſione notarum ſ et ſꝛ.

dic. genus Camp. *tutetur* Flor. *ſed pro.* Sic Turic. Guelf. Jenſ. (tac. Geſn.) et edd. ante Bad. *et* inſerunt reliqui.

70. *nam non ut* Turic. Flor. Guelf. Camp. *et de internis* Turic. Guelf. Camp. c. Goth. Voſſ. 2. *et de intnſ.* Alm. *et internis* Flor. *certa credita.* Vid. certiſſimam criſin Spald. ad 4, 2, 61. 8, 3, 14. *Addatur* autem codicibus priori loco nominatis Flor. *ſententiam* Guelf. Exc. Sant. *ſententiarum quoque* Flor.

multa. Sic Obr. neque dubium mihi quidem, quin e cod. *vita* Turic. Flor. *vitam* reliqui, praeter Alm. qui *utram.* *conciliavit* Turic. *hisdem* Turic. *eir-*

69. *pro cauſa* i. ut cauſa exiget.

70. *de interd. ac ſponſ.* cf. 2, 10, 5. *de certa credita* v. 4, 2, 61.

aliter conciliabit. Plane meum facio judicium Rollini alterum membrum hic excidiſſe conſentis, ut ſcripſerit Quint. in hunc fere modum: „aliter inflammabit, aliter „conciliabit.“ Burmannus quidem ad defendendam vulgatam provocat ad Gronovii not. ad Liv. 5, 37. Tac. Ann. 2, 63. ſed ibi alieniſſima in-

Digitized by Google

cordiam petet: alias ad docendum, alias ad movendum adhibebit artes. Non unus color 71
prooemii, narrationis, argumentorum, egreſſionis, perorationis ſervabitur. Dicet idem graviter, ſevere, acriter, vehementer, concitate, copioſe, amare, comiter, remiſſe, ſubtiliter, blande, leniter, dulciter, breviter, urbane: non ubique ſimilis, ſed ubique par

dem Leid. Burm. Geſn. Bip. Noſtra in omnibus mſſ. niſi quod Flor. et Voſſ. 2. in re minuta ſilentur. Sed loco verbi *partibus* in Turic. Flor. legitur *huaſtibus*, in Alm. *hic aſtibus*, et ſimile quid reperiſſe videtur Obr. in Arg. unde effecerit ſuum *eventibus*, quod ipſum tamen, ſi vel fuerit in codice, nemini probabitur; requiritur enim aliquid, quod in poteſtate et arte oratoris ſitum ſit. Ita quod ceteri codices praebent minime eſt incommodum: „ex iis„dem (artis ſuae) partibus", eoque acquieſcendum putavi, donec probabilius aliquid e ſtribliginibus illis excudatur.

Mox *alios — aliis* Turic. *aliis* e Flor. etiam, ſed incertum utro loco. *ad monendum* Camp. (ſed junctim) Jenſ. et poſt. ante Baſil. exc. Ald. *artis* hic raro conſenſu Flor. Guelf. Goth. Camp. et edd. ante Ald. qui ſolus *arteis*.

71. 72. *non ubique ſimul ſed ubique par ſibi ſic fiet*

venias. Agit enim Gronovius de voce *alius* ſemel tantum in altero membro poſita, ut in Liviano *virgis caedi, alii ſecuri ſubjici*. Hic autem unum *aliter* loco geminati cum uno eodemque verbo poſitum eſſet: ut ſit „aliter atque aliter, „i. e. diverſimode, conciliabit." Cujus formae nullum exemplum affertur. Sed ſac latinam eſſe, ſenſus tamen non admitteret. Tam minutae enim dicendi generis diverſitates, quae in una eademque parte, ut in conciliando, conſpiciantur, locum hic non habent, cum ſtatim diverſiſſimae *docendi* et *movendi* partes ſibi opponantur. Hoc itaque tantum dicit Qu., non modo diverſarum cauſarum diverſa eſſe dicendi genera; ſed in eadem oratione mutandum eſſe genus, cum in eadem judex ſit et docendus et movendus et conciliandus. Jam his tribus hic quidem abſolvi res poterat; nec male haec ipſa *aliter — alias — alias artes* inter ſe referrentur; niſi intercederet illud *non ex iis-*

Digitized by Google

72 sibi. Sic fiet cum id, propter quod maxime repertus est usus orationis, ut dicat utiliter et ad efficiendum quod intendit potenter: tum laudem quoque, nec doctorum modo, sed 73 etiam vulgi consequetur. Falluntur enim plu-

cum Alm. et, nisi quod *pars: ibi*, Guelf. *n. n. simul sed ubicunque p. s. s. f. c.* Goth. Voss. *n. n. n. simul sed ubicunque par sibi fiet. tum* Camp. Gryph. Gibs. *n. n. simul sed ubi pars ibi sic fiet cum* Jens. (non plene ref. Gesn.) c. post. ante Ald. et sic, nisi quod *par*, Bad. *n. n. simul sed ubicunque par fit: sic fiet tum* Stoer. Chouet. Leid. Roll. Alios vid. ap. Burm. Nostram Aldus primus, sed prava distinctione (*par sibi sic fiet, cum*); tum recentiores inde a Burm. eamque nunc demum codd. firmant Turic. Flor. *ut dicat utiliter.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *ut et d. n.* Jens. (tac. Gesn.) et post. ante Bad. *ut d. et n.* reliqui. *intendi* Flor. *non doctorum* Jens. et post. ante Bad. *consequetur.* Sic Camp. Basil. et post. ante Burm. *consequatur* reliqui, praeter Tarv. Loc. (err. Burm.) Ven. qui mendose *consequantur.* In codicum illa et a recentioribus adoptata scriptura ingrata erat, et praeter Quintiliani morem turbata oratio „fiet *cum* id, *ut* — dicat, *tum* — consequatur." Aut igitur excidit in his alterum *ut* post *tum*; aut vera est Campani scriptura: in qua et ipsa quidem decessum est aliquantum a logica consecutione, sed longe gratiori modo. Naturalis enim forma erat „cum — dicet, tum consequetur": haec in priori parte ob inferendum illud *propter quod* mutata est in „fiet cum id, ut — dicat — ": neque tamen haec forma nunc nimis sollicite continuanda erat, sed in naturalem illam redire potuit scriptor. Reduxi igitur priorum, et in his illius qui instar scripti est, scripturam; idque eo confidentius, quod C. Schneider, nescius illam extare, conjectura assecutus erat.

73. *falluntur enim plurimi* Jens. (nisi quod hic per

dem — petet, quod indicio est, diversas jam in eo quod praecedit artes indicatae esse, quae responderent et irae et misericordiae provocandae. Et profecto irae inflammatio, quamvis in adversarium, non est pars conciliationis. Ita sic etiam manifestum est, quod per se patet, bis positum a Qa. fuisse *aliter*, sicuti mox bis *alias*.

72. *cum id — consequatur.* vid. not. crit.

Digitized by Google

rimum, qui vitiosum et corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia exultat, aut puerilibus sententiolis lascivit, aut immodico tumore turgescit, aut inanibus locis bacchatur, aut casuris, si leviter excutiantur, flosculis nitet, aut praecipitia pro sublimibus habet, aut specie libertatis insanit, magis existimant populare atque plausibile. Quod quidem placere multis nec in- 74
fitior, nec miror. Est enim jucunda auri ac favorabilis qualiscunque eloquentia, et ducit animos naturali voluptate vox omnis:

sphalma *fallunt*) et post. ante Bad. *exultat*. Sic nos ex Turic. Flor. in quibus tamen *exultet* scriptum. *resultet* Guelf. Camp. *resultat* reliqui; cf. 9, 4, 28. *tum oretur gestit* Flor. *leniter — floribus* Camp. *avet* pro *habet* Jens. (tac. Gesn.) et post. ante Ald. *existiment* Goth. Voss. 2. Camp. Bad. *existimet* Turic. Flor. Guelf. Jens. et post. ante Bad. Vides indicativum nullo (nisi quod Alm. siletur) scripto niti. Conjunctivum tamen neque exemplis destitutus reponere, neque nimis festinato judicio damnare ausim. Quid enim si pro eo quod plenius esset „Falluntur, si qui sunt, qui existiment" Quintilianus pressius dicere potuit aut voluit „Falluntur, qui existiment"?

74. *infinitior* Flor. *jucundioris et favorabilis qualiscunque eloquentiae*. Haec est constans plerorumque librorum scriptura cum hac tantum varietate: *jucundi oris* in Voss. 2. et in aliis Badio visis divisim scriptum; *favorabili* Flor. *favorabilioris* aliquot edd. ap. Burm. acc. Gryph. 1544. *eloquentia* Goth. Voss. 2. Mihi Gesneri conjectura ab longo inde tempore in notis profatus matura tandem videba-

73. *locis bacchatur*. Non displicet observatio Badii, alludi hic ad loca terrae, per quae Bacchae vagantur.

qui — existimant. vid. not. crit.

74. *jucunda auri*. vid. not. crit. *favorabile* autem esse cui

Digitized by Google

neque aliunde illi per fora atque aggerem circuli: quo minus mirum eſt, quod nulli non agentium parata vulgi corona eſt. Ubi vero quid exquiſitius dictum accidit auribus imperitorum, qualecunque id, quod modo ſe ipſi poſſe deſperent, habet admirationem; neque immerito: nam ne illud quidem facile eſt. Sed evaneſcunt haec atque emoriuntur comparatione meliorum: *ut lana*

tur, quae in contextum reciperetur. *nec aliunde* Camp.

75. *exquiſitus dictu* Camp. *impeditorum* Flor. *neque merito* id. *nec imm.* Camp. *haec* om. Guelf. *atque moriuntur* Guelf. Camp. c. Goth. Voſſ. 2. et *edd. meis ante*

favetur, e lexicis notum; cf. 7, 1, 45. 11, 1, 42.

aggerem. Comparant VV. DD. verſum Juvenalis 6, 588. *Plebejum in circo poſitum eſt et in aggere fatum;* de plebe hariolos et agyrtas in illis locis conſultante. Utroque autem loco aggerem Tarquinii ſignificari Burmannus cenſet, quem merito Geſner. audiri vetat, donec oſtendatur, ibi quoque ejusmodi circulos fuiſſe. Ipſe tamen aggerem intelligens ſpinam circi, immo confidenter hoc in Theſ. Lat. proponens, hanc appellationem non magis probat: nam ex ipſo Juvenalis loco profecto hoc nemo efficiat. Reſtat ut eo redeamus, unde non minus abegit lectores Geſner., *viamque publicam* omnem intelligamus utroque loco. Cf. Hor. 1. Sat. 8, 15. *Aggere in aprico ſpatiari* (via publica in Esquiliis ſignificatur). Inv. 5, 153. *Tu ſcabie fruneris mali, quod in aggere rodit, Qui tegitur parma et galea etc.* (ſimia deſcribitur plebeculam per plateas oblectans). Quod autem Geſner. ait, *aggeres* potius dicturum fuiſſe hoc ſenſu noſtrum; primum, ſi ita reponere ſuadeam, non ita magnum facinus ſuadeam; dein ſingularis etiam numerus in talibus quae univerſe enuntiantur ratione carere non videtur: nam fora plura et ſingula, viae urbis continuatae et quaſi una.

75. *ut lana — — Ovidius ait.* Ovidiana haec eſſe Quintiliano credendum eſt: ſed

Digitized by Google

tincta fuco citra purpuras placet: at si conferas etiam lacernae, conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait. Si vero judicium his corruptis acrius adhibeas, ut fucinis sulfura, 76

Gryph. 1544. *a. morantur* Turic. Flor. c. Alm. *fuca* Locat. Ven. *fuco* Bad. Basil. *purpuras.* Sic omnes scripti (non mem. tamen Alm.) et edd. ante Gryph. acc. Obr. *ac si* Turic. Flor. Guelf. *aut Ov.* Flor. 76. *iis corr.* Goth. *is c.* Jens. *ut fucinus sulphura* Turic. Flor. c. Alm. (nisi quod hic *facinus*). *ut fuci-*

nunde, sumpta non facile est conjicere. E tragoedia esse volunt VV. DD. Et Heinsius quidem (non Colomesius, ut falso Gesner. ait) corrigendo quaedam senarium inde cum duobus phalaeciis efficit: quod metrum mirarentur sane sibi affixum tragici veteres. Sed neque argumentum ipsum lacernaeque mentio tragoediam sapit: nisi dixeris forte, nos tragicos quidem, sed Ovidium tragicum non nosse. Ita haec quidem relinquo. Correctiones autem quas tetigi Heinsii sunt vox *fuco* omissa, et *etiam* mutatum in *eam*. Quorum illud nemini sane persuadebit, ut ne Gesnero quidem, cui totum tamen conamen mire placebat. Alterum specie non caret, cum vocis *etiam* locus esse nullus possit: sed *eam* nimis est pedestre, et rectius in corruptela *etiam* latere dicas appositum aliquod *lacernae*. Non enim audiendi sunt neque Ferrarius, qui, cum purpureae fere fuerint honestiorum lacernae, hic ipsam pro purpura positam esse putat; neque Gallaeus, qui mendum Vallensis libri, *lacenae*, arripiens, *Lacaenam* sic nude pro Laconica purpura (Hor. 2. Od. 18, 7.) ab Ovidio nominatam credit. Vix autem aptius quicquam excogitari posse puto eo quod Aldrovandus (de Testaceis 3, 5.) dudum proposuit *Tyriae lacernae*: nisi quod ille vocem *etiam* non eliminabat, quam equidem ex scriptura *tiriae* natam existimo; salvo tamen eo quod de metro hoc peritiores statuent.

ut fucinis sulfura. Quae horum loco hucusque lecta sunt, ex sola scripturae varietatum collatione tantum non manifesta fiunt aut corruptelae aut arbitrariae correctionis. Neque melius eadem procedebant re ipsa. Nam contra scripturam *ut buccino purpuram* recte hoc movit ex Pli-

Digitized by Google

jam illum, quo fefellerant, exuant mentitum colorem, et quadam vix enarrabili foeditate palleſcant. Luceat igitur haec citra ſolem,

nus ſulphura Guelf. *ut ſuccinis ſ.* Jenſ. et poſt. ante Gryph. *ut buccinis purpura* marg. Baſil. *ut buccinum purpura* Goth. Vall. *ut bucinum purpuram* Voſſ. 2. *ut buccinis purpuram* Gryph. et recentiores praeter Obr. Apparet, opinor, ſcripturas *ſucinus, ſuccinis* eadem, quamquam in mſſ. corruptionis via proveniſſe, qua in ſuperioribus *ſucum* et *ſuccum; buocina* autem eſſe coniecturam. Repraeſentanda itaque erat vetuſtorum librorum ſcriptura, non tamen cum manifeſto indocti librarii mendo — *us*, ſed in ea, quam nexus ſententiarum et comparatum illud *ſuccinis* prius fuiſſe docent, dativi forma *ſucinis*. Quae vox an latina ſit, an aliud quid verius, ſio demum rite inveſtigabitur. *jam illum, quo fefellerant, exuant — palleſcant.* Sic nos e certis codi-

nio Geſner., quod in pretioſiſſimis erat buccinum et ad purpuras ipſum referebatur. Immerito tamen idem probavit Ferrarii coniecturam *ut buccini purpuram* i. e. „ut ſi fuco „tinctis pretioſiſſimam illam „buccini purpuram admo„veas“; quod per ſe inficetum, corruit ea ſola obſervatione, quae contra vulgatam illam etiam valet, quod illis Ovidianis de conferenda fuco purpura, non hoc ipſum iterum per *Si vero* ſubjici potuit. Haec reputanti ſtatim exploratum eſſe debuit, ſcripturam *ſulfura* alteram veritatis partem continere. Neque tamen *ſuccinis* ideo, quae in aliquibus libris juncta illis erant, adhaereſcendum erat, cum ob illepidum in aliud genus digreſſionem, tum ob rem ipſam; nam corruptum aliquid aut vile memoratum requirebatur, quale non eſt ſuccinum; neque pro mangonizato neſcio quo ſuccino (vid. Geſn.) ſuccinum ipſum nominaverit Quintilianus. Ita verum ſenſum haud dubie unicus adhuc Obrechtus repraeſentavit, qui coniecturam aſſecutus poſuit *ut fuco tinctis ſulfura*. Jam hoc ipſum alia forma hodie nobis praebent codices optimi leviſſima tantum ope ceterorum librorum emendati, *ſucina* neutro genere, ut in aliis coloribus ſaepe, e. g. in illo Martialis 2, 59. *Coccina famoſae domus et ianthina moechae*. Quod autem non adhuc lectum eſt aliis locis adjectivum *ſucinus*,

Digitized by Google

ut quaedam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. Denique mala multi probant, nemo improbat bona. Neque vero 77
omnia ista, de quibus locuti sumus, orator optime tantum, sed etiam facillime faciet. Neque enim vis summa dicendi est admiratione digna, si infelix usque ad ultimum solicitudo persequitur, ac oratorem

cum vestigiis, cum antea fuisset *jam illud, quod fefellerat, exuat — palleſcat.* Nam *quo ſe fellerat* Turic. Flor. *quo fefellerat* Goth. Voſſ. 2. Vall. In Alm. pronomen omiſſum. *paleſcant* Turic. Flor. His adde Camp. qui omiſſis illis *ut fuc. fulf.* ſic haec continuat: — *adhibeas, jam illum, quo fucus fefellerat,* ſervata tamen in ſequentibus quoque forma ſingulari; ubi veri veſtigiis correctio eſt immiſſa. Praeterea in Camp. eſt *enarrabilis*, in Turic. *feditante.* Mox *et ut quaedam* Turic. Flor. Guelf. Camp. Jenſ. (non Goth., err. Geſn.) et edd. ante Gryph. *ut et q.* Gryph. Stoer. Chouet. Gibſ. Obr.

77. *nec vero* Camp. *neque enim vim ſummam dicendi eos admirationem dignum infelix* Turic. Flor. Guelf. Eadem in Alm. niſi quod *eſt admirationem ſignum.* In recepta habent *eſſet* pro *eſt* Goth. Voſſ. 2. Jenſ. et edd. ante Gryph. *ſollitudo* Camp. *proſequitur* Guelf.

nec oratorem Turic. Flor. Guelf. cum Alm. quod certe legitimi *atque* veſtigium non eſt. Intactum itaque reliqui *ac*, indicium fortaſſe turbati ordinis; nam magis placeret *perſequitur ac macerat oratorem et coquit.* Remanet autem ſuſpicio, in corrupta vetuſtorum ſcriptura veſtigia

neque in Graecis φύκινος, hoc in talibus nullius fere eſt momenti. Qui enim dixerunt *coccinus, crocinus, faginus*, φήγινος, σύκινος, eosdem illo abstinuiſſe neſcio qua religione ducos credis? Praeſertim cum alia adjectivi a fuco derivati forma huic uſui non exſtet: nam *fucata* proſa certe oratione aliud ſonant. Quod ſi cui minus probavero, illi ſane hoc unum relictum eſt, ut hoc ipſum *fucatis* e codicum ſcriptura, parum utique probabiliter, extundat.

Digitized by Google

macerat et coquit, aegre verba vertentem, et perpendendis coagmentandisque eis intabe-
78 scentem. Nitidus ille et sublimis et locuples circumfluentibus undique eloquentiae copiis imperat. Desinit enim in adversa niti, qui pervenit in summum. Scandenti circa ima labor est: ceterum quantum processeris, mol-
79 lior clivus ac laetius solum. Et si haec quoque jam lenius supina perseverantibus stu-

esse antiquioris cujusdam, receptam autem nonnisi correctionibus natam. Spaldingius in schedas haec conjecerat: *Neque enim vim summam dicendi et admiratione dignam infelix — solicitudo persequitur nec oratorem macerat* cet. Displicet tamen haec sententiae inversio „vim d. admiratione „dignam solicitudo non persequitur" pro eo quod rectius est in recepta „si vim d. solicitudo persequitur, non est „admiratione digna". *macerat* Alm. *et quo quid* Turic. Flor. c. Alm. *verbentem* Turic. Flor. *coargetandisque* Flor. *coaugmentandisque* Guelf. Jens. et aliq. post.

78. *eloquentiae opus* Camp. *e. pompis* marg. Basil. *enim adversa niti* Turic. Camp. *e. adversanti* Flor. *fuadenti* Flor. Guelf. c. Alm. *laboret* Jens. Tarv. *laborat* Locat. Ven. *mollior clivus* Turic. Flor. *mollior dives* Alm. *mollitur dives* Guelf. *mollietur dives* reliqui ante Gesn. qui primus conjectura assecutus est, quod nunc manifestum e vestigiis optimorum codicum *clivus* scribendum esse. Qui si minus festinanter haec processisset, ex illo quod ex Alm. jam allatum erat *mollior* comparativum etiam extudisset; quo addito nunc demum locum integritati restituimus: nam durissima et vix latina erat compago: *mollietur clivus, et laetius solum* sc. *fiet.* *ac laetius.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. *et l.* reliqui.

79. *quoque haec* Jens. et post. ante Bad. *lenius suprema* Goth. Voss. 2. et edd. ante Basil. *lenius* vel *le-*

77. *ac macerat.* vid. not. *verba vertentem*, i. e. ab omni parte considerantem, ut erit.

Digitized by Google

diis evaseris, inde fructus illaborati offerunt sese, et omnia sponte proveniunt: quae tamen quotidie nisi decerpantur, arescunt. Sed et copia habet modum; sine quo nihil nec laudabile, nec salutare est; et nitor ille cultum virilem, et inventio judicium. Sic erunt 80 *magna*, non nimia; *sublimia*, non abrupta; *fortia*, non temeraria; *severa*, non tristia; *gravia*, non tarda; *laeta*, non luxuriosa; *jucunda*, non dissoluta; *grandia*, non tumida.

vias suprema edd. reliqui ante Burm. qui primus nostrum ex Alm. quod nunc firmatur etiam a Turic. Flor. Guelf. *eveseris* Flor. *everteris* Guelf. marg. Basil. *evaserit* Jens. et post. ante Obr. *off. saepe* Turic. Flor. Guelf. *neque laud.* Guelf.

80. *nimium sublimia* Jens. et post. ante Ald. *abruta* Guelf. *strictitia* Flor. *jucunda non lux dissoluta* Turic. Flor. Apparet scribam autographi horum codicum per errorem relapsum ad *luxuriosa*, inceptum jam verbum non deleviſſe. Hinc tamen natum *non luxu dissoluta* in Guelf. (quod notatu dignum ad genesin hujus codicis) Ald. Basil. *grundia, non tumida.* Sic Goth. Voss. 2. *fortia n. t.* Turic. Flor. (nisi quod hic *tumidia*) Guelf. c. Alm. Jens. Bad. *fortia n. timida* Tarv. Locat. Ven. *plena non tumida* reliqui praeeunte Camp. Cum *fortia* nescio quo corruptionis casu huc venerit, apparet alterutrum certe eorum, quae ejus loco leguntur, correctione suffectum esse. Praetuli *grandia* non ideo solum quod esset e scriptis, sed aliqua etiam rei ipsius ratione habita. Nam primum *tumidum* supra etiam 10, 2, 16. (ubi haec sunt nostro loco

dicitur *vertere quaestionem* et sim.

80. *grandia, non tumida.* Cf. not. crit. Videntur autem *magna* quidem ad res spectare, *grandia* ad oratorem ipsum et ad verba animum patefacientia sive, in tumido, ostentantia. Cf. praeter loca in not. crit. laudata, 2, 11, 3. 10, 1, 65. 77. 12, 10, 58.

Digitized by Google

Similis in ceteris ratio est, ac tutissima fere per medium via, quia utriusque ultimum vitium est.

XI. His dicendi virtutibus usus orator in judiciis, consiliis, concionibus, senatu, in omni denique officio boni civis, finem quoque dignum et optimo viro et opere sanctissimo faciet: non quia prodesse unquam satis sit, et illa mente atque illa facultate praedito non conveniat operis pulcherrimi quam longissimum tempus: sed quia decet hoc quoque prospicere, ne quid pejus, quam fece-

congrua: *fiunt pro grandibus tumidi, — fortibus temerarii, lautè corrupti —*) cum *grandi* ita compositum habuimus, et 8, 3, 18. cum *magnifico*, quod idem est. Contra *plenum*, quod 11, 1, 31. opponitur presso et 12, 10, 66. subtili, cognatum vitium Quintiliani certe sermone non *tumorem* habet sed *redundantiam*. Fateor non satis apparere, cur *grandia* a cognatis illis *magnis*, *sublimibus* etc. tam longe distinguantur: sed valeret idem de omni verbo quod tumori recte adjungeres. Quare subnasci possit contra utrumque verbum suspicio, et non inepte proponas *mitia*, *non tumida*, vel si quod aliud commodius timori adjungatur.

ratio, omisso *est*, Goth. Jens. et post. ante Basil.

ac tutissima. Sic Alm. Camp. Obr. *acutissima* Turic. *acutissima* Flor. *tutissima* sine *ac* reliqui. (In Aldinis turbae: *dissoluta; non tumida. S. i. c. r. est plena ac tut.*)

quod utriusque Turic. Sed Camp. conjunctionem omittit.

Novi capitis in Flor. Guelf. nulla inscriptio. *Conclusio* Turic. *Quae post finem studia* Goth. Jens. et reliqui.

1. *senatu nomini* Flor. *offero boni cuius* Camp. Mox *ille* bis pro *illa* Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. *prodito* Guelf. Pro illis autem *non conveniat* Turic. Flor. Guelf. *non quod eandem*; ex Alm. *Inq eandem*, mira varietate.

qua long. Turic. Flor. Guelf. *perspicere* Guelf. *ne quid id* Jens. Tarv. *ne quis id* Locat. Ven. Valde pl-

1. *ne quid.* cf. not. crit.

Digitized by Google

rit, faciat. Neque enim ſcientia modo con- 2
ſtat orator, quae augetur annis, ſed voce, latere, firmitate; quibus fractis aut immi-nutis aetate ſeu valetudine, cavendum eſt, ne quid in oratore ſummo deſideretur, ne interſiſtat fatigatus, ne quae dicet, parum au-diri ſentiat, ne ſe quaerat priorem. Vidi ego 3 longe omnium, quos mihi cognoſcere contigit, ſummam oratorem, *Domitium Afrum* valde ſenem, quotidie aliquid ex ea, quam meruerat, auctoritate perdentem: cum agente illo, quem principem fuiſſe quondam fori non erat dubium, alii, quod indignum vi-

ceret *ne qua id.* Mox *faciet* Flor.

2. *non interſtat* Turic. Flor. Guelf. (hic *inter ſtat*). In Exc. Sant. *interſtat* ſolum notatum. *non interſiſtat* Goth. et edd. ante Ald. acc. Bad. *neque dicet* Turic. Guelf. *nec quae. d.* Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et poſt. ante Ald. acc. Bad. *nec quae dicat* Camp. *aud. ſententia* Turic. Flor. Guelf. *nec ſe* Turic. Flor. Guelf. c. Bodl. Goth. et edd. ante Ald. acc. Bad. *queratur perire* Goth. Voſſ. 2. Jenſ. et poſt. ante Ald. acc. Bad. Obr. Rollin. *quera-tur pejorem* Ald. Colin. *quaeratur* (ſic) *priorem* Baſil. 1541. *queratur priorem* Gryph. (1544.) Stoer. Chouet. Leid. Gibſ.

3. *vide ego* Flor. *vidi eo* Camp. *afrae* Flor. *quod mer.* Flor. *aliquid indignum* Flor. *aliquod i.* Guelf. *alii i.* Camp. *videbatur* Ald. et poſt. ante Obr.

2. *ne ſe quaerat.* „Id eſt „deſideret, ſentiat ſe immuta-„tum et plane alium. Ha-„ſtrarunt hanc formulam lau-„dati hic Burmanno Graevius „Leott. Heſiod. c. 9. Broukh. „ad Tib. 2, 3, 26. Barth. ad „Stat. Achill. 2, 211. Ceterum" [vid. nos ad 12, 10, 48.] „quod „ſuadet hic Fabius aliis, id ſe „feciſſe ipſum teſtatur 2, 12, „22." Geſner.

3. *quod indignum videatur.* Cf. 2, 16, 1. *quidam — in-vehi ſolent, ut, quod ſit in-digniſſimum, — mentur.*

Digitized by Google

deatur, riderent, alii erubescerent: quae occasio fuit dicendi, *malle eum deficere, quam desinere.* Neque erant illa qualiacunque mala, 4 sed minora. Quare antequam in has aetatis veniat insidias, receptui canet, et in portum integra nave perveniet. Neque enim minores eum, cum id fecerit, studiorum fructus

occasio alio fuit Turic. *o. illo f.* Flor. *c. Alm. o. aliis f.* Camp. *o. illi f.* Guelf. *c.* Goth. Voss. 2. Jens. Tarv. Basil. *o. illis f.* reliqui (edd. tantum, duce Merula) praeter Obr. qui mediam vocem omisit. Eum autem nos secuti sumus; non quod nimium ei fideremus, sed propriis rationibus ducti. Nam cum vulgata, per se inepta (qui enim sunt *illi?* ridentes? erubescentes? utrique?) nullaque auctoritate nitens, abjicienda esset; *nihil tamen porrigebant meliores libri, quod ejus loco suffici posset.* Nam putidum esset, *aliis* scribendo tertium quasi genus addere duobus quae praecedunt. Neque ullo modo, si *illi* scribamus et mox cum Guelf. Exc. Sant. *enim* pro *eum*, credibile est, haec ipsum Afrum mira pertinacia dixisse, cum scilicet videret alios ridere, alios erubescere. Admodum autem probabile est ceteras scripturas omnes prodiisse ex una *alio*, quae mihi quidem videtur nata ex illo ad appicto olim his *fait dicendi* sive ob aliam quam nunc ignoramus scripturae varietatem (cf. 12, 10, 44.) sive ob illam quae est in Goth. *fuit dicendo.* Pro *malle* autem *male* Camp. Mox *quam de se venire* Turic. Flor. Guelf. c. Alm.

4. *canet in portui int.* Turic. Flor. Guelf. (nisi quod

malle — desinere. „Sen. „Controv. 1, 8. *Optimus vir-„tutis finis est, antequam de-„ficias desinere.*" SPALD.

Neque — qualiacunque mala, sed minora. Mala hic sunt illae irrisiones et amicorum rubor. Quod non vidit Gedoyn. *Qualiacunque* autem hic notatu dignum. Nam cum alias imminuendi potestatem in hac formula agnoscere videmur (vid. 74. et 75.); hic intensionem manifestam habemus. Enimvero re vera neque minuit illa, neque auget: non enim quantitatis est, sed qualitatis: sed ubique in *de-*

Digitized by Google

prosequentur. Aut ille monumenta rerum posteris, aut, ut L. Crassus in libris Ciceronis destinat, jura quaerentibus tradet, aut elo-

portius Flor. *portu* Guelf.) *prosequentur.* Sic Flor. Camp. Basil. Gryph. (1536. non 1544.) Obr. *persequentur* Turic. Guelf. e. Vall. Alm. Goth. Voss. 2. *sequentur* reliqui praeeunte Jens. Apta quidem simplex forma et Quintiliano familiaris de iis quae sponte proveniunt aut facile fiunt (vid. 10, 2, 26. 12, 9, 18.): hic tamen, ubi scriptus eam nullus firmat, retinere non debui. Neque *prosequi* male fructus dicuntur, qui e vita publica decedentem quasi comitantur nec in otio deserunt. Cf. 1, 1, 36. 1, 11, 19. 6, 2, 30. *aut* ante *ut* om. Voss. 2. Jens. (tac. Gesn.) et post. ante Basil. qui *aut* habet, omisso *ut*.

grassus Flor. Tum novum *aut* Turic. Flor. inserunt ante *in libras;* nam sic iidem. *libros* Guelf. *destinatur a q.* Turic. Flor. Guelf. *destinat a. q.* Alm. *destinabat q.* reliqui praeter Obr. qui non dubium est quin eadem illa, quae in nostris sunt, in Arg. etiam reperierit vestigia et inde effecerit *jura*, servato tamen imperfecto, quod nos iisdem indiciis freti Spaldingiique jussu mutavimus. *reddet* Tu-

terius vergit. Ita ad pessima etiam significanda adhibetur. Cic. in Pis. 12. *cum tamen ille, qualiscunque est, qui est ab uno te improbitate victus, collegit ipse se.* Tacit. Hist. 4, 8. *bonos imperatores voto expetere, qualescunque tolerare.* Quod autem ubique in deterius, id malo si affigitur, in pejus necessario vergit. Sensus itaque est: „*Neque tamen „quae Afer passus est ultima „erant illa malorum, sed quae „tolerari adhuc poterant. Longe itaque graviora illi, qui „est minore ingenio, evenire „possunt. Quare*“ cet.

4. *prosequentur.* Vid. not. crit.

L. Crassus — destinat. i. facturum se dicit. Ita sentiens unice aptum esse hic praesens tempus. Nam quanquam memoriam aliquam secutus de Crasso ita tradiderit Cicero; addito tamen *in libris C.* ineptum esset tempus praeteritum. Locus autem Ciceronis esse creditur de Orat. 1, 42. §. 190. Quanquam ibi de componenda juris civilis arte loquitur Crassus: ut Quintilianus haec quoque memoria fallus aliquantum immutaverit.

jura — tradet. Spaldingio placebat illud *reddet* (v. not. crit.) notum sibi tunc e Guelferbytano tantum; qui non

Digitized by Google

quentiae componet artem, aut pulcherrimis
5 vitae praeceptis dignum os dabit. Frequentabunt vero ejus domum optimi juvenes more veterum, et veram dicendi viam velut ex oraculo petent. Hos ille formabit quasi eloquentiae parens, et ut vetus gubernator litora et portus, et quae tempestatum signa, quid secundis flatibus, quid adversis ratis poscat, docebit, non humanitatis solum communi ductus officio, sed amore quodam
6 operis. Nemo enim minui velit id, in quo

ric. Flor. Guelf. Alm. Jens. (tac. Gesn.) et post. ante Ald. acc. Bad. *arte* Flor. *artem componet* Camp. *hos dabit* Flor. c. Alm.

5. *more votorum* Flor. *vere dicendi* Turic. Flor. Guelf. *formavit* Turic. Flor. *quae* pro *quasi* Turic. Flor. Guelf. *qua etate pestatium* Flor. *quod adv.* Turic. *ratus* Turic. *ratum* marg. Basil. *ratim* Guelf. *Nam hum.* Goth. (tac. Gesn.) *amoris* Camp.

offensus est itaque ejusdem verbi ad superiora *monumenta rerum posteris* relatione. Sane „quaerentibus" jura „tradere" non satis congruum videtur; solentque scriptores, cum duo sensus ad unum verbum referunt, propiori illud magis accommodare quam remotiori. Ita zeugma hic, in verbo *reddere* (cf. 1, 10, 47. 8, 3, 51.), non adeo durum sit: et equidem addicentibus nunc optimis codd. plane transeo in Spaldingii sententiam.

5. *more veterum.* Vid. Cic. de Sen. 8. 9. et nostrum 10, 5, 19.

quid — ratis poscat. „Num „*rate* vehetur gubernator?" Spaldingius quaerebat; merito. Nam poeticum hujus vocis usum de nave apud bonae notae scriptores non invenias: alterum proprium habes supra 10, 2, 7. *ratibus adhuc navigaretur:* adde 6, 3, 96. 8, 8, 23. Verissima inque mihi quidem videtur ejusdem Spaldingii emendatio: *quid — ratio poscat.*

Digitized by Google

maximus fuit. Quid porro est honestius, quam docere quod optime scias? Sic ad se Coelium deductum a patre Cicero profitetur: sic Pansam, Hirtium, Dolabellam in morem praeceptoris exercuit quotidie dicens audiensque. Ac nescio an eum tunc beatissimum credi oporteat fore, cum jam secretus et consecratus, liber invidia, procul contentionibus, famam in tuto collocarit, et sentiet vivus eam, quae post fata praestari magis solet, venerationem, et quid apud posteros futurus sit, videbit. Conscius sum mihi, quantum mediocritate valui, quaeque antea scierim, quaeque operis hujusce gratia potuerim inquirere, candide me atque simpliciter 7 8

6. *honestius* Flor. *vero* pro *Cicero* Turic. Flor. c. Alm. *do tabellam* Turic. Deinceps *in* om. Turic. Flor. Guelf. c. Alm.

7. *eum turbatissimum* Flor. Guelf. Exc. Sant. *fore* om. Jens. (non Goth. err. Gesn.) et post. ante Ald. *procul cont.* Sic Turic. Flor. Camp. c. Alm. Reliqui e inserunt. *fama* Turic. Jens. et post. ante Bad. *collocavit* e Jens. enotavit Gesn. sed in meo ex. liquido legitur *r.* *et sententia et vivos* Turic. Flor. *et sententiat vivas* Camp. *et sententia vivus* Alm. *et sentiat vt vivus* Guelf. *et sentiat v.* reliqui. Nostra est e certa Gesneri emendatione. *ea quae* Flor. *facta* Turic. Flor. *solet et* Flor. Guelf. Camp. *videbat* Guelf.

8. *opere h. gratia* Camp. *ac simpl.* Guelf.

6. „De *Coelio* ad Ciceronem a patre deducto vid. Cic. „in Orat. pro eod. c. 4. De „*Hirtio, Pansa, Dolabella* discipulis suis ad Fam. 9, 16." [quanquam nihil ibi de Pansa] „et al." Gesner. Cf. de iisdem nostrum 8, 5, 54. Suet.

Digitized by Google

in notitiam eorum, ſi qui forte cognoſcere voluiſſent, protuliſſe. Atque id viro bono
9 ſatis eſt, docuiſſe quod ſciret. Vereor tamen, ne aut magna nimium videar exigere, qui eundem virum bonum eſſe, et dicendi peritum velim; aut multa, qui tot artibus in pueritia diſcendis, morum quoque praecepta, et ſcientiam juris civilis, praeter ea quae de eloquentia tradebantur, adjecerim: quique haec operi noſtro neceſſaria eſſe crediderint, velut moram rei perhorreſcant,

protuliſſent Flor. Guelf. *quod ſciret.* Sic Turic. Guelf. Camp. *ſcieret* ex Alm. *ſcierit* reliqui, quod legitimum non credo. Alia enim ratio eſt *verbi ſcierim* in praecedentibus, ubi ſermo finitus erat „docui et quae antea ſcivi, et quae — potui". Hic autem ſermo finitus eſt „docuit quod ſciebat."

9. *exire* Flor. ſuperſcripto *e* ſolo. *quae eundem* Goth. (tac. Geſn.) *eſſe dicendi* Camp. *aut iecerim* Flor. *qui quae haec operi* Guelf. *quique operi* Jenſ. Tarv. *quaeque op.* Ald. Bad. Baſil. Gryph. *crediderint.* Sic liquido Turic. Ediderunt autem ita Obr. Bip. *crediderim* reliqui. *velut morum rei* Turic. (ſed ſuo more *velut*) Flor. *v. mox rei* ex Alm. littera *x* nata ex ſimili terminatione *rum* compendio. *v. pondus r.* reliqui praeter Obr. qui dedit *velut remoram perhorr.* ita ſine dubio e conjectura corrigens eandem in Arg. inventam ſcripturam, quam vetuſti noſtri exhibent, quamque nos ſimplicius multo emendare

de clar. rhet. non procul ab initio; Sen. Controv. I. Proem.

8. *Atque.* „An *atqui?* Vid. 4, 2, 10. not. crit." SPALD. *quod ſciret.* v. not. crit.

9. *aut multa.* Repete *nimium.* Totam autem hanc paragraphum facilius mente capias ita ſenſus contrahendo: „Vereor, ne nimium videar „exigere, quique haec neceſ„ſaria crediderint, deſpereat." *moram rei.* Sic *mora* paſſivo ſignificatu genitivo jungitur haud raro. Cic. Verr. 5, 64.

Digitized by Google

et desperent ante experimentum. Qui primum renuncient sibi, quanta sit humani ingenii vis, quam potens efficiendi quae velit: cum maria transire, sidera cursus numerosque cognoscere, mundum ipsum paene dimetiri, minores sed difficiliores artes potuerint. Tum cogitent, quantam rem petant, quamque nullus sit hoc proposito praemio labor recusandus. Quod si mente conceperint, huic

10

11

non dubitavimus. *et desperent.* Sic Turic. Flor. (sed hic *desperet*) Guelf. Camp. *ac d.* reliqui.

10. *experimentum. tum qui primum* Turic. Flor. (nisi quod hic *tu qui*) Guelf. Exc. Sant. Camp. *experimentum. hi pr.* Alm. *e. namque pr.* Goth. Voss. 2. *e. namque qui pr.* Jens. Tarv. 6. *Sed hi pr.* ex emend. Merulae reliqui, exc. Obr. qui nostram, quam manifesto indicant libri optimi. *quantum* Flor. *humani generis* Alm. Jens. et edd. post. ante Stoer. acc. Gibs. *demetiri* Flor. Camp. *minores et d.* Guelf. Voss. 2. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et post. ante Bad. *cogitant* Guelf. *quanquam* Guelf. c. Voss. 2.

§. 165. *crudelissimi taeterrimique judicii alicujus parvam moram — afferre.* 166. *si non effugium, ne moram quidem mortis.* pro Rab. perd. 3. §. 8. *cum ad judicii moram excusatio quaereretur.* Flor. 4, 9. *scopulus et nodus et mora securitatis publicae Antonius.*

10. *renuncient sibi.* „cogitent, considerent, ad animum revocent" sic Gesner. in Thes. non immerito observatu dignum hunc usum dicens, cujus simile aliunde nondum allatum est. Nam aliis quoque non *renunciatur* nisi quod nesciunt. Hino neque illud satisfacit, quod annotavit Spaldingius, esse pro *respondeant.* Quare mihi quidem veritas hujus scripturae nondum in tuto est.

artes. Nescio quid acciderit Burmanno accusativum hic videnti et in formula *possum artes* haerenti. *Artes* aliae, *minores* illae dignitate nec tantum ingenium sibi poscentes, quanquam *difficiliores* percepta, *maria transire* cet. *potuerunt.*

Digitized by Google

quoque parti facilius accedent, ut ipſum iter neque impervium, neque ſaltem durum putent. Nam id, quod prius, quodque majus eſt, ut boni viri ſimus, voluntate maxime conſtat: quam qui vera fide induerit, facile easdem, quae virtutem docent, artes aociet. Neque enim aut tam perplexa, aut tam numeroſa ſunt quae premunt, ut non paucorum admodum annorum intentione diſcantur. Longam enim facit operam, quod repugnamus: brevis eſt inſtitutio vitae honeſtae beataeque, ſi credas. Natura enim nos ad mentem optimam genuit: adeoque diſcere meliora volentibus promtum eſt, ut vere intuenti mirum ſit illud magis, malos

11. *accendent* Flor. *quod pejus* Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. *viri ſimul* Flor. Guelf. *voluntatem* Turic. Guelf. *conſtant* Turic. Guelf. *artis* Flor.

12. *premuntur* Turic. *legem meam facit op.* Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. c. Alm. *inſtituto* Flor. *inſtituti* Guelf. Mox *intuendi* Flor. *magis* om. Camp.

11. *neque ſaltem*. vid. ad 1, 1, 24.

easdem. Plane nullam video hujus pronominis rationem: nam virtutes nondum memoratae ſunt, ſed homo. Quare ſcribendum puto *eas idem, quae*.

12. *quae premunt*. Corrupta utique ſcriptura. Neque tamen *petuntur*, quod Obrechtus repoſuit, ſatisfacit: quanquam formam paſſivam codex optimus nunc praebet. Aptius ad ſenſum videtur *praecipiuntur*, ſicut 1, 10, 29. dictum eſt *praecipere ſtudium* aliquod.

ſi credas. Mirum, viros doctos apud Burmannum tantum deſudare in mutando verbo convenientiſſimo. An veriti ſunt, chriſtianam eſſe ſententiam? Sed certa eſt ſcriptura oppoſitione verbi *repugnamus*: apteque Geſner.

Digitized by Google

esse tam multos. Nam ut aquis piscibus, ut 13
sicca terrenis, circumfusus nobis spiritus volucribus convenit: ita certe facilius esse oportebat, secundum naturam, quam contra eam vivere. Cetera vero, etiamsi aetatem nostram non spatio senectutis, sed tempore adolescentiae metiamur, abunde multos ad discendum annos habent. Omnia enim breviora reddet ordo, et ratio, et modus. Sed 14
culpa est in praeceptoribus prima, qui libenter detinent quos occupaverunt, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione, quo difficilius sit quod polliceantur, partim etiam inscientia tradendi,

13. *ut atque* Flor. *torrenis* id. *circumfusum* Flor. Guelf. *cerit* pro *certe* Flor. *caetero* pro *cetera* Guelf. *etiam scietatem* Flor. *sed corpore aduleſcentiam* Turic. Flor. (nisi quod ex hoc *corpore* tantum affertur) Guelf. marg. Basil. *motiamur* Turic. *ad dicendum* Goth. (tac. Gesn.) *ratio et mundos* Flor. *r. e. mundas* Guelf.

14. *prima qui libenter detinent occupaverunt* Turic. Flor. Guelf. e. Alm. *prima libenter detinentes puerum* Voss. 2. *p. l. detinentibus puerum* Goth. Camp. et edd. ante Obr. ace. Capper. Nostra in marg. Basil. notata ab Obr. primo recepta est. *cupiditatem* Flor. *divitiis* Flor. Guelf. *mercedulam* Camp. *ambitio* Turic. Flor. Guelf. *quod diff.* Turic. Flor. *sit* om. Turic. Flor. Guelf. *inſipientiam* Turic. Flor. *inſipientia* Guelf. *inſcitia* Goth. (tac. Gesn.) Camp. Ald. Basil. et post. ante Obr. *tradendi*

affert illud Socraticum ap. Cic. de Orat. 1, 47. *quibus id perſuaſum eſſet, ut nihil mallent ſe eſſe quam bonos viros, iis reliquam facilem eſſe doctrinam.*

13. *Cetera.* Respicit ad *prius* illud et *majus* §. 12.

tempore adoleſcentiae. Tempus, cum opponitur quasi spatio, τὸν καιρὸν significare acute in schedis monet Spaldingius.

Digitized by Google

vel negligentia. Proxima in nobis, qui mirari in eo quod novimus, quam discere quae nondum scimus, melius putamus. Nam ut de nostris potissimum studiis dicam, quid attinet tam multis annis, quam in more est plurimorum (ut de his, a quibus magna in hoc pars aetatis absumitur, taceam) declamitare in schola, et tantum laboris in rebus falsis consumere, cum satis sit modico tempore imaginem veri discriminis, et dicendi leges comperisse? Quod non dico, quia sit unquam omittenda dicendi exercitatio, sed quia non sit in una ejus specie consenescen-

Turic. *vel neglegendi* Turic. Flor. Guelf. (sed hic per I). Camp. *proximam in nobis* Turic. *proximati nobis in eo quod nobis discere* Turic. Flor. Guelf.

15. *nam et de* Guelf. *de iis a* Goth. Jens. (tac. Gesn.) Ald. Sed nostrum digitum intendere videtur in quosdam. *partis aetatis* Turic. Flor. *discrimine sed* Flor. Guelf. In Exc. Sant. *discrimine* tantum notatum.

16. *quae* pro *quod* Camp. *non dico qua* Turic. Flor. *discendi* Turic. *sed quia ima sit ejus specie consenescendum* Turic. item Flor. nisi quod hic *in ima*. Sed Guelf. *sed quia una ejus sp. c.* (nisi quod Spald. enotavit tantum usque ad vocem *una*, ut fere suspicer, fugisse illum verbum *sit* post vocem *una*). *sed quia non sit una ejus sp. c.* Camp. Colin. Vidov. *s. q. n. sit ejus specie c.* Goth. Voss. 2. Jens. et post. ante Basil. qui primus nostram, *incertum* e cod. an e conjectura. Ipsane Quintiliani verba habeamus, dubium: sed sensum, credo, habemus. Nam vocem *una* si omittas, *speciem dicendi* dictum sit pro *imagine dicendi*. Quod falsum. *Discriminis* quidem *imaginem* tantum

15. *de his.* cf. not. crit. *comperisse.* Ignotum mihi hac *addiscendi* potestate verbum. An fuit *combibisse?*

Digitized by Google

dum. Cognoscere, et praecepta vivendi perdiscere, et in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus. Discendi ratio talis, ut non multos annos poscat. Quaelibet enim ex iis artibus, quarum habui mentionem, in paucos libros contrahi solet: adeo infinito spatio ac traditione opus non est. Reliqua

declamationes illae praebebant; sed dicebatur revera. Ita vox *una*, quae latet etiam in mendo *ima*, recte adoptata est, ut sensu logico, sicut toties, dicta sit *species*: neque abjicienda vocula *in*, quam firmat Flor. *Cognoscere et*, Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Alm. Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. acc. Bad. *enim* inserunt reliqui, ex Aldi, ut videtur, correctione minime necessaria. *praecepti vivendi* Turic. Flor. *p. dicendi* Goth. quod alienissimum hinc probat tamen Gesn. *in forones ex perjuri* Flor. *in forensibus experiri* Camp. *possimus* id.

dicendi ratio Locat. quod sphalma transiit in posteriores, exc. Ald. Veram omnium codd. scripturam primus restituit Gesn. *poscat* om. Turic. Flor. Guelf.

quaelibet enim plus ex his partibus Turic. Flor. *q. e. plus ex his artibus* Guelf. Camp. *quantumlibet e. plus ex his a.* Goth. (de *plus* tac. Gesn.) *q. e. plus ex iis a.* Voss. 2. Jens. (de *plus* tac. Gesn.) Tarv. *q. e. ex iis partibus* Bodl. Andr. Illud *plus* unde irrepserit, non perspicio, nisi natum forte e voce *prius* margini adscripta; vid. mox: sed inter *artibus* et *partibus* fluctuari potest. Praefero tamen *artibus* vel ob relationem ad §. 9. *quarum habui*. Sic Turic. Flor. Guelf. c. Goth. Voss. 2. Jens. Tarv. *prius* inserunt reliqui. *contrahis* s. Flor. *non est*

16. *Cognoscere*. Rollinus adjectum aliquid desiderabat; cui Burmannus non dubitabat tradere sequens *praecepta*: adeo nulla interdum viris illis doctis cura fuit vel simplicissimarum verba ordinandi legum. Verum bene *cognoscere*, quod spectat *rerum in vita cognitionem* (§. 17.), absolute primum positum est, quo efficacius opponatur usui *declamitandi, exercendi*, et omni scholasticae vitae.

adeo — opus non est. Cave *ideo* reponas, quod fecit Badius,

Digitized by Google

17 est, quae vires cito facit, consuetudo. Rerum cognitio quotidie crescit, et tamen quam

om. Turic. Flor. Guelf. c. Alm. Voss. 2. Goth. Jens. Sed Camp. Tarv. Ald. solum non omittunt. Goth. autem et Camp. modo *finito*: scilicet sic sensui medentes. Equidem quo casu duae voculae, quibus tamen sensus carere plane nequit, exciderint nescio: nisi fuit fortasse olim *non opus est*, sigla autem ō absorpta est a voce *opus*. Mox pro *consuetudo* Turic. Flor. *confotitur* c. Alm. *conficitur* Guelf.

17. *tamen multorum* omisso *quam* Goth. Voss. 2. Camp.

vel, quod pejus etiam, *adeo* pro *ideo* dictum existimes, quod commissum est in indice Gesneriano non in hoc tantum loco, sed in longe faciliori §. 12. *Adeo — est* in tali compositione valet *adeo certum est, — esse*. Cf. 1, 12, 7. *Adeo facilius est multa facere, quam diu.*

17. *Rerum cognitio* etc. Totus hic locus impeditus et valde incertae adhuc est scripturae. Apparet proxime superiora respicienti, Quintilianum ea quae scholarum sunt, disciplinam et exercitationem, secernere ab iis quae sunt insequentis vitae, rerum cognitione, studio, usu. Scholastica non ita longi temporis esse praedicat; improbat diutinam illam exercitationem (§. 15. 16.); et ne quis obiiciat, ipsas artium disciplinas multum temporis absumere, haec verba addit: *Discendi rerum* etc. Jam rerum cognitionem vel sine studio adipiscimur usu quotidiano: concedit tamen Qu. opus esse simul assidua lectione. Hic itaque statim offendor illo *et tamen quam multorum — ?* Sentis enim, hoc non esse ex sermone quo respondeatur illi querelae. Patentis et mox responsuri erat simplex *tamen*. Quare cum aliquot libri, minoris sane illi auctoritatis, omittant voculam *quam*; vide an leviorem alteram *et*, post similem vocis proximae exitum, itidem ejicere liceat. Mox „lectio librorum, qui„bus ab historicis et ab orato„ribus exempla petuntur" habet aliquid scabri; quod tamen non urgeo. Illud autem, quod „*rerum* cognitio" complecti dicitur „exempla re„rum", et „exempla *dicendi*", gravius videtur; ita tamen ut hoc etiam solitae nostri in talibus negligentiae condones. *Res* enim priori loco *pene* omnium eorum significant, quae post ipsam oratoris infi-

Digitized by Google

multorum ad eam librorum neceſſaria lectio eſt, quibus aut rerum exempla ab hiſtoricis, aut dicendi ab oratoribus petuntur. Philoſophorum quoque conſultorumque opiniones, ſicuti alia, velimus legere neceſſarium eſt. Quae quidem poſſumus omnia: ſed breve nobis tempus nos facimus. Quantulum enim

et edd. ante Obr. *ad eam.* Sic Turic. Flor. Goth. (tac. Geſn.) Camp. *ad earum* Guelf. *ad eas* reliqui.
neceſſario lectio Flor. *hiſtoriis* Turic. Flor. Guelf. *hyſtoreis* Camp. *opinione* Flor. Guelf.
velimus legere ne quod quidem poteſt omnia Turic. Guelf. Goth. Jenſ. (err. Geſn.) *v. l. ne quidquod poteſt o.* Voſſ. 2. *v. l. non* (Alm. ñ) *quod quidem poteſt o.* Flor. e. Alm. *v. l. neceſſarium eſt quod quidem poteſt o.* Camp. Ta . Vulgata in Locat. primum comparet corrigente Merula. *ſocimus* Turic. Flor. Alm. Guelf. Voſſ. 2. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et poſt. ante Gryph. 1544. Receptam ſolus e vetuſtis Camp. habet.

tutionem hiſtorice, ut nos loquimur, diſcit idem, et in his etiam multifaria, quae apud oratores proſtant, *dicendi* exemplis, quae per ſe *rebus* anguſtiori ſenſu recte opponuntur. Sed omnium impeditiſſima ſunt verba „Philoſo„phorum —— omnia", quae in ſcriptis, quos quidem novimus, libris non ita leguntur. Quare Obrechtus quidem e codicum ſcriptura ſolum *ne* vel *non* omittens ita repoſuit: *Philoſophorum — opiniones, ſicuti alia, velimus legere, quod quidem poteſt, omnia; ſed breve nobis tempus nos facimus.* Quae ratio quot titulis displiceat, ne longus ſim, exponere ſuperſedeo. In recepta quidem, ſi ab his „ſicuti alia, velimus" recedas, cetera tam bene congruunt, ut quamvis verba *neceſſarium eſt* e ſcripto nullo allata ſint, et haec *quae — poſſumus* Merulae videantur deberi, tamen ex meris virorum non ſane doctiſſimorum conjecturis haec conflata credere non ſuſtinuam. Enimvero ſolet leviſſimus ille homo, quoties manifeſta menda e notiſſimis exemplis corrigit, ita loqui, quaſi ex ingenio haec depromat. Quare e ſcriptis libris derivata haec omnia credo. In

Digitized by Google

ſtudiis impartimur? Alias horas vanus ſalutandi labor, alias datum fabulis otium, alias ſpectacula, alias convivia trahunt. Adjice tot genera ludendi, et inſanam corporis curam; trahat inde peregrinatio, rura, calcu-

18. *partimur* Turic. Flor. Goth. Camp. Locat. Ven. Ald. *patimur* Guelf. Jenſ. Tarv. *impartimur* Bad. Baſil. Obr. Noſtrum in Gryph. primum invenio, neque ſervare dubito, cum a ſit in ſcriptis omnibus, et aliunde quoque nota forma. *varius* Camp. *ſaltandi* Guelf. *adiciet* ut Turic. Flor. Guelf. (ſed hic per *ji*). *trajam per-*

reliquis autem emendandis a vero proxime, judice me, abeſt Geſner. proponens *ſi uti alias velimus*. In qua ratione una vox *alias* non recte adhibita videtur. Quare aut *aliquando* legendum aut plane delendum *alia*, quod eodem quo toties modo irrepſerit: cf. not. crit. ad §. 3. Neque hoc „opiniones legere" admodum placet. Quare ope optimorum codd. Flor. et Guelf. ita fortaſſe ſcribendum: *Philoſophorum quoque conſultorumque opinione ſi uti velimus, legere neceſſarium eſt. Quae* etc. In illis autem *ſed — nos facimus*, pronomen *nos* fortiter pronunciandum; eſt enim pro *ipſi*. Plane nullam rationem haberet hoc *nos*, ſi non vera eſſet in proximis ſcriptura *quae — poſſumus*.

18. *impartimur*. v. not. crit.

ſalutandi labor. Nota res de ſalutationibus Romanorum, quae mane fiebant in atriis potentiorum.

datum fabulis otium, praeſertim ante *ſpectaculorum* mentionem, de theatro intelligi nequit. Referri poſſit ad inanem nugalemque, qualis hodieque viget, lectionem, collato Cic. de Fin. 5, 19. *Quid, cum fictas fabulas, e quibus utilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus*. Sed unice vera videtur de *conſabulationibus* interpretatio. Petron. 39. init. *Interpellavit tam dulces fabulas Trimalchio*. Plin. Ep. 8, 18. *Habes fabulas urbis*.

trahat. Majores olim diſtinctiones ante hoc verbum et poſt vocem *animus* ponebantur. Sed *trahat* protaſin eſſe eorum quae ſequuntur ne *ea quidem* etc. Gedoynus recte opinor, vidit. Equidem praecedentem quoque imperativum eidem protaſi inclusi.

rura. Negabat Burmannus

Digitized by Google

lorum anxiae ſollicitudines, multae cauſae libidinum, et vinum, et flagitioſus omni genere voluptatum animus: ne ea quidem tempora idonea, quae ſuperſunt. Quae ſi omnia 19
ſtudiis impenderentur, jam nobis longa aetas et abunde ſatis ad diſcendum ſpatia viderentur, vel diurna tantum computantibus tempora: et noctes, quarum bona pars omni ſo-

egrines rura Turic. Flor. *trajani peregrinatio jura* Guelf. *Trajani peregrinatio jura* Goth. (non plene Geſn.) Voſſ. 2. *terrarum peragratio rura* Camp. *jura* habent etiam Vall. Jenſ. et poſt. ante Ald. *anſia ſollicitudine* Turic. Flor. *eam* pro *cauſae* Turic. Flor. *cauſa* Voſſ. 2. *flagitiis omni* Turic. Flor. (niſi quod hic — *tus*) Guelf. Jenſ. *flagitioſis e.* Goth. (tac. Geſn.) Voſſ. 2. Camp. (qui tamen mox *animus*) Tarv. et poſt. ante Bad. *animis* Turic. Flor. Guelf. Goth. Voſſ. 2. Jenſ. et poſt. ante Bad. Noſtrum (*flagitioſus — animus*) Badius primus e Vall.

19. *impedirentur* Guelf. *aetatis et* Flor. Camp. *discendum* Jenſ. Tarv. *ut diuturna — tempora, ut noctes* Turic. *et diuturna — temporet ut n.* Flor. *ut diurna — t. at n.* Guelf. Camp. *ut d. — t. aut n.* Goth. *et d. — t. at n.* Jenſ. *et d. — t. et n.* reliqui inde a Tarv. E Voſſ. 2. *ut diurna* affertur tantum. Noſtrum e conjectura, cum toties *vel* et *ut* in codd. permutata ſint, vulgata autem ob continuatum illud ſenſu diverſo *et* ferenda non videatur. *computationibus* Goth. Voſſ. 1. *unà pars*

ſtudium ruris honeſtiſſimum inter occupationes vanas et inutiles poni potuiſſe. Quaſi non plurimi Romanorum ſolius voluptatis, deſidiaeque cauſa rus ſeceſſiſſent.

calculorum — ſollicitudines: cura peculii, fenus etc.

ne — ſuperſunt. „Propter „habitus malos deſidiamque „nihil agendo contractam, et „perturbationes animi, vel „negotia adeo orta ex his, „quae enumerata ſunt.“ Geſner.

19. *Quae — omnia.* Vix opus obſervare, haec non ad proxima illa „quae ſuperſunt „tempora“ referenda eſſe, ſed ad omnia quae praecedunt.

vel diurna. vid. not. crit.

Digitized by Google

mno longior eſt, adjuvarent. Nunc computamus annos, non quibus ſtudnimus, ſed quibus viximus. Nec vero ſi Geometrae et Grammatici ceterarumque artium profeſſores omnem ſuam vitam, quamlibet longa fuerit, in ſingulis artibus conſumſerunt, ſequitur ut plures quasdam vitas ad plura diſcenda deſideremus. Neque illi didicerunt haec usque in ſenectutem, ſed ea ſola didiciſſe contenti fuerunt, ac tot annos in utendo, non in percipiendo exhauſerunt. Ceterum ut de *Homero* taceam, in quo nullius non artis aut praecepta, aut certe non dubia veſtigia reperiuntur; ut *Eleum Hippiam* transeam, qui non liberalium

Goth. *eſt* om. Guelf. Goth.

20. *nec viros in geometre* Turic. Flor. *geometri* Guelf. *viam* Flor. *quantumlibet* Goth. (tac. Geſn.) *plura dicendi* Turic. *pluras dicendi* Flor. *in utendo* om. Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. de hoc Geſn.) Camp. et edd. ante Bad. qui tacite noſtram e Vall., ut videtur, repoſuit. *praecipiendo* Jenſ. et poſt. ante Ald.

21. *aut praecepta.* Sic Jenſ. et poſt. ante Ald. *aut perfecta* reliqui (*at perf.* Flor.) cui ſcripturae quid praeter auctoritatem librorum faveat, plane non video. *Artem perfectam*, artis *perfectam exemplum* novi; ſed *perfecta veſtigia*, quae plus quidem ſint quam *non dubia veſtigia*, merae ſunt nugae. Manifeſtiſſimum itaque hic habemus exemplum optimae ſcripturae in antiquis illis editionibus ſervatae, cujus in noſtris codicibus nullum veſtigium. Nam *praecepta* tantum non omnium doctrinarum apud Homerum reperiri quis veterum non dixit? *aut certa* Turic. Flor. Guelf. *helium* Flor. Guelf. Exc. Sant. Voſſ. 2. Goth. Jenſ. (tac. Geſn.) et poſt. ante Ald. *Eliam* Camp. *Aelium* Ald. *qui non* om. Turic. Flor. Guelf.

20. *plures quasdam vitas.* Cf. 12, 11, 17, 60.

21. *Hippiam.* „Nemini „ignotum ex Cic. de Orat. 3.

Digitized by Google

modo disciplinarum prae se scientiam tulit, sed vestem, et annulum, crepidasque, quae omnia manu sua fecerat, in usu habuit, atque ita se praeparavit, ne cujus alterius ope egeret ullius rei: *Gorgias* quoque summae

scientiam prae se Camp. *per se* Alm. Goth. Voss. 2. et alii edd. ap. Burm. *crepidas quoque omnia tullit manu* Turic. Flor. *crepidas quaeque o. tulit m.* Guelf. *crepidasque quae o. tulit m.* Goth. *crepidasque quaeque o. m.* Camp. *crepidas quoque o. tulit m.* Jens. *crepidasque quaeque o. tulit m.* Tarv. Locat. Ven. Sed Voss. 2. haec omnia *sed — omnia* omittit; nimirum per homoeoteleuton, cum in ejus quoque autographo verbum *tulit* bis legeretur. Nostra in Ald. primum comparet. Non displiceret autem *crepidas quoque, quae — fecerat:* abjectiores enim crepidae. Sed quo casu alterum *tulit* irrepserit, divinare nequeo.

in usa Flor. *atqui* Camp. *ad quae* Goth. marg. Basil. *alteris* Flor. *opere geret* Turic. c. Alm. *ope regeret* Flor. *opere e.* Camp. *ullius rei.* Sic Voss. 2. Camp. Ald. *nullius rei* Goth. Jens. et post. ante Ald. *inlusire* Turic. Flor. Guelf. *neve ullius rei* reliqui, tacite praeeunte Badio. Quae scriptura falsum sensum praebet: nam non id egit Hippias, ut nullius rei ope egeret; quod ne intelligi quidem recte potest; sed ut in omni re sibi ipse sufficeret. Ita simplicissimum foret reponere *in ulla re:* hoc tamen cum nimium recedere videretur ab illo vetustorum codicum *inlusire;* revocavi principis editionis scripturam, luxatam orationem praeferens et stribligini in vetustis et sensui non sensui in vulgatis. Proxime post illud *inlusire* in Turic. legitur *tot quod summa senectutis,* in Flor. Guelf. *totque summa s.* in quibus latet ignotum

„32. luxurie Africana de„scriptum ab Apulejo Florid. „p. 546. Elmenh." Gesner.

crepidasque. cf. not. crit.

ullius rei. vid. not. crit.

Gorgias — jubebat. Sincera nos Quintiliani verba in hisce non habere, patet tum ex mira lectionis varietate, tum ex ipso sententiarum nexu. „Ut „de Homero taceam —; ut „Hippiam transeam —; Gor„gias quoque —". Quaenam quaeso in Gorgia tanta gravi-

Digitized by Google

senectutis quaerere auditores, de quo quis-
22 que vellet, jubebat. Quae tandem ars digna litteris *Platoni* defuit? Quot seculis *Aristoteles* didicit, ut non solum quae ad philosophos atque oratores pertinent, scientia complecteretur, sed animalium fatorumque naturas omnes perquireret? Illis enim haec invenienda fuerunt, nobis cognoscenda sunt.

scribis nomen. *senectutis quaerere auditores.* Sic Goth. (tac. Gesn.) Voss. 2. Camp. Ald. Bad. Obr. *senectutis habet quod quere auditoris* Turic. *sen.* (vacuum hic spatium) *quere auditoris* Flor. *s. habetque quaerere a.* Guelf. *s. quaerere audituros* Alm. et aliq. edd. ap. Burm. *s. hic quaerere auditores* Jens. (tac. Gesn.) et edd. ante Ald. *s. id q. a.* reliqui inde a Basil. *quisque disputari vellet* Camp. Ald. *jubeat* Flor. *videbat* Camp.

22. *platonis* Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *fuit* Guelf. *quot scilicet* Guelf. marg. Basil. *quod saeculis* Camp. Jens. (tac. Gesn.) *didicit ait ait non* Turic. Flor. *aut ad oratores* Camp. *omnis perquireret* Flor. *omnis perquirerent* Guelf. *enim* om. Turic. Flor. *illi enim inv.* Camp.

tas, ut illos praeteriens in hunc quasi impetum faciat Qu.? Apparet itaque locum ita constituendum esse, ut Homerum et sophistas transeuntes, in Platonem et Aristotelem deveniamus. Ita ex parte quidem veram videar Quintiliani manum restituere, si vestigia codicum sequens ita scribam: *ut Gorgiam* (sc. transeam), *qui summae senectutis — jubebat: quae tandem — Platoni defuit? quot seculis Aristoteles* cet. Sed remanent male sarta quaedam. Nam hoc „quaerere, de quo quis„que vellet" nimis breviter dictum videtur: neque tamen verbum *disputari*, quod princeps editio inferit, adoptarim: sed illud *habetque* f. *habet quod*, quod in vetustis libris conspicitur ante verbum *quaerere*, indicio est, aliter plane haec olim lecta esse; quorum causa ad meliores libros aut ad feliciora ingenia provoco.

22. *Illis enim.* Conjunctio

Digitized by Google

Tot nos praeceptoribus, tot exemplis instruxit antiquitas, ut possit videri nulla, forte nascendi aetas felicior, quam nostra, qui docendae priores elaboraverunt. *M. Censorius* 23
Cato, idem orator, idem historiae conditor, idem juris, idem rerum rusticarum peritissimus, inter tot operas militiae, tantas domi contentiones, rudi seculo, litteras Graecas aetate jam declinata didicit, ut esset hominibus documento, ea quoque percipi posse, quae senes concupissent. Quam multa, immo paene 24
omnia tradidit *Varro*? Quod instrumentum dicendi *M. Tullio* defuit? Quid plura? cum

forte Flor. c. Alm. Voss. 2. Goth. et edd. ante Gryph. *elaborarunt* Guelf.

23. *Mense igitur Cato* Turic. Flor. Praenomen integrum scriptum in edd. inde a Stoer. *oratorum* Camp. *peritissimus fuit* libri mei omnes et scripti, et edd. ante Stoer. acc. Gibs. Burm. Revocare verbum non sustineo. Sed vide an fuerit olim *fuit, interque.* Mox. *operis* Turic. Flor. Guelf. *opera* Goth. (tac. Gelen.) Camp. *conventionis* Flor. Camp. *Graecas* om. Turic. Flor. c. Alm. *ut esse* Flor. *omnibus* Camp. *praecipi* Jens. et post. ante Ald. *possunt* Turic. Flor.

24. *immo* om. scripti et mei et Burm. omnes, et edd. ante Gryph. Carere tamen voce non possum. *bene omnia* Flor. *varra* id. *instrumenta* Turic. Flor. Guelf. Goth. *didicimus tullio* Turic. Flor. Guelf. Goth.

causam indicat, cur tam immensa sibi videantur, quae praestiterint illi.

forte nascendi. i. non omni forte, sed ea qua nascimur.

23. *contentiones.* „*Accusator assiduus malorum Galbam* „*octogenarius accusavit: ipse* „*quadragies quater accusatus,* „*gloriose absolutus.* Aur. Vict. „Vir. ill. 47. Eadem Plut. in „vita et Plinius 7, 27." Gesner.

litteras Graecas. „Vid. Cic.

Digitized by Google

etiam *Cornelius Celsus*, mediocri vir ingenio, non solum de his omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris, et rusticae etiam, et medicinae praecepta reliquerit? dignus vel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa credamus. At perficere tantum opus, arduum; et nemo perfecit. Ante omnia sufficit ad exhortationem studiorum, non ca-

(non monente Gesnero de omisso M.). In Camp. mira scriptura haec: *quod quo instrumento in Tullio defuit.* Mox *quis multa* Guelf. *quod m.* Camp. *quam etiam* Guelf. *de iis* Jens. et post. ante Basil. *circumscripserit* Camp. *regi* Turic. *militari sed* Turic. Flor. *sed* est etiam in Guelf. *rustice et praecepta* Turic. Flor. *rustice etiam p.* Guelf. c. Alm. *rustice p. Camp. Dixeris medicinae* mentionem a recentiori homine intrusam. Sed plene omnia leguntur in Goth. certe.

25. *ad perf.* Guelf. *arduum.* Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. *est* addunt reliqui. *perficit* Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) *ad exercitationem* Turic. *ad exercitationem* Guelf. *ad hortationem* Camp. et, junctim, Goth. *studiorum, non cadere in rerum.* Sic Bad. taciso; inventum, ut videtur, in Vall. et sic Gryph. Gibs. et alii ap. Burm. *st. capere id r.* Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. c. Alm. (nisi quod ex hoc *caperid id*) Basil. *st. non cupere r.* Goth. (tac. Gesn.) Voss. 2. (ut suspicor; v. Burm.) Camp. *st. non capere r.* Jens. (tac. Gesn.) et post. ante Bad. *st. non capere id r.* reliqui. Cf. mox 26. *id* pro *in* in Turic. *Non capere* non videtur referri posse nisi ad res nimium magnas, quod hinc alienum; nostram formam habes etiam 2, 17, 34. *hoc quoque in naturam rerum cadit, ut duos sapientes aliquando justae causae in di-*

„Acad. 2, 2. (§. 5.) et Hieron. „Epist. select. 2, 12." Almelovenus.

25. *At — — perfecit.* Objectio. *Ante omnia* etc. Responsio.

24. *Celsus.* Cf. 10, 1, 124. *non cadere in.* cf. supr. crit.

dere in rerum naturam, ut quidquid non eſt factum, ne fieri quidem poſſit; tum omnia, quae magna ſunt atque admirabilia, tempus
25 aliquod quo primum efficerentur, habuiſſe. Quantum enim poëſis ab Homero et Virgilio, 26
tantum faſtigium accepit eloquentia a Demoſthene atque Cicerone. Denique quidquid eſt optimum, ante non fuerat. Verum etiamſi quis ſumma deſperet, (quod cur faciat, cui ingenium, valetudo, facultas, praeceptores non deerunt?) tamen eſt, ut Cicero ait, pulchrum *in ſecundis tertiisque conſiſtere.* Ne- 27
que enim ſi quis Achillis gloriam in bellicis

verſum trahunt. *eo quicquid* pro *ut q.* Turic. Flor. Guelf. *nec fieri* Camp. Obr. *quod* pro *quidem* Guelf. *tum — — habuiſſe.* Sic Camp. *cum — habuiſſe* Turic. Flor. Guelf. c. Alm. *quin — habuiſſe* Obr. *cum — habuerint* reliqui, niſi quod *habuerunt* Goth. Voſſ. 2. *aliqua quo* Turic. *a. quod* Guelf.

26. *nam et poëtas ab homero* Turic. (niſi quod *omero*) Flor. et in raſura Guelf. c. Alm. *nam et poeſis ab H.* Camp. *Nam quantum poeſis ab H.* Guelf. (a man. ſec.) *veſtidium* Flor. *accipit* Goth. Jenſ. et poſt. ante Baſil. *a* om. Turic. Flor. Camp. c. Alm. *qui ſumma* Turic. Flor. Guelf. (a pr. m.) *quod* in Guelf. a ſec. m. labunae inſcriptum. *praeceptores.* Sic Flor. quanquam per E, cui ſuperſcriptum S. *praeceptore* Turic. *praeceptor* reliqui. *eſt* om. Camp. *pulchrum id ſecundis Turic. p. eſt ſaeculis* Camp. *certisque* Turic. Flor.

27. *enim* om. Flor. ſpatio relicto. *inbecillis* Flor. et (per M) Guelf. Camp. c. Voſſ. 2. Jenſ. *imbellis* Tarv.

26. *ut Cicero ait.* Orat. 1. §. 4. *Prima enim ſequentem honeſtum eſt in ſecundis tertiisque conſiſtere.*

Digitized by Google

consequi non potest, Ajacis aut Diomedis laudem aspernabitur: neque qui Homeri non, Tyrtaei. Quin immo si hanc cogitationem homines habuissent, ut nemo se meliorem fore eo, qui optimus fuisset, arbitraretur: hi ipsi, qui sunt optimi, non fuissent; neque post Lucretium ac Macrum Virgilius, nec post Crassum et Hortensium Cicero, sed nec alii

Ven. Ald. *non possit* Camp. *neque qui homeri non fuerunt quin* Turic. Flor. Guelf. Goth. c. Alm. Voss. 2. unde per meram, ut apparet, conjecturam Camp. *neque Hesiodi et Theocriti qui Homeri non fuerint. quin* cum Ald. et aliq. ap. Burm. Veram scripturam Jens. primus exhibet, nisi quod *Tyrrei;* veram autem distinctionem Bad.: ut mireris Burmannum alia tentantem. *qui gemio* Guelf. *hominem* Flor. *eoque* Turic. *fuisse* Turic. Flor. Guelf. *hi ipsi.* Sic Turic. Guelf. Camp. *ii ipsi* reliqui praeter Jens. et post. ante Ald. qui dant *ii qui ipsi sunt.* Sed *que sunt* Flor. *sunt* om. Guelf. *lucretio* Flor. *aut Macrum* Guelf. *ac Marcum* Camp. c. Voss. 2. *nec post.* Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Jens. (tac. Gesn.) et post. ante Gryph. *neque post* reliqui. *ciceronem sed* Turic. Flor. *sed nec illi*

27. *sed nec alii postea vicerint.* Haec corrupta esse mirum tot viros doctos non vidisse, certe non dixisse. Nam si verbum *vicerint* commune est praecedentibus etiam; quid? vicerintne revera, judice Quintiliano, aliqui Virgilium et Ciceronem? Sed ne recte quidem haec junguntur „non fuissent, neque — „vicerint." Quare hoc, opinor, certum est, sententiam absolutam esse in nomine *Cicero*, mentemque repetendam *optimus non fuisset.* Ita verba *sed — vicerint* futurum tempus spectent. At hic sensus superioribus per *sed* nullo modo annecti poterat. Solum *nec* locum haberet; et cum haec ex parte essent concedentis, ita fere dixisset Quintilianus: „et sic sane neque alii „postea vicerint." Veriora itaque e scripturae varietate exculpenda: quod mihi tamen non succedit. Nisi ob

Digitized by Google

postea vicerint. Verum ut transeundi spes 28
non sit, magna tamen est dignitas subsequendi. An Pollio et Messala, qui jam Cicerone arcem tenente eloquentiae, agere coeperunt, parum in vita dignitatis habuerunt, parum ad posteros gloriae tradiderunt? Alioqui pessime de rebus humanis perductae in summum artes merérentur, si, quod optimum fuisset, defuisset. Adde quod magnos modica quo- 29
que eloquentia parit fructus, ac, si quis haec studia utilitate sola metiatur, paene illi perfectae par est. Neque erat difficile, vel ve-

post eos vicerunt Turic. Flor. Guelf. c. Alm. (nisi quod ex hoc pro *post* affertur *p* cum lineola inferius transversa, quod alias est *per*). *f. n. alii post eos vicerunt* Bodl. Camp. Andr. Ald. *f. n. a. postea vicerunt* Goth. Voss. 2. Camp. et edd. ante Ald.

28. *at* om. Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. c. Voss. 2. *cicoronem* Guelf. *tenentem* Flor. Guelf. *alioquin* Flor. Jens. Tarv. Ald. *si quid* Camp. Ald. *defuisset* om. scripti omnes cum Camp.

29. *at si quis* Goth. *haec* om. Flor. spatio relicto.

jectionis forte loco hanc aliquot librorum scripturam admittas: *Sed nec alii post eos vicerunt:* aut, quod haud dissimile vero Boeckhius suadet, *postea hos.* Cui objectioni respondeatur his verbis *Verum at* etc. Sed neque illa objectio, neque haec responsio mihi quidem satisfaciunt. Quare viderint acutiores.

28. *si, quod optimum fuisset, defuisset.* Haec mendosa esse omnes agnoverunt. Sed neque Obrechti scriptura *effecissent*, neque Rollini Gesnerique conjectura *defeciisset* sensum aptum praebent. Immo opera omnis perdita in hoc verbo emendando, quod e sola nescio cujus conjectura in Jensonianam venit. Hoc itaque ejecto facile me persuasurum intelligentibus spero legendum *si, quod optimum, idem ultimum fuisset.*

Digitized by Google

teribus vel novis exemplis palam facere, non aliunde majores opes, honores, amicitias, laudem praesentem, futuram, hominibus contigisse: si tamen dignum litteris esset, ab opere pulcherrimo, cujus tractatus atque ipsa possessio plenissimam studiis gratiam refert, hanc minorem exigere mercedem, more eorum, qui 114
a se non virtutes, sed voluptatem, quae fit
30 ex virtutibus, peti dicunt. Ipsam igitur orandi majestatem, qua nihil dii immortales melius homini dederunt, et qua remota muta sunt omnia, et luce praesenti ac memoria poste-

nobis Turic. Flor. Guelf. *opes, honores.* Sic Camp. *opus h* Turic. Flor. *h. o.* reliqui. *futurum* Turic. Flor. *conticessent sint d.* Turic. Flor. Guelf. *litteres essent* Flor. *litterescent* Guelf. *passio* Turic. Flor. Guelf. Exc. Sant. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *voluntatem* Turic. Flor. Guelf. *quae sit* Flor. *virtutimus* Flor. *virtute* Camp. quod placet, correcto in superioribus *virtutem.* *petus dicunt* Flor. *speties d.* Guelf. *p. dicuntur* (non *dicantur*, ext. Gesn.) Jens.

30. *dū mortales* Flor. *dum mortales* Turic. correctum ita *di imm.* a man. sec. quod unum fere (praeter exigui quaedam momenti in seqq.) secundae manus in libris posterioribus vestigium, nisi quod paulo ante eadem manus vitiosum *exigege* (quod est etiam in Flor.) correxit *exigere.* *muta sunt* om. Turic. cum Alm. Goth. Voss. 2. (non Locat. certe non in meo exemplo: vid. Burm.) *sunt* solum om. Flor. Guelf. Camp. *lucent pr.* Turic. Flor. *ac mem.* Sic Turic. Flor. Guelf. *et m.*

29. *virtutes — virtutibus.* vid. not. crit. — Ascripsit Gesner. Ciceronis locum Off. 3, 33. *Ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerii philosophi nominati omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemque consuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Quibus obsoletis floret Epicurus ejusdem fere adjutor auctorque sententiae.*

Digitized by Google

ritatis carent, toto animo petamus, nitamurque semper ad optima: quod facientes, aut evademus in summum, aut certe multos infra nos videbimus.

Haec erant, Marcelle Victori, quibus 51
praecepta dicendi pro virili parte adjuvari posse per nos videbantur: quorum cognitio studiosis juvenibus si non magnam utilitatem afferet, at certe, quod magis petimus, bonam voluntatem.

reliqui. *tota* Flor. *autem vademus* Flor. *aut vademus* Guelf. *autem ev.* Camp. *multa* Guelf.

51. *Haec meus vitori* Turic. sed a m. sec. correctum *habes*. Sed in Flor. ita: *Haec erat mſ. vitori*. Reliqui *Habes M. V.* Nostra e manifestis codicum vestigiis. Pro *Marcelle* autem Guelf. in rasa charta solum M. a manu recentiori. *mi Victori* Camp.

Digitized by Google

ADDENDA.

Ad 10, 1, 7. Recepta ante Spaldingium ſcriptura erat haec: *Equidem ſcio quosdam collecta quae idem ſignificarent vocabula ſolitos edifcere*, quam hic repeto, quoniam mea etiam culpa aliquid obſcuritatis in Spaldingii notis relictum erat. Turicenſis loco horum omnium haec dabat *Et quae idem ſignificarentur ſolitos edifcere.* In his mendoſum erat paſſivum, cujus loco ceteri plerique activum exhibent. Sed deerat verbum finitum. Jam cum *ſolitos edifcere* perperam in nonnullis ita diſtinctum eſſet *ſolito ſe difcere*, hoc tandem anſam dedit inferendo verbo ſcio, quod hoc quidem loco in ſcripto nullo comparet. Sic nata Badii ſcriptura *Et quae idem ſignificarent ſolitos ſcio difcere.* Hanc itaque Spaldingius, niſi quod ex Turic. *edifcere* reſtituendum ſibi eſſe cenſeret, praepoſuit ſubſequentium editionum ſcripturae pleniori, quam ſupra poſui. Neque quisquam profecto damnet religionem viri, repetere verentis, quae unde fluxerint nemo dixerit. Quod autem e Philandri illa eſſe conjectura ſuſpicaretur, animum non advertit vir optimus ad notam marginalem Baſileenſis (1541; an antiquioris etiam 1529, neſcio) hanc: „Longe aliter „legit hanc periodum vetuſtus codex“ [e Polonia ad Sichardum miſſus] „et ipſe Aldus; unde non dubitamus quin „a neoterico hic locus ſit converſus“. Hinc apparet, Baſileenſem editorem hanc ſcripturam non tanquam Philandri, cujus caſtigationes in fronte libri promittit, emendationem adoptaſſe, ſed in editis jam reperiſſe: quaerendumque adhuc, in quonam primo compareat illa. In breviori autem illa ſcriptura valde me offendit particula *et* in fronte, quae, cum pro *etiam* eſſe per ſenſum non poſſit, pro copula tantum eſt habenda. Atqui rationem ſtatim ſibi repudiandam monitis ſuis per *et* ſubjungere, me judice, non potuit Quintilianus. Neque placet *ſolitos*, ſuppreſſo ſubjecto *quosdam*. Sed quantumvis recte his offendar, nequaquam ta-

Digitized by Google

men sunt ejusmodi, ut ab antiquioribus illis criticis emendationem provocare potuerint, et omnium minime tam operosam et amplam. Contra si longiorem hanc primariam ponis scripturam, facile apparet, oculum aberrantem ab illo *equidem* ad insequentia *quae idem* aulam dedisse scripturae illi, ex qua Turicensis et reliquorum omnium manavit, omissa tantum voce *vocabula* quoque, qua carere poterat sensus. Ita equidem ad recentiorum editionum scripturam redeo, non minus tamen circa fontem ejus curiosus.

Ad 10, 1, 55. not. exeg. *secundas* ⊥ *secundum*. Spaldingianam hujus loci interpretationem hoc maxime premit, quod, si eam sequaris, Quintilianus diverso sensu commiserit has voces *secundas* et *secundum*, neque tamen talis differentiae, quam per acumen aliquod quaesierit, indicium dederit ullum. Quare non dubito veram pronuntiare Schellenbergii rationem. Nimirum non recte, si quid video, usi sunt viri alias sagacissimi illis postarum locis; in quorum utroque manifestum est acumen poeticum. Horatius enim sermone pedestri hoc fere dixisset: primum esse dignitate Jovem; secundam, quanquam magno intervallo, Minervam. Jam sentis, quam magnifice hoc extollat negando usurpari posse vocem *secundus* respectu Jovis, qui *unus* sit semper et *solus* majestate sibi propria. In voce porro *proximus* distinguendus est superlativus comparationis a superlativo intensionis, qui in omni voce perquam familiaris erat veteribus. Ita vocem etiam *proximus* sic nude usurpare non poterant nisi de eo qui revera *prope admodum* abesset. Per acumen itaque Virgilius quoque dixit „longo sed proximus intervallo". Superlativum enim vult intelligi comparationis (proximus inter ceteros), qui nonnisi oppositione se manifestat hic et apud Horatium. Apud Quintilianum contra tali usui locus non est, qui absolute adhibet illud *proximum esse*, quod aliter accipi nequit quam *valde prope accedere*, sicut *secundum esse* nihil aliud est quam *primum esse tertio et reliquis*. Plane sic in eadem re auctor epigrammatis in Anthol. Burm. I. p. 555. „Maeonio vati qui *par aut proximus* esset, Consultus Paean risit" etc. ubi *proximus* tantum non *par* est. Alterum autem epigramma, quod ibidem legitur, ut indefinitam fortasse hanc quidem vocem relinquit, ita firmat nostram de altera sententiam:

De numero vatum si quis seponat Homerum,
Proximus a primo tum Maro primus erit.

Digitized by Google

Ex C. post primum Maro seponatur Homerum,
Longe erit a primo quisque secundus erit.

Hoc posterius epigramma in margine suo indicarat Spaldingius per primum otium inspecturus: quo facto in eandem, ut confido, quam hic exposui sententiam ipse quoque transiturus erat.

Ad 10, 1, 68. meus erit. Dum extrema haec Spaldingii verba (p. 52.) lego, mirari subit, cur loco illorum *sed at Tetus fit*, quibus tantopere ipse diffidit, non proposuerit *sed at levis fit*, quod a codicis scriptura *sed et eius fit* tam prope abest. Nam ab adoptanda codicum aliquot scriptura *sed et lusit* vel sola perfecti forma, quae ceteris non bene coit, deterrere debet.

Ad 10, 1, 94. not. exeg. *Lutilius.* Haec ad usum commentarii sui praeparaverat Spaldingius, eam mecum et cum Heindorfio, quos in contraria invehebatur opinione, multa disputaret. Memini autem eum, quo erat candore, et solius veritatis amantem in nostram tandem transiisse sententiam. Sed cum ante ultimam, quam notatis suis admovere volebat, manum a fatis abreptus sit, factum ut antiquata illa intacta tamen hic invenirem. Interim immutata relinquere nunc eadem malui, et meas rationes quam brevissimis possem subjicere. Maximam autem earum in ipsa imaginis veritate videbam. Nam si totus est lutulentus rivus, quomodo dici potest „esse in eo" (recte, opinor, Quintilianus inferit „aliquid") „quod imputes"? Omne illud lutum *demptum* fortasse velis; *abesse* velis, non *ipse* illud *auferre* et *tollere*, qui verbi activi infinitivus insequam hic faceret orationem. Immo de *tollendo*, hoc quidem sensu, quicquid illud sit, cogitari plane non potest in flumine aquae perennis. Mutatam ejus naturam opus tantum potes. Accedit quod in altero loco, ubi haec ipsa dicta defendit Horatius (1 Serm. 10, 30.) ita repetat ea „At dixi flere hunc lutulentum saepe ferentem Flaccum „quidem tollenda relinquendis." Vides hic eum aliqua ad mentem suam melius declarandam addere. Dixerit autem fortasse aliquis, consulto eum hic duris verbis onerare orationem, ut vel hinc se defendere posse ostendat. Parum illud quidem probabile. Sed fac ita esse: quomodo his verbis subjicere potest ille „age, quaeso, Tu nihil in magno „doctus reprendis Homero"? Sentire quamvis puto, minime haec valere ad excusandum judicium, quo *majorem*

Digitized by Google

partem libri alicujus vituperaris. Contra optime omnia procedunt in contraria ratione. Imago desumpta a flumine violento, qui lutum, ligna, lapides, et in his haud pauca quae usui inservire possunt, quin est qui aurum quoque, secum rapit. Dictum autem priori loco non sine stomacho, ob nimios Lucilii laudatores, in hunc fere sensum: „in tam lu„tulento flumine mirum sane non est reperiri etiam bona „et utilia quaedam". Quod autem posteriori loco addit „plura quidem relinquendis", illud, fateor, non satis est ex prima imagine. Sed apparet, haec nunc demum ad minuendam prioris dicti invidiam addi, ipsisque illis verbis, ut taedium operosae correctionis et explanationis vitetur, inseri. Atque sic tandem recte subjici potuit illud „tu nihil „in magno." Jam ad Quintilianum nostrum nos convertentibus obscurum esse vix potest, plane eodem modo, quo nos et antiqui Horatii interpretes, nostrorum scholiastarum decessores, illum etiam verba haec accepisse. Nam cum dicit „ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum „et esse aliquid quod tollere possis, putat", vides, eum particula *et* duas assertiones tanquam pariter iniquas jungere et ab utraque dissentire. Jam qui potuit obloqui judicio, quo *esse* dicerentur *nonnulla in Lucilii carminibus quae minus placerent?* Sed si bono sensu intellexit verbum *tollere*, parcam illam laudem reprehendit, apparetque, hanc fuisse causam, cur vocem *aliquid*, quae in Horatii verbis latet, diserte addiderit. Haec scripsi nondum viso Heindorfii in Horatii Satiras commentario, quem avide expectant studiosa juventus et senectus: cujus de hac re disputationem, sive in antiqua sententia permanserit, sive in alteram tot ingeniosis viris probatam transierit, non sine delectatione et fructu legam.

Ad 10, 1, 104. Non temere Spaldingius ejus, qui emendare hunc locum vellet, animum intendit in illud librorum *uti* et in variationem *ei*, *vel*, *illa*. Mihi quidem tria haec pariter insititia videntur, et illud *uti* natum e dativo *cui*. „Habet amatores, nec imitatores; cui libertas „quanquam circumcisis quae dixisset nocuerit", h. e. „cum „— ei nocuerit." — Tacitum autem quo minus hic agnoscam, tum illa faciunt, quae Spaldingii quoque fiduciam infregerunt, tum alia, in quibus non infimum locum occupat illud „Supereſt adhuc"; quibus verbis hominem juniorem, suum fortasse discipulum, futuris temporibus nuntiare non potuit Qu. Quis vero fuerit, in eo non multum

Digitized by Google

desudabis, si timidam nostri naturam reputaveris: qui quamvis satis manifestum fecerat, vivorum neminem sibi attingi; tamen non potuit, quin satiricos non solum sed lyricos etiam sui temporis, non nominatos illos, tanta laude mactaret (§. 94. 96.). Qua cum ne unum quidem dignum nominare possimus, quid mirum si illum quoque ignoramus, quem longe alia, quam quae praetenditur, causa hic indigitatum esse, ipsa elogii forma, quod sensit etiam Spaldingius, demonstrat.

Ad 10, 1, 130. not. exeg. Equidem de sententiae repetitae crimine, quod suae ipse rationi Spaldingius objicit, sollicitus non sim; cum non haec modo, sed omnia quae quadruplici illo *si* introducuntur, nonnisi leviter variatam eandem sententiam exhibeant; ita tamen ut quidam per gradus ascensus exiliat, quem hac sermonis forma manifestiorem reddam. „Seneca levis etiam et vero oratore indigna „lenocinia *non* semper *contempsit*; imo *concupiscebat* illa, at„que, ut verbo dicam, *omnia sua amabat:* quo factum, ut re„rum pondera *minutissimis sententiis frangeret.*" Sed durus est ille vocis *parum* usus, quem Sp. fingit. Mihi *illud* exploratum est, excidisse post illam vocabulum sensus boni, a cujus primis litteris facilis aberratio esset ad similia quae sequuntur, in hunc modum „si parum *concupiscenda* non con„cupisset" vel „si parum *convenientia* non concupisset." Cf. Cic. Famil. 15, 6. *honos non nimis concupiscendus.* Noster infra 11, 3, 180. *parum conveniens personae risus.*

Ad 11, 1, 75. Verissimum est Spaldingii judicium, codicum scripturam *verum et justa sic faciendo*, quorum verborum sensum recte exponit, indubitatam esse Quintiliani manum. Sed accuratius ea intuenti hoc etiam mihi manifestum fit, ante haec ipsa verba excidisse quaedam non tam brevis spatii, quam visum est eidem. Nimirum excidit ante omnia verbum unde pendebant haec *non se — esse sollicitum:* hae autem particulae *verum et* indicio sunt, excidisse alia praeterea, quae ab eodem verbo penderent. Hoc porro verbum non sermonem aliquem Ciceronis indicasse puto, sed fuisse *ostendendi* sensu. Ita eorum quae hic interciderunt non quidem ipsam sententiam, nedum ipsa verba, sed schema tamen exhibere conabor ita. „Dixit C. pro Gabinio et P. „Vatinio, inimicissimis antea sibi hominibus, et in quos ora„tiones etiam scripserat. *Ostendit itaque, pro illis nunc di„cendo, non adeo malos fuisse illos, quam videri poterant ex*

Digitized by Google

„*illis quae contra eos scripserat*; verum et, justa sic faciendo, „non se de ingenii fama, sed de fide esse sollicitum." Poterat enim nunc etiam contra illos dicere, et malam adversariorum causam ingeniose defendere.

Ad 11, 3, 40. not. crit. *toto — organo instructa.* Satis mirari virum optimum hic nequeo antiquissimos suos deserentem; et vellem rationes hujus judicii addidisset. Mihi certe optima videtur Flor. scriptura; et in levi Turicensis aberratione semina habes interpolationis, quae est in vulgata. *Organa* pluraliter fere ubique leguntur apud alios et nostrum §. 16. 20. 1, 2, 30. ubi v. not. Unicus autem §. 169. locus contra non valet: quem hoc nostro illustrari quidem, non huc respicere censeo.

Ad 11, 3, 44. (not. crit. p. 363. 364.) Nimium mihi de hoc loco sollicitus videtur fuisse vir optimus. Nam quod ad sensum vocis *μονοειδής* per oculos explanatum attinet, observandum, genus hoc vitii non statim diserte ad orationem ejusque actionem hic referri, sed in universum proponi, ut ipsa etiam illa *inaequalitas, varietas* cet. Recte autem vox, quae a primitivo *εἶδος* formata est, explicatur notione *aspectus;* quod tamen in hac sensuum serie non facit Qu. nisi addita particula *quasi.* Quod autem timide prorsus, ob codicum consensum, et ne conjecturae quidem instar proponit Sp. „quod dicitur *μονοειδές*", illud optimum equidem judico et veram scriptoris nostri manum. Nam poni hic debuit, quod differret ab illa, quae sequitur, *μονοτονία* ut genus a specie. Retineri porro debet utique illud *Ars*, quod nescio cur alio vocabulo mutatum optabat Sp., quodque nonnisi in uno alterove quamvis antiquissimo codice facillimo lapsu deest. Illud denique *ne quis — putet* loco simplicis dissuasionis habere non idoneis de causis detrectare mihi videtur Sp. Nam quod ait, dicturum fuisse Qu. *Nec quisquam — putet*, illud non concedo: nusquam enim vox *nec* vel *neque* ita adhibetur, ut resolvenda sit in *et ne:* quarum particularum loco in copulandis quidem sententiis usurpatur *neve* vel *neu*; in transitu autem, qualis hic est, aliter variari nequeunt illae nisi hoc ipso, quod hic legitur, *Ac ne.*

Ad 11, 3, 111. *crebescet.* Operam perdidit olim elegantissimus ille simul et eruditissimus Paulus Manutius, cum ad Cic. Famil. 7, 20. e manifestissima verborum *ruber, rube-*

Digitized by Google

ſco analogia doceret homines, unice veram eſſe eandem in verbo *crebeſco* a *creber* formando rationem. Abripuit enim denuo ſemperque abripiet viros praeſtantiſſimos etiam inſanum illud etyma ubique repraeſentandi ſtudium. Tamen illo exemplo non absterreor, ſi forte aliquos tamen ad ſaniora reducam. A nominibus in *er* duae ſunt cetera derivandi legitimae viae, quarum altera preſſius hanc ipſam formam ſequitur, ut in illis *nigreſco, nigredo* a *niger, macreſco* a *macer*, altera haud minus etymologica ipſi radici ſe applicat, ut in illo *macies:* cujus loco nemini, quod ſciam, in mentem venit *macries* nobis obtrudere. Sic itaque in illo etiam *rubor* vides contrariam illi in voce *niger* viam ſervari: conſtanter enim *rubeſco, rubedo, rubor* etc. Neque cauſa hic latet. Iteratio cavebatur litterae caninae. Quod ſi in his vocibus fiebat, omnium minime negligendum erat in illo *crebreſcere*, ubi ingratior longe erat haec iteratio: niſi forte ſunt qui perfecto etiam *percrebruit* delectantur. Fieri ſane poteſt, ut apud antiquos etiam duplex hic uſus obtinuerit: et abuti aliquis poſſit codicum conſenſu in hoc quamvis unico in his libris *loco, ut* perverſam rationem Quintiliano uſitatam fuiſſe contendat. Sed in minutiſſimis hisce, in quibus nulla librorum auctoritas, dudum hoc apud viros doctos invaluit, ut quod certa, neque philoſophica illa, ſed ex ipſa antiquitate deducta ratio ſuaderet, in emendandis veterum monumentis, illo quidem periculo, conſtanter reſtitueretur.

Ad 11, §, 119. not. exeg. Indubitatam huic loco medelam afferre non ſpondeam: ſed hoc ut certum dare audeo, illud *uncis digitis* a ſequentibus eſſe distinendum, ut per ſe vitium exhibeat. Hoc autem poſito *manus* utique eſt ſubjectum. Nam Spaldingii rationi vel hoc ſolum me alienum redderet, quod illa ἀπὸ κοινοῦ *actionis* repetitio, in his femininis, quae omnia *manus* admonent lectorem, duriſſima eſt, neque alioqui tolerabilior illâ, quam in §. 112. ipſe Sp. rejecit. Neque ſi *geſtum* recte alicunde *repetere*, *dejicere* dicas, protinus etiam *actionem*. Quare vide an ſervato *manus* ſubjecto, ipſo tamen hoc vocabulo poſt vocem *eadem* deleto, ope particulae *ut* poſt prius *aut* inſertae, propior ſaltem verae quae olim fuit exeat ſcriptura haec: *Solet eſſe et pigra, et trepida, et ſecanti ſimilis: etiam uncis digitis: aut ut capite dejiciatur, aut eadem ſupinata in ſuperiora jactetur.*

Ad 11, 3, 138. 139. not. exeg. Hanc etiam annotationem non abſolutam inveneram in Spaldingii commenta-

Digitized by Google

riis (cf. p. 425. a.). Quare cum in sententia ejus paucula essent, quae ut viris doctis satis probari possent vererer, haesi aliquantum, an ea premerem et quae veriora viderentur substituerem. Mox, ut lecturis ipsis eligendi facultatem relinquerem, cautius visum est, ad illius mentem omnia illic exponere quantumque fieri posset firmare, hic vero de iis quae secus mihi viderentur monere. Sunt autem illa nequaquam in re ipsa sita. Nam bini illi Quintiliani et Suetonii loci, si naturalem utriusque sensum intueris, tam belle inter se conspirant, ut temerarium sit solius Macrobii causa vexare utrumque. Videamus autem, an in Macrobio quoque satisfacere nobis possimus. Nam illa *togae* in *tunicam* mutatio hic vel ideo displicere debet, quod insolite prorsus dictum foret *praecingi tunica* pro *in tunica* vel etiam *praecingere, incingere tunicam:* quod longe aliter est in toga, quae, si vera est Graevii aliorumque sententia, ipsa praecincturae infervit, dum pars ejus ita astringitur, ut cetera ea contineantur. Quamvis enim in eo minime assentiar Graevio, quod verbum *praecingere* de sola semper toga intelligendum esse contendit; hoc tamen negari non debet, de toga quoque et illud et *cingendi, incingendi* verbum usurpari posse: quod imprimis manifestum illo apud eundem Macrobium (2, 9.) de Hortensio loco, qui dicitur in *praecinctu* posuisse *omnem* decorem, quod statim amplius exponitur in cura ejus togam struendi. Imo ille ipse *cinctus Gabinus*, qui fuit in toga, demonstrare videtur, alium etiam fuisse incingendi eam modum; et cum in illo pars togae fuerit instar *cingali*, in communi autem instar *baltei*; sane non apparet, cur non utrumque et *cinctum* vocemus et *praecincturam*. Illud etiam Graevius contra Macrobiani loci emendatores monuit, *luciniam*, quam traxisse dicitur Caesar, in tunica nullam esse potuisse: recte sane; uti nec in nostris sive indusiis, sive palliis et lacernis, sive quocunque vestimento subtus rotundato. Quid igitur? ipsum Macrobium haec confudisse dicamus? Sed quis credat, post tam pauca saecula, stante-que adhuc vetere Roma, doctissimos etiam homines omnem togae rationem amisisse? Quin potius eam viam ingredimur, quam omnis ubique nobis historia monstrat? Vario, ut fieri solet in talibus, narrabatur de Caesaris in vestitu negligentia, dictumque Sullae alii ad tunicam, alii ad togam referebant; quod eo tutius faciebant utrique, cum in utroque vestimento induendo pariter haud dubie peccare solebat ille.

Digitized by Google

Reſtat ut moneam, virum eruditiſſimum, qui Suetonium Erneſtianum auctiorem procuravit, in notula ad locum ſupra laudatum feſtinantius ſcripta in errorem incidiſſe, quem in ſtudioſorum gratiam vel ideo tangere debeo, quod tanta merito eſt viri illius apud omnes ut apud me ipſum auctoritas. Nam cum ait ſolitos eſſe plerosque „magis *infra* latum clavum" cingi, „quo conſpectior eſſet „clavi *latitudo*", Caeſarem contra ita feciſſe, ut clavus tunicae prope *tegeretur;* manifeſtum eſt accidiſſe ei, ut de clavo *in transverſum eunte* cogitaret: quod ſecus fuiſſe, profecto non ego doctior doceo, ſed longe doctiorem moneo.

Ad 11, 3, 175. Commiſſum hic eſt a me, ut textui non recte reſpondeant notae Spaldingii. Nam cum tres eſſent ſcripturae, quarum ratio habenda eſſet, vulgata *haec — dicenda ſunt*, codicum *haec — dicendum eſt*, Spaldingiique conjectura *hoc — dicendum eſt*, ipſe Spaldingius hanc quidem textui deſtinaverat. Mihi tamen tutius videbatur relinquere vulgatam et de reliquis in notis *monere, quas* vulgatae, ut vides, adaptavi. Neſcio itaque qui factum ſit, ut codicum ſcripturam textui immitterem. Nunc, poſtquam de eo monui, non adeo malum eſt. Quare de re ipſa jam videbimus. Nempe ante nos haec verba „miſel„lus et pauperculus" ut et haec „fortis et vehemens et la„tro" ita litteris diſtinguebantur, ut copulae quoque *et — et — et* eodem quo nomina charactere expreſſae eſſent. Neque quicquam contra monet Sp. Omnes itaque unam verborum complexionem tum in illis *m. et p.* tum in his *f. et v. et l.* agnoverunt. Quod ſecus eſſe ipſa res docet, cum ſingula verba etiam ſuam habere pronuntiationem docere velit Qu. immo tria poſteriora verba ne cocant quidem bene. Haec conſideranti ſingulare *hoc* parum probabitur; quod ſic ſoli voci *miſellus* applicandum et quinquies mente repetendum eſſet. Hoc itaque ſine libris admittere veritus ſum. Interim quis contra libros optimos et tantum non omnes ſervari velit vulgatum *dicenda ſunt?* Ita peritioribus cogitandum relinquo, annon in hac ſcriptura agnoſcenda ſit rarior illa utique in latinis ſtructura, qua accuſativum regit verbale neutrum in *dum*. Cf. Heuſing. et Gernh. ad Cic. Off. 1, 31. §. 112. qui tamen non recte utuntur exemplo Famil. 5, 17. extr. ubi verum eſt gerundium (*ad lepandum*), cujus diverſa eſt ratio. Conferatur etiam notus Ciceronis locus Sen. 2. *viam longam*,

Digitized by Google

quam nobis quoque ingrediendum sit, ubi nollim temere corrigas *qua:* hoc enim an „longa senectutis via ingredien„dum nobis sit" ignoramus, „ingredi eam" dici potest quicunque in limine est.

Ad 12, 1, 1. Verissimam hujus loci, quem priores certatim obscuraverant, scripturam e libris restituit Spaldingius. Cui si secundis curis relegere verba haec Quintiliani datum fuisset, hoc etiam vidisset, nihil jam iis inesse quod a consueta loquendi forma recedat, neque anacoluthon, sed interruptum tantum aliquatenus esse sermonem. Quippe legitimo plane vinculo cohaerent haec *Id non eo tantum* — cum illis §. 3. *Longius tendit hoc judicium meum.* Illa autem, quibus hi sensus distinentur, *Quid de nobis loquor? Rerum ipsa natura* cet. prius dicta continuant, hoc fere sensu: „Hoc non ideo tantum dico, quod „pernicioſa alias hominibus sit eloquentia, nosque qui eam „tradimus, pessime de rebus humanis mereamur; quodque „ipsa natura in dono vocis noverca fuerit: longius tendit „hoc judicium meum: nam ne *posse* quidem oratorem „fieri, nisi virum bonum contendo." Haec tam manifesta sunt, ut ratio formulae *Id non eo tantum, quod — sit* per se pateat. Videtur autem mihi subaudiendum esse sollemne in hoc sensu verbum *valet;* quo si *consilium* aliquod indicatur, sequi sane debet *ut;* hic, ubi *causa* et vera mens definitionis datae verbis illis introducitur, solum idoneum erat *quod.*

Ad 12, 1, 25. Verba *non inutilem sane* adjectum requirunt nomen rei proprium; quare optime eatenus decurrit vulgata, in hunc sensum: „nec, quanquam haec „utilis est alioquin persona advocatum in litibus, cauſidi„cum denique." Sed si non recte jungitur *advocatus litium*, ipsique *advocato*, quem vetusti codices ignorant, diffidimus: indicio codicis Alm. ejiciam illud *litium* quoque; ut haec scriptura exstat: *nec — —, non inutilem sane, quem denique cauſidicum vulgo dicunt.* Ita vox *denique* respicit generaliora illa duo, iisque vocabulum proprium sollemni usu subnectit; nam *denique* illud ipsum valet „ut „sine ambagibus rem ipsam nominem". Neque commodiorem voci locum invenias quam ante ipsum nomen. Sed vide an nimis morosi sint VV. DD. in illo *litium advocato;* quo relicto fateor longe commodius positam esse vocem *denique.*

Digitized by Google

Ad 12, 2, 17. Certissima est haec quam Spaldingius instituit sententiarum distinctio. Illud tamen observo, eos qui *sentiet* hucusque legebant, et ipsos claudere ibi subjectum potuisse, cum futurum (in quod tempus verbum quoque *perceperit* trahi poterat) non minus legitimum sit in tali sensu, et Quintiliano perquam familiare. Sed ob perspicuitatem et librorum auctoritatem merito hic praelata est forma conjunctivi. In altero vero orationis membro mihi praecedentia diligenter retractanti omnia, ut nunc leguntur, sana videntur. Agitur enim in hoc capite de philosophorum doctrina potissimum et arte, quam oratoris propriam esse contendit noster: quod postquam hic quidem in singulis ethices quaestionibus demonstravit, digreditur in superius illud de probitate caput, obiter quasi monens, virum bonum non nota tantum et in memoria habere haec omnia, sed supersedere etiam posse in actione cogitandi labore; cum propria sibi sint eadem et insita. Habes hic illud *etiam*, quod cum negatione coaluit in particulam *nec*, quae recte nunc alterum orationis membrum orditur. Non deerunt etiam fortasse qui Gothanam illam scripturam *in agendo cogitando* abjicere *nolent; nam hoc* urgeri potissimum debuit, *in ipsa actione* cogitando *laborare* illos, qui non revera sint viri boni. Sed dictionis fluxae adeo negligentem Quintilianum fingere mihi non possum, ut eandem gerundii formam diverso sensu copularit; quare si vitio est habenda illius scripturae, aut *inter agendum* corrigatur, aut saltem verba transponantur ita: *nec in agendo laborabit cogitando.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

Digitized by Google